image
not
available

Germ.g.458-1

~~Germ. 458~~

Digitized by Google

Va. 4371

R

Digitized by Google

# IACOBI CAROLI SPENER
# HISTORIA GERMANIÆ VNIVERSALIS ET PRAGMATICA
BREVITER AC PERSPICVE EXPOSITA
CVM
*PERPETVIS NOTIS*
ET
COPIOSIS
*INDICIBVS*

*LIPSIÆ* ET *HALÆ*
APVD FELICEM DV SERRE
cIↄ Iↄ CC XVI

Digitized by Google

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO
ATQVE
EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
MARQVARDO
LVDOVICO
DE PRINZEN
POTENTISSIMI
PRVSSIAE REGIS
SVPREMO AVLAE
MARESCHALLO
MINISTRO STATVS INTIMO
SACRI CONSISTORII
RERVM ECCLESIASTICARVM
ET FEVDALIVM
PRAESIDI ET DIRECTORI

Digitized by Google

COMITATVS RVPINENSIS

ET

TERRAE BELLINENSIS

PRAEFECTO

ORDINIS REGII

AQVILAE NIGRAE

EQVITI

CETERA

FRIDERICIANAE

ACADEMIAE

CVRATORI

EMINENTISSIMO

*DOMINO MEO ET PATRONO*

*INDVLGENTISSIMO*

PERPETVAM FELICITATEM

Digitized by Google

*ILLVSTRISSIME DOMINE,*

*DOMINE GRATIOSISSIME.*

NIſi de TVI propria mirifica benignitate ſatis abundeque & publice omnibus, & privatim mihi, conſtaret, nunquam forem auſus tenuem leuemque librum hunc meum INCLYTI TVI NOMINIS inſcriptione honorare. Iamdiu vero deuotiſſimæ meæ venerationis monumentum cogito, maiusque ab aliquo tempore molitus

)( 3 opus,

Digitized by Google

opus, in ipſo quodammodo limine inſtituti iſtud nuper differre ſum coactus. Igitur dum vltra trahitur alterius meæ commentationis editio, non potui, quin aliam nunc feſtinarem meæ pietatis teſtificationem, primumque meum librum, vtut exilem modicumque, SVMMO tamen TVO NOMINI continuo conſecrarem, dicarem, atque dedicarem. Eſt argumentum tale huius ſcriptionis meæ, quod valde diſpliciturum TIBI, ILLVSTRISSIME DOMINE, non arbitror. Totus ſum in hoc libro in commendanda ornanda & illuſtranda Germaniæ noſtræ hiſtoria; atque totus inſuper verſor in vero illius inſignis hiſtoriæ docendo vſu. Quis autem, ILLV-

STRIS-

STRISSIME DOMINE, neſciat, vt omnis eruditionis ſummum TE Patronum atque propugnatorem ipſumque Eruditiſſimum Virum omnes venerentur, ita in primis TE ſimul deliciis hiſtoriam eamque pragmaticam ſemper habuiſſe, dignumque ei nunquam non ſtatuiſſe pretium. Quod deeſt itaque commentationis huius moli, addit forſitan qualitas argumenti, ejusque non exigua TIBIque non improbata dignitas. Non quidem ſum is, qui quis ſim neſciam; nec adeo me puto dignam acutiſſimo TVO iudicio noſtræ hiſtoriæ præſtitiſſe operam: multominus mihi perſuadebo, ſuprema TVA dignitate dignum me nunc meæ in TE pieta-

tis ſtatuiſſe monumentum. Iam antea deprecatus quippe ſum confidentiam, quam ſola ſummæ TVAE humanitatis fama mihi ſuaſit deditque. At ſoles ſcio, ILLVSTRISSIME DOMINE, maximorum virorum perpetuo exemplo, etiam tenui TIBI exhibito cultui benigna interpretatione pietatis addere dignationem. Vnde ſperare me jubet bonitas TVA incomparabilis, nec hac TE vice ex ſola magnitudine TVA cultusque mei tenuitate æſtimaturum conatus meos. Vellem & poſſem excurrere in prædicationem maximorum beneficiorum, quibus immortaliter me ſempiterno cultui TVO addixiſti. Verum prohibeor ab iſtis laudibus

cele-

Digitized by Google

celebrandis, dum minus meum iis ſufficere ingenium confido. Ceteræ profecto meritorum TVORVM gloriæ prædicandæ tam parum ſuffecerim hoc loco, quam qui minime. Hiſtoriæ labor erit, immortalia facta TVA pro dignitate recenſere, illaque ſeris olim poſteris, dum circaglorioſiſſima Regum noſtrorum facinora & feliciſſima acta deſudabit, magnam TE ſemper tantarum rerum partem oſtendet & collaudabit. Ego proinde venerabundus hic ceſſo, dummodo demiſſe gratiam TVAM pro levi libello meo ſum deprecatus, atque qualemqualem meum cultum ſincere teſtatus. TE DEVS Optimus Maximus, CELSISSIMAMque TVAM

)( 5 DO-

Digitized by Google

DOMVM, æterna beet felicitate, TEque ILLVSTRISSIME DOMINE, patriæ, regno, noſtræque imprimis rei publicæ litterariæ, quam diutiſſime florentem vigentemque conſeruet.

*ILLVSTRISSIMO*
*NOMINI TVO*

Halæ IV. Kal. Maii
cIↄ IↄCCXVI.

*deuotiſſimus*

IACOB. CAROL. SPENER, D.

Digitized by Google

# BENEVOLE LECTOR

NOn credo poſtulabis, vt multis meum tibi excuſem conſilium, cui, qui nunc prodeunt Germanicarum Rerum Commentarii, ſunt accepti referendi. Satis quippe, ſi modo guſtaſti noſtram hiſtoriam, noueris, plurimum eam adhuc culturæ exſpectare, quantumuis a multis retro annis quam maxime ea cœperit perquiri atque inueſtigari. Is quidem ego non ſum, qui me putem dignam ei adhibiturum culturam opella mea,

quam

Digitized by Google

quam profiteor eſſe admodum tenuem. At, cum tamen videar mihi nouam breuemque hiſce commentariis ſtrauiſſe viam, qua commode & vtiliter in poſterum poſſit patria hiſtoria excoli; nemo cenſeo inique feret, meo etiam ingenio vtendi fruendique publice copiam eſſe nunc factam.

Cur vero Commentariis meis Historiae Germaniae Vniversalis atqve Pragmaticae nomen impoſuerim; paucis docendus es. Hiſtoriam Germaniæ noſtræ ſemper iudicaui parum vtilem, ſaltem vix niſi parandæ notitiæ & iucunditati aptam, niſi inde iuris noſtri publici prudentia inſtruatur atque adparetur. Cum iſti fini vnicam meo opere dederim operam, &, præ-

Digitized by Google

præter frequentes a rerum narratione digreſſiones, quibus continuo lectorem, vt animum ad verum hiſtoriæ vſum attendat, monui, ſingularia ſingulis libris capita publicis deſtinauerim docendis iuribus, qualia vna alteraque ætate in Germania ſunt ſeruata: inde arbitror, non perperam meam me hiſtoriam adpellaſſe *Pragmaticam*, totamque adeo ad publicum vſum & ſtatus noſtri prudentiam inſtruendam paratam non incommode me profiteri.

*Vniuerſalem* vocaui hiſtoriam meam, quod nullum non Germaniæ notum & celebratum tempus ſilentio prætereo; & maxime, quod complectendi omnia, & profana & ſacra, & generalia & ſingularia, & regionum & populorum fata, occaſionem tradidi

Digitized by Google

didi & ſuppeditaui. Hiſtoriam finium & populorum Germaniæ in principiis librorum perſequi ſtatui, quod non leuiter illa noſtri ſtatus prudentiam iuuare poteſt. Præter vniuerſalem totius Germaniæ notitiam ſingulares quandoque regiones ſalutauimus, ne imperatorum regumque tantum hiſtoriam, verum & principum Germaniæ notitiam, commendaſſe videamur. Quod ad ſacrum Germaniæ noſtræ ſtatum in extremis ſingulorum librorum paginis contuiti ſumus; non nobis ſimplex fuit cauſa. Sacra & profana diu arcto fœdere connexa vnus in Germania imperator conſilio principum populique moderatus eſt: vnde improbe optima parte hiſtoriam noſtram mulctari puto, dum ſeiunguntur ſacra. Deinde, licet ſchiſmate

illo

Digitized by Google

illo, quod appellant, inter ſacerdotium & regnum facto adprime rerum ſtatus variatus fuerit, res tamen imperii nunquam non plurimum commercii cum ſacris rebus habuiſſe, cuilibet rerum noſtrarum vel modice perito ſatis abundeque conſtat.

Quid vero, TE BENEVOLE LECTOR mihi audire videor obiicere, tam multa polliceris de libro adeo modico in publicum prodeunte? Verum enimuero hæc cauſa eſt, cur in titulo libri, breuiter omnia eſſe tradita & expoſita, continuo indicauerim. Commentarios Germanicarum rerum damus, non iuſtam omnibusque ſuis partibus abſolutam hiſtoriam; cui, ſi eadem via liberet progredi, vix plura magnæ molis volumina ſufficerent. Saltem perſtrin-

gunt

gunt hi commentarii omnia, quæ videantur poſſe ſiue in vetuſtis, ſiue in recentioribus, Germaniæ rationibus generatim poſci & deſiderari. Aliis curis relinquatur, aliisque otiis, vt vberius omnia exponantur, & iuſtæ olim Germaniæ hiſtoriæ modus impleatur.

Quod porro continuis notis noſtros commentarios illuſtratos deprehendis, minime ſcio id Tibi, BENIGNE LECTOR, improbatum iri. Cum reliquis in cauſis præiudicatæ ex auctoritate opiniones admodum ſint noxiæ atque periculoſæ; contra in hiſtoria probatur nihil, niſi auctoritas adprobata fuerit. Igitur operam dedi multam, vt non factorum modo, verum etiam iurium conſtitutorum, locupletes



Digitized by Google

tes citarem atque maxime idoneos teſtes. Produxi nullum teſtem, niſi fere ipſum viſum & probatum: quæ mea in examinandis auctoribus cura fecit, vt, cum reliqua ex ſchedis meis facile conſcripſerim, laudandis teſtibus plus dimidio tempore inſumſerim. Non licuit de teſtibus ſententiam vbique dicere, cum modus libro fuerit præſcriptus, quem migrare nefas duxi. Nec ad recentiores ſcriptores niſi admodum raro prouocare libuit, cum ex fontibus ipſis tutius hauriri aquas exiſtimauerim. Quod ſi non occurrat continuo, cur vnus alterque teſtis laudatus fuerit; non quæſo errorem propere inclames, ſed memineris, quemlibet auctorem ſuæ ſententiæ, quæ in anguſtis notis ſatis declarari non potuit, optimum eſſe in-



Digitized by Google

terpretem. Quæſitus, aut data occaſione vberiorem hiſtoriam ſcripturus, docebo ſatis, ad neminem auctorum me prouocaſſe ingratiis.

Extremum TE, BENEVOLE LECTOR, de iuribus Germaniæ noſtræ publicis pauca monebo. Non in iis cenſendis vllam doctorum noſtrorum auctoritatem ita ſum ſequutus, vt meis oculis legem impoſuerim. Hiſtoriam ducem habui ad explicanda iura, qualia reperi ſingulis ætatibus in Germania noſtra obtinuiſſe. Si minus placuerit inſtitutum iis, qui diuerſas amplexi ſunt rationes; malim profecto iis diſplicere, quam vel leuiter peccare in hiſtoriæ ſacram fidem. Stabit ſua Auguſto Imperatori ſumma maieſtas, ſtabuntque noſtri



Digitized by Google

ſtri Imperii Principibus ſacra ſua, quæ demiſſe veneror, iura integra; licet hiſtoria ſincere doceat, quis iurium iſtorum antiquitus ſtatus fuerit, & per quas viciſſitudines ſit ad præſentem ſtatum deuentum. Cogito plenam iurium publicorum Germaniæ hiſtoriam ea ratione, quam modo deſignaui, tradendam. Si probarentur noſtræ Academiæ ſolennes diſputationes; ſingulis propediem disquiſitionibus ſingulas ætates copioſius declararem. Sin minus hac ratione potuerim adſequi inſtitutum, pleno opere digniſſima erit, iudico, illa materia.

De reliquo, ERVDITE LECTOR, amicam tuam cenſuram ipſe expeto atque obnixe rogo: tantum abeſt, vt eam declinare velim



Digitized by Google

aut ſubterfugere. Senſi contra neminem, niſi modeſte: quo mihi magis ſpondeo modeſtiam atque benignitatem, quam prorſus noſtra poſcunt ſtudia. Quodſi tamen aliquis eruditorum non niſi dure aſpereque contra errantes dicere potuerit; & hunc demum malo audire, quam obeſſe publicis commodis non obſeruatam meæ ſcriptionis errationem.

HI-

Digitized by Google

# HISTORIAE GERMANIAE VNIVERSALIS ET PRAGMATICAE

*LIBRI VI*

PRIORES
RES GERMANIAE
AB INITIIS AD RVDOLPHI
HABSBVRGICI IMPERIVM
COMPLEXI

*CVM*

PERPETVIS NOTIS
ET
COPIOSIS INDICIBVS

Digitized by Google

## LECTORI S.

Accipis modo primam partem Vniuerſalis & Pragmaticæ noſtræ hiſtoriæ: quam vero pars altera continuo conſequetur, & reliquas ab interregno res ad noſtra vsque tempora eodem ordine atque inſtituto breuiter pertractatas exhibebit. Singulares & rerum & auctorum indices primis hiſce ſex libris ſtatim adiicere placuit; cum, ne eſſet moleſta breuis mora, quam interponet alterius partis editio, tum, vt ſingulatim apteque prius volumen compingi poſſet, & in indice ſtatim reperiri, quod in priore parte quærendum eſt. Neceſſario liber diuerſo in loco, ac in quo auctor agit, imprimendus fuit: vnde vix prohiberi potuit, quin aliquot negligentia aliena irrepſerint in illum vitia, quæ abeſſe mallet auctor. Sunt ea vero in fine voluminis diligenter notata, & ejus fere naturæ, vt



Digitized by Google

facile ab erudito lectore obſeruari & corrigi poſſint. In quantam de reliquo non inconcinnam tamen ſpero breuitatem copioſiſſima hiſtoriarum Germaniæ argumenta a me hoc labore ſint contracta, propediem oſtendet copioſior commentatio mea, dudum parata, ſed caſu adhuc dilata, qua *Notitia Germaniæ Antiquæ & partim Mediæ* inſtruetur, & primi ſecundique libri hoc in opere primis capitibus clarior lux accendetur. Sum plura commentatus de *Originibus & Moribus*, *præſertim de publico Veteris Germaniæ ſtatu*; ſimulque integram *Germaniæ cum Roma Belligerantis & hanc demum Triumphantis Hiſtoriam* conſcripſi: quæ Primi Libri reliqua capita fuſe lateque exſequentur, & quæ proxime, ſi labor meus Hiſtoriæ patriæ excolendæ totus deſtinatus eruditis probatus fuerit, publici fient iuris. Interea qualicunque tenuiori hac mea, quam modo vniuerſalis hiſtoriæ noſtræ parti priori impendi & dedi, vtere fruere opella; &, niſi prorſus non publicam iuui vtilitatem, benigno iudicio meis faue conatibus. Vale.

*SERIES*

Digitized by Google

# SERIES
# LIBRORVM
# ET
# CAPITVM.

## LIB. I.

## RES GERMANIÆ ANTIQVIORES A PRIMIS HISTORIÆ INITIIS AD VSQVE FRANCORVM REGNVM CONDITVM.

*CAP. I.*
Germaniæ priſcæ fines, regiones, & populi.

*CAP. II.*
Germanicarum gentium primæ origines.



Digitized by Google

### CAP. III.

Res geſtæ Germanicarum gentium, nullis adhuc arctis & certis foederibus conjunctarum.

### CAP. IV.

Res geſtæ Germanicarum gentium per certa fœdera iam diſtinctarum.

### CAP. V.

Ciuilis ſtatus Germanicarum gentium.

### CAP. VI.

Sacer antiquioris Germaniæ ſtatus.

## LIB. II.

## RES GERMANIÆ A FRANCORVM CONDITO REGNO AD VSQVE CAROLI MAGNI IMPERIVM.

### CAP. I.

Germaniæ Merouingici regni æqualis fines & populi.

CAP.

Digitized by Google

CAP. II.

Francorum nouorumque in Germania populorum & nominum origines.

CAP. III.

Conditi regni Franciæ primæ res geſtæ.

CAP. IV.

Res Germaniæ ſub Clodouæo & Auſtraſiæ regibus.

CAP. V.

Germaniæ res ſub Maioribus domus.

CAP. VI.

Ciuilis Germaniæ partim Francicæ, partim liberæ, ſtatus.

CAP. VII.

Sacer Germaniæ, partim Francicæ, partim liberæ, ſtatus.

LIB.

Digitized by Google

# LIB. III.

## RES GERMANIÆ AB IMPERIO CAROLI MAGNI AD EIVS STIRPIS INTERITVM.

CAP. I.

Germaniæ Carolidarum æqualis deſcriptio.

CAP. II.

Res Germaniæ imperante Carolo Magno.

CAP. III.

Res Germaniæ ſub Ludouico Pio.

CAP. IV.

Res Regum Germaniæ, Ludouici Germanici, & filiorum Carolomanni & Ludouici iunioris.

CAP. V.

Res Germaniæ imperantibus Carolo Craſſo & Arnulpho.

CAP.

Digitized by Google

CAP. VI.

Res Regis Germaniæ Ludouici IV.

CAP. VII.

Germaniæ Carolidarum æqualis ciuilis ſtatus.

CAP. VIII.

Germaniæ Carolingicæ ſacer ſtatus.

# LIB. IV.

# RES GERMANIÆ SVB CONRADO ET SAXONICIS IMPERATORIBVS.

CAP. I.

Finium & regionum conſideratio.

CAP. II.

Res Regis Conradi I.

CAP. III.

Res Regis Henrici Aucupis.

CAP. IV.

Res Ottonis Magni Imperatoris.



Digitized by Google

CAP. V.

Res Ottonis II. Imperatoris.

CAP. VI.

Res Ottonis III. Imperatoris.

CAP. VII.

Res Henrici II. Imperatoris.

CAP. VIII.

Iurium publicorum & ciuilis ſtatus conſideratio.

CAP. IX.

Status ſacrarum rerum.

## LIB. V.

## RES GERMANIÆ SVB FRANCICIS IMPERATORIBVS ET LOTHARIO SAXONE.

CAP. I.

Finium & regionum conſideratio.

CAP. II.

Res Conradi Salici Imperatoris.

CAP. III.

Res Henrici III. Imperatoris.

CAP.

Digitized by Google

CAP. IV.

Res Henrici IV. Imperatoris.

CAP. V.

Res Henrici V. Imperatoris.

CAP. VI.

Res Lotharii Saxonis Imperatoris.

CAP. VII.

Iurium publicorum & ciuilis ſtatus conſideratio.

CAP. VIII.

Germaniæ principum notitia.

CAP. IX.

Status Sacrarum rerum.

LIB. VI.

RES GERMANIÆ SVB SVEVICIS IMPERATORIBVS ET IN INTERREGNO.

CAP. I.

Finium & regionum conſideratio.

CAP. II.

Res Conradi III. Imperatoris.



Digitized by Google

*CAP. III.*

Res Friderici Barbaroſſæ Imperatoris.

*CAP. IV.*

Res Henrici VI. Imperatoris.

*CAP. V.*

Res Philippi Sueui & Ottonis Saxonis Imperatorum.

*CAP. VI.*

Res Friderici II. Imperatoris.

*CAP. VII.*

Res Conradi & Wilhelmi Regum.

*CAP. VIII.*

Res Germaniæ in interregno.

*CAP. IX.*

Iurium publicorum rationes.

*CAP. X.*

Germaniæ principum ſucceſſiones.

*CAP. XI.*

Res Sacræ.

*LIBER I.*

Digitized by Google

# LIBER I.

# RES GERMANIÆ ANTIQVIORES A PRIMIS HISTORIAE INITIIS AD VSQVE FRANCORVM REGNVM CONDITVM.

## CAPVT I.

## GERMANIÆ PRISCÆ FINES, REGIONES, ET POPVLI.

### I.

ANtiquiſſimorum Germaniæ finium notitia fruſtra deſideratur: Qui ad *Tanaim* vſque & *Euxinum Pontum* Germaniam produxerunt, non ad *REGIONIS*, ſed ad *GERMANICARVM GENTIVM* *Fines regionis diſtincti a finibus nationis.*



Digitized by Google

*FINES*, reſpexere. Hi ſemper diſtincti fuerunt a regionis finibus. Illi vere non imputantur, niſi eo ab tempore, quo gentes diſterminari cœperunt mutuo aut metu aut conſenſu.

*Germaniæ priſcæ fines.*

II. Veri ergo & primi Germaniæ fines fuerunt *Rhenus*, *Danubius*, *Viſtula*, fluuii, & ingens *Mare Oceanum*. RHENVS eam a Galliis, DANVBIVS a Rhætiis, & Pannoniis, VISTVLA a Sarmatis, ſeparauit. Reliqua OCEANVS clauſit, latos ſinus & inſularum, quas veteres putarunt, immenſa ſpatia complectens. (*a*)

III.

(a) Plane conſentiunt PTOLEMÆVS *lib. II. cap. XI.* & MARCIANVS HERACLEOTA *in Periplo.* Cetera concordes *FINEM ORIENTALEM GERMANIÆ* dubium adferunt POMPONIVS MELA *lib. III. cap. III.* TACITVS *Germ. cap. I.* SOLINVS *cap. XXIII.* Ad *ALPES* Germaniam produxit AGRIPPA teſte PLINIO *lib. IV. cap. XIII.* POMPONIVS *lib. II. cap. IV. lib. III. cap. III.* De *RHENO* vid. STRABO *lib. VII. init.* CÆSAR *Bell. Gall. lib. IV. cap. XVI.* ſimulque de *DANVBIO.* SENECA *Quæſt. Natur.*

III. Vaſtas terras maxima vis cognatorum populorum tenuit. Sed quod erat veterum Germanorum ingenium, per crebras migrationes, nominum mutationes, ſocietates, & aliquot populorum clades, nulla non ætas miras populorum in Germania viciſſitudines vidit. (*b*) *Magna vis, plurimaque viciſſitudines, populorum priſcæ Germaniæ.*

IV. Ante Cæſaris ætatem *Rhenum inter, & Mœnum, & Danubium, atque Hercinios montes*, coluerunt HELVETII. (*c*) Cæſare in Galliis belligerante SVEVI idem dextrum Rheni ſuperioris latus coluerunt. MARCOMANNI hi erant, HARVDES, & SEDVSII. (*d*) His Auguſti *Regionis meridialis in occidentali Germania varius incolatus.*



*lib. I. Præf. lib. VI. cap. VII.* TACITVS *Hiſt. lib. IV. cap. XXVI.* HERODIANVS *lib. II. cap. IX. lib. VI. cap. VII.* CLAVDIANVS *Bell. Get. verſ* 330.

(b) STRABO *lib. VII.* CÆSAR *Bell. Gall. lib. IV. cap. I. lib. VI. cap. XXII.* TACITVS *Hiſtor. lib. IV. cap. LXXIII.*

(c) TACITVS *Germ. cap. XXVIII.* DIO CASSIVS *lib. XXXVIII.* conſilium Heluetiorum revertendi trans Rhenum in priſcas ſedes memorat.

(d) Id colligitur ex CAESARE *Bell. Gall. lib. I. cap. XXXI. XXXVII. XLIV. & LIII.* Forſan MARCK-MANNEN dicti a *cuſtodia huius limitis.* Translati

æuo in Boiohœmum digredientibus, *MIXTVM HOMINVM GENVS* in easdem regiones ſucceſſit. Tum & aucto Romani Imperii limite prouinciæ pars illæ habitæ ſunt. (*e*) Vix autem *ALEMANNICVM* fœdus inualuit, cum pellerentur Romani ex poſſeſſione, & conſtantiore nomine ALEMANNIA vocari, (*f*) ſubindeque prolatare ſuos fines, iſta terra inciperet.

*Regionis ſeptentrionalis in occidentali Germania viciſſitudines.*

V. Ceteras *a Mœno cum Rheno confluente ad ingentis fluuii oſtia* regiones, *qua ad ortum Albi finiuntur,* ante Cæſarem illi haud dubie populi coluerunt, qui primi poſt tranſitum in Galliam GERMANI dicti ſunt, & omni cis Rhenum Galliæ *GERMANIÆ*, diuiſisque prouinciis *GERMANIARVM* nomen fece-

inBoiohœmum cum reliquis. STRABO *lib. VII.* VELLEIVS *lib. II. cap. CVIII.* TACITVS *Germ. cap. XLII.*

(e) TACITVS *Germ. c. XXIX.* STRABO *lib. VII.*

(f) AMMIANVS *lib. XIV. cap. X.* A. VICTOR *Caſ. cap. XXI.* EVMENIVS *Paneg. Conſtantio. cap. X.* MAMERTINVS *Pan. Iuliano. cap. VI.*

Digitized by Google

fecerunt. (*g*) Cæſaris æuo Marcomannos VBII, hos SIGAMBRI, iſtosque fortaſſis MARSI, ad Rhenum continuarunt. Pone Vbios ad Salam vsque CATTI, quos *SVEVOS* Cæſar vocat, inferiora ad Albim CHERVSCI, coluerunt; Bacæni ſilua a Cattis diſterminati. (*h*) Populi harum terrarum reliqui Cæſari fere fuerunt incogniti.

VI. Auguſto imperante primum Vbii, deinde & Sigambri, cis Rhenum ducti & poſiti ſunt. (*i*) Horum agris MATTIACI, VSIPII, & TENCTERI, inſederunt. Porro nunc bellis BRVCTERI, TVBANTES, CHAMAVI, ANGRIVARII, & ad Oceanum FRISII, CHAVCIQVE, vtraque gens *Maiorum Mino-*



(g) CÆSAR *Bell. Gall. lib. II. cap. IV.* TACITVS *Germ. cap. II.* DIO CASSIVS *lib. LIII.*

(h) Sedium ordo probatur CÆSARI *Bell. Gall. lib. I. cap. LIV. lib. IV. cap. XVI. XVIII. lib. VI. cap. IX. X. XXIX.*

(i) STRABO *lib. IV.* SVETONIVS *Aug. cap. XXI. Tib. cap. IX.* TACITVS *Ann. XII. cap. XXVII. Germ. cap. XXVIII.*

Digitized by Google

*norumque* nominibus diſtincta, aperti ſunt. (*k*)

VII. Per varias finium mutationes illa ciuitatum nomina durarunt, donec paulo poſt Alemannici fœderis initia *FRANCICVM* nomen inſurgeret, & ſenſim pedetentimque primum minorum gentium, demum etiam maiorum populorum, memoriam deleret, & omnis inter Rhenum, Albim, atque Oceanum, terra FRANCIA adpellaretur. (*l*) Francia diuerſe fines modo auxit, modo contraxit, vsque quo pror-

(k) STRABO *lib. VII.* PLINIVS *lib. XVI. cap. I.* TACITVS *Germ. cap. XXIX. XXX. XXXII. XXXIII. XXXIV. XXXV. XXXVI.* PTOLEMÆVS *lib. II. cap. XI.*

(l) AMMIANVS *lib. XVII. cap. VIII. lib. XX. cap. X.* EVMENIVS *Paneg. Conſtantino cap. V.* collat. *Eiusd. Paneg. Conſtantio cap. IX. Idem Pan. Conſtantino cap. VI. XII. XIII.* MAZARIVS *Pan. Conſtantino cap. XIIX.* AVSONIVS *Moſella verſ.* 434. CLAVDIANVS *Laud. Stilic. lib. I. verſ.* 222. SVLPITIVS ALEXANDER *apud* GREGORIVM TVRONENSEM *lib. II. cap. IX.* TABVLA ITINERARIA, quæ poſtpoſita ciuitatum ſingularia nomina habet generale regionis FRANCIA.

Digitized by Google

prorſus ſuam patriam nomen migraret, & primum vicinas, deinde omnes, Gallias occuparet.

*Varius Status populorum Germaniæ orientalis.*

VIII. *Trans Albim Salamque vsque ad Viſtulam*, præter BOIOS, qui incinctos Hercyniæ ſiluæ campos incoluerunt, nullas gentes Cæſar meminit. (*m*) Auguſti & paulo ſequens ætas MARCOMANNOS in Boiohœmo, & prope eos ad Danubium QVADOS, ad Salam HERMVNDVROS, ad Albim SEMNONES, & LONGOBARDOS, inter *VANDALOS* BVRGVNDIONES, VARINOS, GVTTONES, in interioribus varios promiſcue & confuſe populos, oſtendit. (*n*) Tacitus vnus accuratiorem inſtruxit illarum gentium notitiam. *In Cherſoneſo* CIMBROS, *ad Albim* SEMNONES, LONGOBARDOS, ſeptemque fœderatas ciuitates, REVDIGNOS,



(m) CÆSAR *Bell. Gall. lib. I. cap. V. lib. VI. cap. XXIV.* STRABO *lib. VII.* TACITVS *Germ. cap. XXVIII.*

(n) STRABO *lib. VII.* VELLEIVS *lib. II. cap. CVI. CVIII. CIX.* PLINIVS *lib. IV. cap. XIV.*

Digitized by Google

AVIONES, ANGLOS, VARINOS, EVDOSES, SVARDONES, NVITHONES; mox *ad Danubium*, HERMVNDVROS, NARISCOS, MARCOMANNOS, QVADOS; deinde retro MARSIGNOS, GOTHINOS, OSOS, BVRIOS, valentisſimamque nationem LYGIOS, trans Lygios GOTHONES, & *ab Oceano* RVGIOS & LEMOVIOS, demonſtravit. *Ipſo in Oceano*, in terra, quam *SCANDINAVIAM* alii vocant, SVIONES SITONESQVE, & in dextro maris littore ÆSTIOS poſuit. Omnes inſuper illos populos, vaſtisſimasque cis & trans mare terras, *SVEVORVM* & SVEVIÆ generali nomine comprehendi docuit. (*o*)

IX. Adultior ætas *SAXONES* illuſtrauit. In nouum nomen haud dubie Cimbricæ ciuitates cum Anglis ſociisque gentibus primum conſpirarunt. Mox aucta SAXONIA cis Albim, ad Rhenum vsque & longius

(o) TACITVS *Germ. cap. XXXVII. vsque XLV.* Confuſe omnia PTOLEMÆVS *lib. II. cap. XI.*

Digitized by Google

gius maris littora occupauit : ut iam *FRANCIA* ſtaret inter *ALEMANNIAM* & *SAXONIAM* media. (*p*) Denique translata in Gallias Francia, Saxoniæ nomen illa tellus tota induit, quæ vsque eo Francia dicta erat.

X. Interiores inter Albim Viſtulam & Danubium populos eadem ætas vidit in diuerſa diffluere atque dilabi fœdera & nomina. GOTHI, LONGOBARDI, BVRGVNDIONES, VANDALI, atque SVEVI, priſcas ſignarunt gentes; non tamen nimia fama celebrati ſunt, donicum aliorum populorum conſociatione creſcerent. (*q*) Tum vero turbatis nationum ſedibus omnia trans Albim promiſcue teneri, oc-



(p) PTOLEMÆVS *lib. II. cap. XI.* ZOSIMVS *lib. III.* AMMIANVS *lib. XXVII. cap. VIII.* EVTROPIVS *lib. IX. cap. XIII.* LATINVS PACATVS *Pan. Theodoſio cap. V.* OROSIVS *lib. VII. cap. XXXII.* HIERONYMVS *in Vita Hilarionis : INTER SAXONES ET ALEMANNOS-----FRANCIA.*

(q) PROCOPIVS *Vandal. Bell. lib. I. cap. II.*

cupari, atque poſſideri, quoad, in diuerſas terras plerisque illis cohortibus populorum migrantibus, alienigena natio SCLAVI in Germaniæ maximam portionem ſuccederent.

*Transmarinæ Germaniæ vetus conditio.*

XI. *Trans Sueuicum mare*, præter Suiones Sitonesque, HILLEVIONES, GVTAE, LVPIONES, & FENNI, cogniti ſunt. Fenni *FINNINGIAM* ceteri *SCANDINAVIAM*, quæ regionum nomina Plinius habet, inhabitarunt. (*r*) Scandinauiæ propinquos TEVTONOS iam Pomponius in inſulis oſtendit. (*s*) Omnes eos populos aliquando Saxonicum foedus procul dubio comprehendit. In DANORVM deinde nomen alterum Teutonorum tranſiit. Et Antiquiſſimum Hyperboreorum vocabulum alterum NORMANNORVM, quod demum auditum eſt, non incommode repræſentauit. (*t*)

XII.

(r) **PLINIVS** *lib. IV. cap. XIII.* **PTOLEMÆVS** *lib. II. cap. XI. fin.*

(s) **POMPONIVS** *lib. III. cap. III. VI.* **PLINIVS** *lib. XXXVII. cap. II.*

(t) **PROCOPIVS** *Rer. Goth. lib. II.* **IOR-**

XII. Extra fines Germaniæ omnis priſca ætas multos Germanos oſtendit. BASTARNÆ diu ante Cæſarem egerunt in Sarmatia & ad Euxinum Pontum. SI GETAE Germani ſunt, antiquiſſimæ in Sarmatia Germanorum ſedes probantur. Trans Viſtulam ÆSTIOS Tacitus monſtrauit. (v) *GOTHORVM*, *BVRGVNDIONUM*, *HERVLORVM*, *RVGIORVM*, in Sarmatia moram, ſed tumultuariam & recentiorem, ſatis Romana docet hiſtoria.

*Germania gentes extra veteris regionis fines.*

XIII. Cis-Rhenanam Galliam a plurimis Germanis indigenitatis ſoli inſtar diu poſſeſſam eſſe iam Cæſar memorauit. Coluerunt tunc Rhenum ipſum NEMETES, VANGIONES, TRIBOCCI, TREVIRI, EBVRONES, MENAPII, atque BATAVI:

NANDES *de Rebus Geticis.* De *NORMANNORVM* & *HYPERBOREORVM* nominibus vid. TORFAEVS *Hiſt. Norueg. lib.* I. *cap. VIII.*

(v) POLYBIVS *Excerpta Legat. LXII.* LIVIVS *lib. XL. cap. LVII.* MELA *lib. II. cap. II.* STRABO *lib. VII.* TACITVS *Germ. cap. XLV. XLVI.*

Digitized by Google

TAVI: interiora ad Moſam & Scaldim ADVATICI atque NERVII. In Eburonibus & ſociis ciuitatibus GERMANORVM nomen iam Cæſaris æuo natum eſt. (*x*) Auguſto imperante a genere incolarum, toti prouinciæ *GERMANIÆ*, ſiue *GERMANIARVM*, nam *Superior*, ſeu *Prima Germania*, ab *Inferiori*, ſeu *Secunda* diſtincta erat, cognomentum inditum eſt. Ejusdem Auguſti auſpiciis reliquis populis Cis-Rhenanis adiecti ſunt *VBII*, *CATTORVM* pars, & *SIGAMBRI*; cis Rhenum AGRIPPINENSES, SVNICI, & GVGERNI, dicti. Nomina TVNGRORVM, BETASIORVM, & SVECONORVM, paulo ſequens audiuit ætas: quæ & CANINEFATES, cum Batauis in inſula agentes, aperuit, & TAXANDROS in ora maris oſtendit. (*y*) Qui

(x) CAESAR *Bell. Gall. lib. II. cap. IV.* pasſim alibi.

(y) DIO CASSIVS *lib.* LIII. STRABO *lib.* IV. SVETONIVS *Aug. cap.* XXI. TACITVS *Germ. cap.* XXVIII. *Hiſtor. lib.* IV. *cap.* XVI. LVI. PLINIVS *lib.* IV. *cap.* XVII.

Digitized by Google

Qui ſera ætate in has terras inuaſerunt Germani, alibi viſentur.

XIV. Cis Danubium antiquiores Germanorum certasque ſedes vix repereris. Quod tamen Alpinæ gentes *SEMI-GERMANÆ* a Liuio vocantur, & CIS-ALPINI GALLI non obſcure ex Germania adducuntur, non id repugnat, Germanicas cis Danubium migrationes conſtituere. (z) Trans Oceanum in Britanniam Germanorum vetuſtiſſimas nauigationes & Tacitus ſuadet, (*a*) & domeſtica rerum memoria comprobat.

XV. Ipſa princeps Germania nomen GERMANIÆ a Cis-Rhenana demum Germania accepit: in qua quippe natum nomen eſt, & confeſtim inde forte fortuna cum omni ejusdem ſanguinis & linguæ populorum patria communicatum. Additum autem ſemper a Romanis noſtræ Germaniæ mentioni aut *TRANS-RHE-* ***Regionis nomina.***

(z) **LIVIVS** ***lib.*** **XXI.** ***cap.*** **XXXVIII. FLORVS** ***lib.*** **I.** ***cap.*** **XIII. PLVTARCHVS** ***in Camillo.***

(a) **TACITVS** ***Vita Agricolæ cap.*** **XI.**

Digitized by Google

*RHENANÆ*, aut *TRANSDANVBIANÆ*, aut *MAGNÆ*, aut *BARBARÆ*, aut omnino *BARBARIÆ*, elogium. (*b*) Regionem noſtram terris informem, aſperam cœlo, triſtem cultu, adſpectuque, iidem communiter vocarunt, eoque nomine tantum non prorſus deteſtati ſunt. (*c*) Sed quo iudico, non tam vere Germaniam ſunt adſpernati, quam cum vulpe ex fabula deſpexere & ſpreuere vuas, quas non licuit deuorare.

*Vetus judicium de natura regionis.*

*CA-*

(b) TACITVS *Germ. cap.* II. *TRANSRHENANI GERMANI.* CÆSAR *lib.* IV. *Bell. Gall. cap.* XV. *lib* V. *cap.* II. *lib.* VI. *cap.* II. TACITVS paſſim CAPITOLINVS *in Maximino cap.* XII. *TRANSDANVB.* LIVIVS *lib.* XL. *cap.* LVIII. ZOSIMVS *lib.* IV. *cap.* XIX. *MAGNA GERM.* PTOLEMÆVS *lib.* II. *cap.* XI. *BARBARIA* NAZARIVS *Pan. Conſtantino cap.* XVIII. XXXVII. XXXVIII. EVMENIVS *pro Reſtaur. Schol. cap.* XVIII. VALERIVS MAXIMVS *lib.* V. *cap.* V. CLAVDIANVS *in Rufin. lib. II. verſ.* 78.

(c) TACITVS *Germ. cap.* II. V. *Annal.* II. *cap.* XXIV. *Hiſtor. lib.* IV. *cap.* LXXIII. SENECA *de Prouid. cap.* IV. STATIVS *Silu. lib.* X. *Carm.* I.

Digitized by Google

## *CAPVT II.*

# GERMANICARVM GENTIVM PRIMÆ ORIGINES.

I.

*Non Germani indigenæ ſunt.*

Plurimos illos populos, quibus repletam noſtram Germaniam videre licuit, nemo diuinæ veritatis ſibi conſcius αὐτόχθονας & γηγενεῖς, hoc eſt, *ex eadem, qua vixerunt, tellure natos, & indigenas,* fuiſſe crediderit, licet id Tacito, & ex ejus ore ipſis noſtris maioribus viſum fuerit perprobabile. (*d*) Sapit illa vetus opinio, non ſecus ac altera, *quæ conſecrauit & ad plures Deos noſtræ gentis retulit origines*, ſolam ſolemnem priſcis nationibus ambitionem atque ſuperſtitionem, eoque nomine merito in nugis fabuliſque habetur.

*Venere ex Orientis provinciis.*

II. Venere profecto primi noſtri parentes ex orientis terris, in quibus conditum & inſtauratum primum humanum genus nouimus.

For-

(d) TACITVS *Germ. cap.* II.

Fortaſſis & Deorum familia, quam ex maiorum carminibus Tacitus memorat, verum quodammodo referat. (*e*) Vanum tamen omnino ſtudium eſt, accurate velle exponere, quis filius neposque Noachi proprius Germanorum Sator paterque fuerit, & per quas regiones primæ familiæ in Germaniam peruenerint.

*Variorum Coniectura de primo parente Germaniæ;*

III. Communis Sententia IAPHETVM Germaniæ vniuerſalem conſtituit parentem: aliis vero ASKENAZEM eius nepotem, aliis THOGARMAM, Askenazis fratrem iuniorem, aliis alios, præoptantibus. Nec deſunt autem qui malunt ad SEMVM, aut omnino ad CHAMVM, Germanorum referre originem. (*f*) Omnes pugnant rationibus, quæ vix tamen ſuà probabilitate ſe tuentur.

IV.

(e) TACITVS *Germ. cap.* II.

(f) Vid. CLVVERIVS *Germ. Ant. lib.* I. *cap.* IV. SCHERINGHAMVS *de Origine Anglorum.* BOCHARTVS LAZIVS.

IV. Quisquis primus parens fuerit, arctioris neceſſitudinis vinculo coniunctæ familiæ fuerint, quæ demum peruenere in Germaniam, illuſtremque condidere nationem: quod ſaltem egregia in moribus & lingua inter Germanicas gentes ſimilitudo ſatis videtur ſuadere. Quo autem modo eæ ſe conſociauerint, quibusque iactatæ viciſſitudinibus ſtabiles ſedes repererint; quis ex ſumma obſcuratione rerum ea euoluerit?

*Et de primis eorum in vna alteraque prouincia ſedibus, primisque factis.*

V. Porro tamen vix eſt inſignis regio, vnde non aliquis Germanicam produxerit nationem: nec fere factæ migrationis aliquod eſt momentum, de quo non, aut coniecturæ factæ fuerint ſatis liberæ, aut a quibusdam confidenter ſtatutum fuerit. *ÆGYPTVS*, *PHOENICE*, *PERSIA*, *GRÆCIA*, *SARMATIA*, *SCANDINAVIA*, ſingulæ prouinciæ, inuenere auctores, qui eas procreatæ Germaniæ gentis gloria augerent. Inventi, qui *TROIANAS* Origines indagarent; qui *PANNO-*

NIAM laudarent, aut omnino *GALLIAM* & *ITALIAM* dediſſe Germaniæ primos incolas. (*g*) Nequam aliquis vetuſtatis commentator integram Germanorum migrationem deſcripſit, Tuiſconem primum regem, eiusque omnes ſucceſſores, & integram regum heroumque familiam, ita celebrauit, vt iures, illorum æqualem ſcriptorem temporum omnia prodidiſſe memoriæ. (*h*) Sed meræ nugæ gerræque.

*Vanum plerarumque originum ſtudium.*

VI. Itum eſt ineptiendo in infinitum. Non ſatis habuere friuola ingenia integram Germanicam nationem vni alterique prouinciæ vindicare, clarosque eius natales comminiſci. Verum vix extitit clara in Germania gens aut ciuitas, cui non ſingulares laudes inſulſas canendo fabulas parare conati eſſent. *Franci*, *Alemanni*, *Sueui*, *Saxones*, *Bo-*

(g) BODINVS *Meth. Hiſtor.* ex Gallia, OLAVS RVDBECK ex Scandinauia; Germanos producere conati.

(h) Commentitium BEROSVM ipſe ANNIVS VITERBIENSIS illuſtrauit commentariis.

Digitized by Google

*Boioarii*, *Cimbri*, *Thuringi*, *Friſii*, & quot non alii? tot ex mundi angulis & lateribus petiti ſunt, totque exterarum nationum facti ſunt conſanguinei, vt, ſi illos homines ſequemur, nulla regio tot aliarum gentium aduentibus & hoſpitiis mixta, æque ac Germania, dici potuerit. Prætereo lubens commentitios ſingularum ciuitatum heroes regesque. (*i*)

VII. Quid ergo? Non rimamur noſtræ gentis origines, niſi quantum eas rimari conuenit. A Noacho, fortaſſis etiam a ſolo Japheto, videntur noſtri maiores orti eſſe. Quot autem familiæ Iapheti per Babylonicam linguarum confuſionem, vnam eandemque linguam ſeruauerint; & deinceps, occupatis iam Hiſpaniis Galliisque, vrgente ſequentium mortalium vi, in Germaniam vna peruenerint, ſtabilesque ſedes poſuerint? nolo id porro exquirere. Si cupis viam noſſe, per

*Sobria Originum Germaniæ noſtra cura.*



(i) Ferax quondam friuolarum inuentionum ſeculum.

Digitized by Google

quam adita fuerit Germania, lubens eos audio, qui Sarmatiam aut Pannoniam tranſitum præbuiſſe putant. Aſt miror, fuiſſe inuentos, qui ex Scandinauia, aut omnino ex Gallia, in Germaniam duxerint primos incolas. Mitte cetera obſcura, longaque obliuione inuoluta.

*Disquiſitio de primo Germanorum & genuino nomine.*

VIII. Vis primum & generale nationis nomen? Non arbitror tale a Maioribus noſtris ſuſceptum, donec ab exteris vno cognomento compellari inciperent. Erant multa proxima generali nomina, quibus populorum diſcernebantur claſſes, Tacitus memorat INGÆVONES, ISTÆVONES, HERMIONES, MARSOS, GAMBRIVIOS, SVEVOS, VANDALIOS; & BASTARNAS adiicit Plinius. Nomina a principibus familiarum accepta eſſe, ſuadent carmina maiorum ad quæ prouocat Tacitus. (*k*) Videntur ciuitates ſingulares, quas plu-

(k) TACITVS *Germ. cap.* II. PLINIVS *lib.* IV. *cap.* XIV. Cito deſiuere hæ veteres populorum claſſes.

Digitized by Google

plures quodlibet illorum nominum complectebatur, vix aliud præterea ſummum nomen concupiuiſſe: cum maxime res ſuas quælibet ciuitas haberet ſeiunctas, nec vereretur frequentibus committi bellis. Agnita autem a vicinis populis morum, linguæque, imo & externi habitus, inter tot gentes ſimilitudine, GERMANORVM demum generale nomen, ſiue a Gallis, ſiue a Romanis, omnibus illis gentibus eſt impoſitum. Tum placuit fortasſis ipſis maioribus, externum ſcilicet nomen adſpernantibus, a præcipuo, ſiue deo, ſiue heroê, novum idquê genuinum generale nomen accipere; nimirum id THEVTISCORVM, ſiue TEVTONORVM, ſiue THEODISCORVM: quod, vt cetera tranſeam, hodieque conſtans ſeruat vſus. (*l*) Quæ vis vero ſit & po-



(l) Adpellamur hodieque DJE TEVT-SCHEN. Veſtigia nominis reperi in VIRGILIO *Æn.* VII. *verſ.* 740. & ibi apud SERVIVM; in MARTIALI *lib.* XIV. *Epigr.* XXVI. *in* PROPERTIO *lib.* III. *Eleg.* II. *verſ.* 44. Medii ævi vſus

poteſtas vtriusque generalis ſummique cognomenti, diſceptent alii.

*Quando germanicæ ciuitates cœperint vnam referre nationem?*

IX. Ceterum conſtare videtur, eo vsque nullo, niſi linguæ ſanguinisque, vinculo Germanicas ciuitates iunctas fuiſſe, quo nondum externa quædam potentior vis ingruerat. Romana autem ambitione vbique celebrata videntur in quædam laxiora fœdera atque ſocietates mutuas coiuiſſe: qua ipſa re vnum illarum gentium genus magis magisque vicinis populis patuit. Inde eſt, quod, generalibus antea nominibus Hiſpanis, Brittanis, Gallis, Illyricis, atque Germanis, qui omnes vna ratione agere conſueuerant, notatis; ſeparare deinceps & diſtinguere nomina Græci Romanique inciperent, cum per diuerſa fœdera diuerſarum linguarum populos iam cernerent probe diſcretos & ſeiunctos. Antea CELTARVM, GALLO-

infra patebit. *GERMANOS* puto dictos a Gallis GVÆRR-MANNEN, quaſi *bellatores eximios:* huc illud TACITI *Germ. cap.* II. *a victis ob metum* nomen eſſe impoſitum ſignificantis.

LORVMQVE vocabulis omnes illæ nationes compellatæ erant: mox a Gallis Germani ſeparati ſunt. Antea cum Sarmatis Germani vno SCYTHARVM & CELTOSCYTHARVM, ſeu GALLOSCYTHARVM, nomine nuncupati erant: (*m*) mox data ſingularia ſingularibus populis nomina.

## *CAPVT III.*

# RES GESTÆ GERMANICARVM GENTIVM NVLLIS ADHVC ARCTIS ET CERTIS FOEDERIBVS CONIVNCTARVM.

I.

In illuſtrium Germanicarum nationum factorum hiſtoria male cen- *Fabuloſi de priſcis Germanis narratus.*



(m) CLVVERIVS *Germ. Ant. lib.* I. *cap.* III. contra BODINVM *CELTARVM* nomen & egregie Ill. COCCEIVS *Iurisprud. Publ. Prolegom. GALLORVM* nomen contra ipſum Cluuerium Germanis vindicat. Conf. DIODORVS SICVLVS *lib.V.* DIO COCCEIANVS *lib.* XXXIX. STRABO *lib.* I. XI. PLVTARCHVS *in Mario.* PLINIVS *lib.* IV. *cap.* XII.

Digitized by Google

cenſentur illæ fabulæ, quas ſuppoſitus Beroſus habet. Ficti Reges ſunt TVISTO, MANNVS, INGÆVON, ISTÆVON, HERMION, MARSVS, GAMBRIVIVS, SVEVVS, VANDALIVS, TEVTO, ALEMANNVS, HERCVLES; & quot memorantur alii. (*n*) Fabuloſa prorſus eorum facta, migrationes, bella, imperia. Fons nugarum illa deorum familia, quam ex maiorum noſtrorum carminibus celebrauit Tacitus, vere exſtitit.

II. Nec maiorem merentur fidem, qui antiquiſſimas Scandinaviæ populorum in Aſiam & extremam Sarmatiam migrationes memorant. (*o*) Nempe monumenta, quibus narratus illi nituntur, nondum ſuam probarunt fidem. Primam peperere Germani gloriam, cum

(n) TACITVS *Germ. cap.* II. nominum ANNIO occaſionem ſuppeditat.

(o) OL. RVDBECK multo ſtrepitu eas enarrat, inde Græcorum Theogoniam petere conatus. Vid. etiam ROB. SCHERINGHAMVS *de Origine Anglorum gentis.*

Digitized by Google

cum aut ſoli, aut cum Gallis permiſti, ſaltem vno *GALLORVM* nomine notati, *ab vltimis terrarum oris*, quod Florus dicit, *& cingente omnia Oceano, ingenti agmine profecti, quum iam media vaſtaſſent, poſitis inter Alpes & Padum ſedibus, ne his quidem contenti, per Italiam vagarentur.* Nata inter hos & Romanos in Cluſii obſidione diſcordia, verſis contra Romanos armis, ad Alliam flumen vicere, mox occupata & incenſa Vrbe, onuſti præda & gloria in nouas eis Alpes ſedes, quæ inde *Ciſalpinæ Galliæ* nomine apellatæ ſunt, reuerterunt. A *Camillo* quidem protinus vindicatam cladem clade, plures Romani ſcriptores addunt: ſed ut ipſi parum ſibi conſtent, & pleraque manifeſto contradicant. (*p*)

*A Gallor. in Italiam expeditione Germanicarum rerum hiſtoria incipit.*

V. C. ↄ LXIII. Ante C. N. Iↄ LXXXVIII.

V. C. CCCLXVI. Ante C. N. CCCLXXXV.



(p) FLORVS *lib.* I. *cap.* XIII. coll. cum PLVTARCHO *in Camillo.* Vid. LIVIVS *lib.* V. *cap.* XXXIV. *vſque* L. EVTROPIVS *lib.* I. *cap* XIIX. SEXTVS RVFVS *cap.* VI. A. VICTOR *Illuſtr. Vir. cap.* XXIII. OVIDIVS *Faſtor. lib.* VI. *verſ.* 351. MARTIALIS *lib.* XIII.

*Gallica bella & Gallorum migrationes ſimul ad Germanos ſpectant.*
V. C. IↃXXXI. Ante C. N. CCXX.

III. Quæ deinceps Gallica bella a Romanis adminiſtrata ſunt, non minus ad noſtram pertinent Germaniam. Sane, cum *M. Claudius Marcellus* VIRDOMARVM ad Claſtidium proſtrauiſſet, diſerte *GERMANI* etiam leguntur victi eſſe. (*q*) Nec inuitos liceret illos Gallos Germaniæ vindicare, qui in Macedoniam, Græciamque & ipſam demum Aſiam inuaſere, omnesque terras Gallici nominis fama, & formidine impleuere. (*r*)

IV.

*Epigr.* LXXIV. Tacent Camilli victoriam, receptumque aurum, imo & repugnant, POLYBIVS *lib.* I. *cap.* VI. *lib.* II. *cap.* XVIII. IVSTINVS *lib.* VI. *cap.* VI. OROSIVS *lib.* II. *cap.* XIX. & diſertis verbis negat SVETONIVS *Tib. cap.* III.

(q) De Gallicis bellis paſſim POLYBIVS & LIVIVS. De *MARCELLO;* LIVIVS *Epit. lib.* XX. PLVTARCHVS *in Marcello.* FLORVS *lib.* II. *cap.* IV. EVTROPIVS *lib.* III. *cap.* II. A. VICTOR *Vir. Ill. cap.* XLV. præſertim LAPIS CAPITOLINVS *ad Ann.* IↃXXXI. *VIRDOMARVS* Germanus eſt PROPERTIO *lib.* IV. *Eleg. penult.*

(r) POLYBIVS *lib.* II. *cap.* XXXV. DIODORVS SICVLVS *lib.* VI. APPIANVS

Digitized by Google

IV. Vt nemo vero dubitet, ſuum nomen Germani Cimbrico bello maxime illuſtrarunt. Ingens vis *CIMBRORVM TEVTONORVMQVE*, cum quibus haud dubie aliæ Germanicæ gentes egerunt, diu multumque maximam Europæ partem armis peruagata, in Romanas demum inuaſit prouincias, nec, niſi poſt decimum annum, iam Galliis Hiſpaniisque vaſtatis, iamque fuſis vel captis *Carbone* & *Silano*, & *Scauro Aurelio*, & *Caſſio*, & *Seruilio Cæpione*, & *M. Manlio*, quinque ſimul conſularibus exercitibus deletis, in *Mario* Imperatore ſtetit. Hic primum Teutonos Ambronesque ad Aquas ſextias opportune adortus proſtrauit; mox Cimbros in Italiæ aditu ad internecionem cæcidit, ſummoque ex metu & periculo Romam exemit. (*s*) Inde vero Germanorum mi-

*Cimbricum bellum.*

V. C. IↃC XL. Ante C. N. C XI.

V. C. IↃC LI. Ante C. N. C.

V. C. IↃC LII. Ante C. N. XCIX.

*in Illyricis.* IVSTINVS *lib.* XXIV. XXV. XXVI. XXXII.

(s) Cauſa exitus apud STRABONEM *lib.* VII. diſputata. De ipſis expeditionibus vid. LIVIVS *Epit. lib.* LXIII. LXV. LXVII. LXVIII. VELLEIVS

mirabilis virtus & fortitudo ſemper Romæ ſuſpici, maximique omnium fieri.

*Germani Galliam Cisrhenanam occupant.*

V. Tranſitio *GERMANORVM* in Gallias, qua expeditione omnem ad Rhenum prouinciam occuparunt; (*t*) an ſit ante Cimbricum bellum, an poſtea facta? non plane decerno. Saltem, ſi iam ante perrupere in Gallias, illo coorto tumultu, plures populos in nouam inuolaſſe poſſeſſionem putem. *ADVATICOS*

*lib.* II. *cap.* VIII. XII. FLORVS *lib.* IIII. *cap.* III. PLVTARCHVS *in Mario.* EVTROPIVS *lib.* V. *cap.* I. A. VICTOR *Vir. Ill. cap.* LXVII. OROSIVS *lib.* V. *cap.* XVI. Conf. IVL. CÆSAR *Bell. Gall. lib.* I. *cap.* XL. *lib.* II. *cap.* IV. *lib.* VII. *cap.* LXXVII. CICERO *Catil.* III. *cap.* X. *Catil.* IV. *cap.* X. TACITVS *Germ. cap.* XXXVII. APPIANVS *in Illyricis.* QVINCTILIANVS *Declam.* III. VALERIVS MAXIMVS *lib.* VI. *cap.* IX. FRONTINVS *lib.* II. *cap.* IX. VEGETIVS *lib.* III. *cap.* X. IVVENALIS *Satyr.* VIII. ARAVSIONENSIS CIMBRICI TROPHÆI curioſa deſignatio in PISANI *Hiſtorica Tabula Princ. & Principat. Arauſion.*

(t) CÆSAR *Bell. Gall. lib.* II. *cap.* IV. STRABO *lib.* IV. DIO CASSIVS *lib.* LIII. TACITVS *Germ. cap.* II. XXVIII.

Digitized by Google

*TICOS* ex Cimbris Teutoniſque prognatos conſtat. (*v*) Extremi populi in Galliam cum Ariouiſto rege videntur aduenifſe.

VI. Hic ARIOVISTVS, Sueuorum rex, a Sequanis vocatus auxilio, ante XIV. annos in Galliam traiecerat, Æduos deuicerat, Sequanos fere ipſos oppreſſerat, ſuis Germanis lautam terrarum poſſeſſionem parabat, cum *Cæſar* ei, nuper amico & regi a P. R. adpellato, moueret litem, armaque inferret, & conſilio magis atque celeritate, quam fortitudine, eum vinceret, & cum reliquis trans Rhenum fugaret. (*x*) Licet vero per dolum victo Ariouiſto, non deſierunt eius ſocii Germani, Nemetes, Vangiones, Tribocci, in citeriori Rheni ripa agere. Ri-

*Ariouiſti Regis in Gallia expeditio.* V. C. IↃCLXXX. Ante C. N. LXXI.

V. C. IↃC XCV. Ante C. N. LVI.

(v) CÆSAR *Bell. Gall. lib.* II. *cap.* XXIX. DIO CASSIVS *lib.* XXXIX. APPIANVS *in Gallicis.*

(x) CÆSAR *lib* I. *Bell. Gall. cap.* XXXI. *vsque* LIII. PLVTARCHVS *in Cæſare.* FLORVS *lib.* III. *cap.* X. LIVIVS *Epit.* CIV. DIO CASSIVS *lib.* XXXVIII. APPIANVS *in Gallicis.* OROSIVS *lib.* VI. *cap.* VII.

Ridendi, qui valde Romanorum armorum in illo bello laudant iuſtitiam. (y)

*Cæſaris cum Transrhenanis bella.*

V. C. IↃcXCVIII Ante C. N. LIII.

VII. Poſt tertium ab Arioviſti clade annum *VSIPETES* & *TENCHTERI*, a Sueuis, ſiue Cattis, expulſi, in Galliam venere, vicinasque prouincias depopulati ſunt. Hos, nequicquam deprecantes culpam & iniuriam, peſſima fide Cæſar oppreſſit. Tum etiam captata occaſione primus trans Rhenum arma contra *SIGAMBROS* tulit: ſed, *VBIIS* acceptis in fidem, nulla memorabili re geſta, fugientis inſtar, quod obiecit ei Pompeius, ſe in Galliam recepit. (z) Abhinc altero anno, auxilia a *CATTIS* ſubmiſſa Tre-

V. C. IↃCC. Ante C. N. LI.

(y) LIPSIVS *de Magnitudine Romana*, & alii Critici. Rectius ex Senatus iudicio SVETONIVS *Caſ. cap.* XXIV. & PLVTARCHVS *in Caſare.*

(z) CÆSAR *Bell. Gall. lib.* IV. *cap.* IV. *vsque* XIX. LIVIVS *Epit.* CV. APPIANVS *in Gallicis.* DIO CASSIVS *lib.* XXXIX. PLVTARCHVS *in Caſare.* OROSIVS *lib.* VI. *cap.* VIII. Pompeii dicterium habet LVCANVS *lib.* II. *verſ.* 568.

Treuiris cauſatus rurſus Rhenum armatus tranſiuit; ſed pari, ac prima vice, euentu. Nondum viſis Cattis reuerſus, ipſa terga ab intrepidis Sigambris vidit premi; ceterum temerarios conatus grauiſſime Romæ incuſari & damnari audiit. (*a*)

VIII. Mutatis exinde animis, poſt Cisrhenanam Germaniam in prouinciæ formam redactam, cum Germanis facere cœpit Cæſar, & cum ipſo non ſimplex Germanica natio. Conſcius ſibi Germanicæ virtutis, copias in ipſa parauit magna mercede Germania. Has non niſi extremis in periculis hoſti obiecit. Per has vicit Gallos, vicit in Hiſpania, vicit in Pharſalicis campis, in Ægy-

*Germani adiuuant reliqua bella Cæſaris.*

V. C. IↃCC V. Ante C. N. XLVI.

(a) CÆSAR *Bell. Gall. lib.* VI. *cap.* IX. X. XXIX. XXXV. XXXVII. *ad* XLI. FLORVS *lib.* III. *cap.* X. LIVIVS *Epit.* CVII. EVTROPIVS *lib.* VI. *cap.* XIV. OROSIVS *lib.* VI. *cap.* IX. Metus Cæſaris incuſatus a DIONE *lib.* XL. Catonis & Senatus iudicia. SVETONIVS *Caſ. cap.* XXIV. PLVTARCHVS *in Cæſare.*

Digitized by Google

Ægypto, in ipſa demum Africa. (b) Memorabilis res: *primum Romanæ rei dominum Germanorum conſtitutum eſſe virtute, cui ejusdem dominationis euerſionem jam fata deſtinauerant.*

IX. *Auguſtus* adhuc certabat de imperio, cum in Galliam non ſimplici vice *TRANS-RHENANI GERMANI* excurrere, vicinaque deprædari, inciperent. Juſta eis belli cauſa viſa, ſumere arma contra hoſtes, qui primi intuliſſent bellum. Itaque bis *M. Agrippa* ad pacandam Galliam ab Auguſto miſſus eſt. Sed, præ-

*Germani vexant Gallias.* V. C. IↃCC XVI. Ante C.N. XXXV.

(b) CÆSAR *Bell. Gall. lib.* VII. *cap.* XIII. LXV. XLVII. LXX. LXXX. *Bell. Ciu. lib.* I. *cap.* LXXXIII. HIRTIVS *Bell. Gall. cap.* XIII. XXXVI. *lib.* VIII. *Bell. Alex. cap.* XXIX. DIO CASSIVS *lib.* XL. In Pharſalica victoria magnæ Germanorum partes. FLORVS *lib.* IV. *cap.* II. DIO CASSIVS *lib.* XLI. APPIANVS *Bell. Civ. lib. II.* LVCANVS *lib.* VII. *verſ.* 127. A Pompeii partibus Germani. CÆSAR *Bell. Ciu. lib.* III. *cap.* IV. LII. HIRTIVS *Bell. Afric. cap.* XIX. XXIX. XL. LVCANVS *lib.* VII. *verſ.* 540. In ciuilibus Auguſti & Antonini bellis vtrinque Germani. DIO CASSIVS *lib.* XLVI.

Digitized by Google

præter quod *VBIOS*, ſocios Romanorum, cis Rhenum poſuit, fineſque communiuit, parum rei geſſit. (*c*) Nec *Vinicius*, qui poſt Agrippam Rhenum transmiſit, niſi irritauit Germanos. Ex quibus *SIGAMBRI* cum *VSIPETIBUS* & *TENCHTERIS*, paulo poſt perrupere ruptis præſidiis in Galliam, profligatoque *M. Lollio* grauiſſimam cladem & ignominiam Romanæ rei intulerunt. (*d*) V. C. IↃCC XXXVII. Ante C. N. XIV.

X. Exarſit Auguſtus animo, & prouinciam facere Germaniam molitus eſt. Primum Rhætos & Vindelicos per *Druſum* deuicit. Mox eundem, jam Rheno plus L. Caſtellis munito, contra *GERMANOS* miſit. Quater Druſus tranſiuit Rhenum, omnique Romana vi in Germanicas gentes, quot Rhenum inter & Albim Salamque coluere, incubuit. *Auguſtus Germanicum bellum committit primum Druſo;* V. C. IↃCC XLI. II. III. IV. Ante C. N. X. IX. VIII. VII.

C

(c) DIO CASSIVS *lib.* XLVIII. LI. STRABO *lib.* IV. TACITVS *Germ. cap.* XXVIII.

(d) DIO CASSIVS *lib.* LIV. VELLEIVS *lib.* II. *cap.* XCVII. CIV. SVETONIVS *Aug. cap.* XXIII.

Digitized by Google

cubuit. Vicit ubique Romanus exercitus : ſed multi ſanguinis & laboris crebra conſtitit victoria. Druſo demum miro fato in Germania ſublato, ex nouis Sigambrorum, vicinorumque populorum, conatibus ſatis, quod ſemper, adparuit, victos magis Germanos fuiſſe, quam domitos. (*e*)

*Deinde Tiberio.* V. C. IↃCC XLV. VI. Ante C. N. VI.V.

XI. Itaque *Tiberio* rurſus prouincia illa obtigit. Hic binis expeditionibus callide magis quám fortiter egit, & decepit magis Germanos, quam vicit. *SIGAMBRIS* vero & *CATTORVM* parte cis Rhenum prope Vbios poſitis, & ipſe arma, deſperans cauſam, poſuit. (*f*) Qui-

(e) LIVIVS *Epit.* CXXXVI. *vsque* CXL. DIO CASSIVS *lib.* LIV. LV. VELLEIVS *lib.* II. *cap.* XCVII. FLORVS *lib.* IV. *cap.* XII. EVTROPIVS *lib.* VII. *cap.* V. SVETONIVS *Claud. cap.* I. OROSIVS *lib.* VI. *cap.* XXI. Conf. HORATIVS *lib.* IV. *Od.* IV. OVIDIVS *Triſt. lib.* IV. *Eleg.* II. *&* *Faſt. lib.* I. *verſ.* 597. *MELONIS* Sigambri nouum bellum. STRABO *lib.* VII.

(f) VELLEIVS *lib.* II. *cap.* XCVII. SVETONIVS *Aug. cap.* XXI. *Tiber. cap.* IX. DIO CASSIVS *lib.* LV. EV-

Quieuiſſet Auguſtus, niſi Germani vindicaturi acceptas injurias nouum grauiſſimumque bellum in Galliam intuliſſent. (*g*) Tum poſt ſeptimum annum recipere poſita arma viſum Tiberio. Bis iterum tentata Germania, qua ad Albim vsque porrigitur. In ipſum id flumen Romana inducta claſſis. Mox petentibus plena pax conceſſa, & bellum cum MAROBODVO, Marcomanorum rege, adminiſtrari cœptum; quod vero Pannonici tumultus facile morati ſunt (*h*) & triſtiſſima Romanorum in Germania clades deinde præuenit.

V. C. IↃCCLVI. VII. Poſt C. N. IV. V.

V. C. IↃCCLVIII C. N. VI.

XII. Nempe, quaſi in prouincia, ſic in Germania, Romani agere cœperant; cauſas orare, ius dicere, pœ-

*Variana clades Germanicam libertatem reſtituit.*



TROPIVS *lib.* VII. *cap.* V. TACITVS *Ann.* II. *cap.* XXVI. *lib.* XII. *cap.* XXXIX. Conf. OVIDIVS *ex Ponto lib.* II. *Epiſt.* I. *lib.* III. *Epiſt.* IV.

(g) DIO *lib.* LV. VELLEIVS *lib.* II. *cap.* C. CIV.

(h) VELLEIVS *lib.* II. *cap.* CIV. *vsque* CX. copioſe & magnifice omnia: DIO CASSIVS *lib.* LV. SVETONIVS *Tib. cap.* XVI. preſſe & tenuiter.

Digitized by Google

pœnas infligere. Deteſtati Germani, ARMINIO monitore atque auctore, triſtis ſeruitutis ſpectacula. Experti poſſe Romanos vinci, & facile vinci, dum minime bellum metuerent, primum dolis *Quintilium Varum* Proconſulem adoriuntur; mox in Teutonicos perductum montes aperta vi cædunt, & cum tribus legionibus, totidem alis, & ſex cohortibus, delent. *Hac clade* Florus ait, *factum, vt Imperium, quod in littore Oceani non ſteterat, in ripa Rheni ſtaret.* Et effecit Germania hac vindicta ſui, vt auitæ libertati parum amplius metuendum eſſet. (*i*)

V. C. IↄCCLXII. C. N. X.

*Tiberius Germanicum bellum negli-*

XIII. Statim quidem *Tiberius* ad Rhenum recurrit, minasque ſpargit. Sed ſatis habuit munire Rhenum, ho-

(i) VELLEIVS *lib.* II. *cap.* CXVII. *vsque* CXX. DIO CASSIVS *lib.* LVI. Breuiter FLORVS *lib.* IV. *cap.* XII. STRABO *lib.* VII. SVETONIVS *Aug. cap.* XXIII. XLIX. TACITVS *Ann.* I. *cap.* LV. LVII. LVIII. LXI. LXXI. *Ann.* II. *cap.* XLV. *Germ. cap.* XXXVII. *Vita Agric. cap.* XV. PLINIVS *lib.* VII. *cap.* XLV. OROSIVS *lib.* VI. *cap.* XXI.

Digitized by Google

hoſtemque prohibere a tranſitu. *genter*
Ipſe, licet Rhenum tranſiiſſet, non- *tractat:*
dum viſis Germanis, ad imperium V. C.
poſt Auguſti obitum capeſſendum IↃCCLXIII IV.
in Italiam reuolauit. (*k*) Inde Ti- C. N.
berii auſpiciis *Germanico*, Druſi filio, XI. XII.
Germanicum bellum tribus conti- V. C.
nuis expeditionibus proſequenti, IↃCCLXVI
non quidem virtus defuit & fortu- VII. VIII. C. N.
na: bis enim aperto Marte Armi- XIV. XV.
nium profligauit, multasque Ger- XVI.
manicas gentes, ipſa earum vſus
diſcordia, miſere vaſtauit: at nocuit
maxime ipſa Tiberii inuidia & ma-
leuolentia, effecitque, vt omnis vi-
ctoriarum fructus periret, ſibique
Germania relinqueretur, cum ad
triumphum, ſed vere ab laudum
ampla ſegete, ex Germania Germa- V. C. IↃCCLXIX
nicus reuocaretur. (*l*) C. N. XVII.



(k) VELLEIVS *lib.* II. *cap.* CXX. CXXII. DIO CASSIVS *lib.* LVI. SVETONIVS *Tib. cap.* XVII. XVIII. Tacitus *Ann.* I. *cap.* III.

(l) TACITVS *Ann.* I. *cap.* XLIX. L. LI. LV. *vsque* LXXI. *Ann.* II. *cap.* V. *vsque* XXVI. & XLI. DIO CASSIVS *lib.* LVII. STRABO *lib.* VII. VELLEIVS

Digitized by Google

*Et magis diſcordiæ ſemina inter Germanos ſpargit.*
V. C. IↃCCLXXI C. N. XIX.

XIV. Ceſſante externo metu dolis Tiberii ad ciuilia bella in Germania ventum eſt. *ARMINIVS* graui bello *MAROBODVVM* ex tyrannide, quam violenter tenebat, deiicit. (*m*) Mox *ARMINIVS* ipſe reus fit tyrannidis tentatæ, & dolis amicorum perit, cum omnem hoſtium vim inuictus ſuſtinuiſſet. (*n*) Actum de Germanica fuiſſet libertate, niſi diffidentior fuiſſet Tiberius, quam callidior; &, niſi quas diſcordias Tiberii aſtutia mouerat, eiusdem diffidentia deſerere & negligere ſuaſiſſet. Sic imminens periculum, quod ſuo vitio contraxerat Germania, benignum auertit fatum. Eo vsque porro Tiberii diffidentia Germanicam rem deſtituit, vt cum paulo deinde *L. Apronius*

*lib.* II. *cap.* CXXIX. SVETONIVS *Calig. cap.* I. III. IV.

(m) TACITVS *Ann.* II. *cap.* XLIV. XLV. XLVI. LXIII. VELLEIVS *lib.* II. *cap.* CXXIX. SVETONIVS *Tib. cap.* XXXVII. EVTROPIVS *lib.* VII. *cap.* VI. A. VICTOR *Epit. cap.* VIII.

(n) TACITVS *Ann.* II. *cap.* LXXXVIII.

Digitized by Google

*nius* fœdam inter *FRISIOS* cladem pateretur, ea diſſimularetur Romæ, ne cui imperium credendum foret. (*o*) V. C. Iↄ CC-LXXX. C. N. XXVIII.

XV. *Caio Caligula* & *Claudio* imperantibus magis iterum ciuilia quam externa bella Germanos exercuerunt. Caius quidem magno adparatu Germanicum bellum mouit: ſed, Tacito ſcribente, ingentes eius minæ in ludibrium verſæ ſunt. (*p*) Sub Claudio *CATTI MAISIQVE* & *CHAVCI* fere impune, niſi quod repreſſi ſunt *Galbæ*, *Gabinii*, *Pomponii*, & *Corbulonis*, armis, Galliam infeſtarunt. Corbulone vero victoriam Chauciam perſequuturo, Claudius *adeo nouam*

*Externa vi ceſſante inter ſe bellant Germani.*

An. C. N. XXXIX. XL.

An. XLI.XLVII

C 4 *in*

(o) TACITVS *Ann.* IV. *cap.* V. LXII. LXXIII. LXXIV. SVETONIVS *Tib. cap.*XXXVII. VICTOR *Epit. cap.* VIII.

(p) SVETONIVS *Caligula cap.* XLIII. *vsque* XLVII. & LI. TACITVS *Hiſtor. lib.* IV. *cap.* XV. *Germ. cap.* XXXVII. *Agric. cap.* XIII. DIO CASSIVS *lib.* LIX. EVTROPIVS *lib.* VII. *cap.* VII. VICTOR *Cæſ. cap.* III. OROSIVS *lib.* VII. *cap.* V. Conf. PERSIVS *Satyr.* VI. *verſ.* 43.

Digitized by Google

*in Germanias vim probibuit, vt referri præſidia cis Rhenum juberet.* (q) Itaque ab externa vi tuti Germani inter ſe ipſi inimiciſſime & infeſtiſſime contenderunt: *CATTI CHERVSCIQVE**, ob veteres diſcordias; *CHERVSCI* cum *LONGOBARDIS*, in ITALI regis cauſa; *QVADI* demum cum *HERMVNDVRIS LYGIISQVE*, pro VANNII regis dominatione. (r)

An. XLVI. L.

An. LVIII.

XVI. Claudii exemplo *Nero* pacem maluit, quam bellum. Præter quod *Auitus FRISIOS* & *ANSIBARIOS* a Rheni tranſitu prohibuit, nihil actum eſt. (s) Contra in Germania

(q) TACITVS *An. XI. cap. XIIX. XIX. XX. Ann. XII. cap. XXVII. XXVIII.* SVETONIVS *Claud. cap. XXIV.* DIO CASSIVS *lib. LX.* Dati fines *RHENVS* & *DANVBIVS.* A. VICTOR *Caſ. cap. IV.*

(r) TACITVS *Ann. XI. cap. XVI. XVII. Ann. XII. cap. XXVIII. XXIX. XXX.*

(s) TACITVS *Ann. XIII. cap. LIV.* Ibi etiam egregia Friſiorum in Theatro Romæ exclamatio: *NVLLOS MORTALIVM ARMIS AVT FIDE ANTE GERMANOS ESSE.* SVETONIVS *Claud. Cap. XXV.* Anſibariorum res TACITVS *Ann. XIII. cap. LV. LVI.*

mania *ANSIBARII* a *CHAVCIS* pulſi, mox Cattorum Cheruſcorumque conſenſione perierunt. *CATTI* etiam & *HERMVNDVRI* magno prælio de ſalinis certarunt: hi feliciter, illi infeliciſſime. (*t*)

XVII. Dum ſic in ſua viſcera furit Germania, ſatis habuere Romani Galliæ fines expedito firmare exercitu; qui, quia in Germania Cisrhenana erat, & ex Germanis conſcriptus, ***Germanicus*** dictus eſt. Iſte poſt Neronis obitum primus ***Galbam***, deinde ***Vitellium***, Imperatores ſalutauit; hunc etiam aliquandiu contra ***Othonem*** & ***Veſpaſianum*** fortiter defendit. (v) Parum vero

***Magna Germanici exercitus auctoritas.***

**An. LXIX.**

C 5 in

(t) **TACITVS** ***Ann. XIII. cap. LVI. LVII.***

(v) **TACITVS** ***Hiſt. lib. I. cap. LVI. LVII. LXII. lib. II. cap. XXXIX. XLIV. LXXV. lib. III. cap. I. LXXI. lib. IV. cap. LIV.*** **SVETONIVS** ***Oth. cap. VIII. Vitell. cap. VIII.*** **DIONIS** ***Epit. apud*** **XIPHILINVM** ***in Vitis horum Caſ.*** **EVTROPIVS** ***lib. VII. cap. XI.*** **A. VICTOR** ***Caſ. cap. VIII.*** **Germani Transrhenani & Germanicæ legiones iuuant Veſpaſianum. TACITVS** ***Hiſt. lib. III. cap. V. XXI.***

Digitized by Google

in eo præſidii fuit, cum CIVILIS, Batauus, cum plerisque Transrhenanis populis graue contra Veſpaſianum moueret bellum. Ipſe potius exercitus deſeruit duces, & Germanos contra Romanos iuuit. Et ceſſiſſent tunc Germanis Galliæ, ſaltim Germanorum ope in priſcam libertatem Galli vindicati forent, niſi *Cerealis*, Romani ducis, dolis, & Gallorum inconſtantia atque leuitate, omnis victoriarum fructus periiſſet, ſocialeque bellum diſſociata Transrhenanorum cauſſa confeſtim oppreſſum eſſet. (*x*)

*Sociale Germanorum contra Veſpaſianum bellum.*

An. LXX.

XVIII. Quieuit rurſus Germania. Qua enim expeditione VELLEDA, Bructera, capta & triumphata fuerit (*y*) non conſtat. Et parum deinde

(x) TACITVS *Hiſt. lib. IV. cap. XII. vsque XXXVII. cap. LIV. vsque LXVII. cap. LXIX. vsque LXXIX. lib. V. cap. XIV. vsque ad finem.* Conf. IOSEPHVS *Bell. Iud. lib. VII. cap. XXIII.* XIPHILINVS *Epit. Dionis.* FRONTINVS *Stratag. lib. IV. cap. III.* Conf. TACITVS *Germ. cap. XXXVII.*

(y) STATIVS *Silu. lib. I. in Laudibus Rutilii Gallici*: coll. cum IOSEPHO *Bell. Iud. lib. VII. cap. XXIII.*

Digitized by Google

inde Germaniam turbauit *Domitiani* ad Rhenum & Iſtrum expeditio. Vndique Romanæ prouinciæ a Germanis vexabantur atque carpebantur. Sed bellum Domitiani, non ſecus ac falſus eius triumphus, & Germanis & Romanis ipſis, fuit deriſui. Nec niſi Traiano duce limites Romani imperii, quibus iam manum Germania iniecerat, ſunt reſtituti. (z)

*Impune Germani Romanos laceſſunt.*

An. LXXXV.

An. XC.

XIX. Cum *Traianus* imperaret, & *Hadrianus*, & *Antoninus Pius*, præter quod *CATTI* in Rhætiam &

(z) SVETONIVS *Domit. cap. VI.* EVTROPIVS *lib. VII. cap. XV.* VICTOR *Caſ. cap. XI. Epit. cap. XXIII.* XIPHILINVS *Epit. Dionis in Domit.* OROSIVS *lib. VII. cap. X.* Canunt has victorias MARTIALIS *lib. II. Epigr. II. lib. V. Ep. XIX. lib. VI. Ep. IV. lib. VIII. Ep. XI. LXV. lib. IX. Ep. II. CIV.* PAPINIVS STATIVS *lib. I. & III. Siluarum.* Rident vero TACITVS *Germ. cap. XXXVII. Agric. cap. XXXIX.* PLINIVS *Pan. cap. XII. XVI. LIV.* Germanorum diri impetus: TACITVS *Vita Agric. cap. XLI.* PLINIVS *Pan. cap. XI.* Traianus reſtitutor: PLINIVS *Pan. cap. IX. XIV.* MARTIALIS *lib. X. Epigr. VI. VII.*

Digitized by Google

& Galliam inuaſere, nihil extra Germaniam geſtum eſt. (*a*) In ipſa Germania Germanorum diſcordia rurſus Romanis inſigni emolumento fuit. *BRVCTERORVM* ſuper LX. millia, vicinarum conſenſu nationum, oblectationi oculisque Romanorum cecidere; ceteri ex ſedibus priſcis expulſi ſunt. *CATTI* etiam & *CHERVSCI* nunc armis acrioribus leguntur commiſſi eſſe: quo bello *CHERVSCORVM FOSORVMQVE* res miſere adflictatæ ſunt. (*b*) Credo, cum Hadrianus pecunia pacem a Germanis redemerit, ſimul eum nummis ciuilia bella adiuuiſſe.

*Romanorum oblectationi Germani ſe inuicem proſternunt.* An. XCVII.

XX. Contra *Antoninum Philoſophum* tota inſurrexit Germania: credo conſcia nunc ſibi infirmitatis Romani Imperii, quod, niſi gentium metu, & imperantium ambitione, ægre ſuſtentabatur. *CATTI, FRI-*

(a) SPARTIANVS *Hadrian. cap. II. X. XII. XVII.* VICTOR *Epitome cap. XXIX.* CAPITOLINVS *Antonin. P. cap. V.*

(b) TACITVS *Germ. cap. XXXIII. XXXVI.* PLINIVS *lib. II. Epiſt. VII.*

Digitized by Google

*FRISII*, *MARSI*, *BRVCTERI*, Gallias Rhætiasque vexabant. *QVADI*, *MARCOMANNI*, *NARISCI*, *HERMVNDVRI*, *SVEVI*, *VANDALIQVE*, Ciſdanubianas prouincias reddebant infeſtas: pars in Italiam peruaſerat. In Gallia *Didius Iulianus*, in Italia & Rhætiis, *Pertinax*, ad Danubium ipſe *Antonius* fortiſſime egerunt. Maior tamen Germanorum vndique erumpentium vis erat, quam cui ſatis potuiſſet reſiſti. Plena miraculorum Antonini victoria cohibuit, non oppreſſit, hoſtium furorem. (*c*) Hoc ad tempus vſque ſin-

*Germanica ciuitates in certa fœdera contra Romanos coëunt.*

An. CLXVI. CLXVII. CLXIX. CLXXIII. CLXXIV. CLXXIX.

(c) CAPITOLINVS *M. Anton. cap. VIII. XIII. XIV. XVII. XXI. XXII. XXIV. XXVII.* CAPITOLINVS *Veri vita cap. IX. Pertin. cap. II.* SPARTIANVS *Did. Iulian. cap. I.* HERODIANVS *lib. II. cap. I. IX.* XIPHILINVS *Epit. Dionis.* VICTOR *Caſ. cap. XVI. Epit. cap.* XXXII. EVTROPIVS *lib. VIII. cap. VI.* OROSIVS *lib. VII. cap. XV.* Acceptam Chriſtianorum precibus victoriam præter OROSIVM ex ANTONINI epiſtola teſtantur, EVSEBIVS *Hiſt. Eccleſ. lib. V. cap. V.* NICEPHORVS *Hiſt. Eccl. lib. V. cap. XII.* TERTVLLIANVS *ad Scapulam cap. IV. adu. Iudæos. cap. VII. Apol. cap. V.* IV-

Digitized by Google

ſingulæ gentes pugnauerant cum Romanis ſingulatim & ſeparatim: ignorantes fœdera, niſi quæ mutuæ defenſionis cauſa una alteraque ciuitas nonnunquam inter ſe fecerat. Cœpere iam paulatim diſcordiæ damna ſentire iuſtisque & certis ſancitis fœderibus ad maiora conanda ſe parare. Vno quidem fœdere tota Germania contineri non potuit. Sed ſatis erat, in vnam ſocietatem plures coire iam ciuitates, quæ omnes antea ſolas ſuas res habuerant. Recte vero initia magnorum fœderum, Alemannici, Francici, in Antonini ætatem referri iudico; cum, licet ſeriore ætate illa fœdera & nomina fuerint celebrata, nunquam adeo, quam nunc, Germania tota contra Romanam ambitionem conſpirauerit.

*CA-*

STINVS *Apol. II.* Magicis artibus aut Imperatoris precibus eam adſcribunt CAPITOLINVS *M. Anton. cap.* XXIV. LAMPRIDIVS *Heliog. cap.* IX. CLAVDIANVS. *VI. Conſul. Honorii. vers.* 342.

Digitized by Google

## CAPVT IV.

# RES GESTÆ GERMANICARVM GENTIVM, PER CERTA FOEDERA IAM DISTINCTARVM.

I.

Non datum eſt Romanis, ceteri terrarum orbis fere dominis, vt vincerent Germaniam; licet in tot ſingulares res publicas diuiſam, quot erant gentes minutæque ciuitates. Vrgentibus autem Romani imperii fatis neceſſe erat, vt in certa fœdera coirent Germani, quibus rerum ſummam fata decreuerant. Prior Germaniæ ſtatus, per ſummam gentis fortitudinem, ſuffecerat ad depellendam externam vim, & ad defendendas iniurias. Nouo iam fuit ſtatu opus, cum mutata vice adgredi & proſternere Romanos Germaniam decuit. *Prouidentia diuina cura circa Germaniæ fœdera.*

II. Poſt Antonini imperium, quæ ciuitates nouum fœdus icerant, illud firmandi & ſtabiliendi ſatis occaſionis reperere. *Commodus* pacem emit *Commodum ſtabiliendi nata fœ-*

*dera tempus.* emit a Germanis, quam ſanguine tutius acquiſiuiſſet. (*d*) *Septimius Seuerus* tot aliis bellis occupatus erat, vt gauderet quieſcere Germaniam. (*e*) Interea ad Rhenum, Mœnum, & recentem Danubium, depulſis Romanis, & exteris, noua vis Germanorum certas poſuit ſedes, & ſtatim vno nouoque *ALEMANNORVM* nomine cognita eſt. Ad orientem ad *GOTHICVM* nomen fœdusque atque Oceanum ad *FRANCICAS*, *SAXONICASQVE*, ſocietates, omni impetu concurritur.

An. CLXXX.

III.

(d) HERODIANVS *lib.* I. *cap.* III. VI. VIII. LAMPRIDIVS *Commod. cap.* III. XIII. XIPHILINVS *ex Dione.* Non commode ſatis Commodi victorias laudant EVTROPIVS *lib.* VIII. *cap.* VII. VICTOR *Caſ. cap.* XVII. OROSIVS *lib.* VII. *cap.* XVI. *Cod. Albinus* eius auſpiciis Friſios deuicit: CAPITOLINVS *Albin. cap.* VI.

(e) *Seuerus a Germanicis legionibus Cæſar creatus.* ÆL. SPARTIANVS *Seuer. cap.* IV. V. HERODIANVS *lib.* II. *cap.* IX. X. Caracalla patre viuo *GERMANICVS* dictus. SPARTIANVS *Caracall. cap.* VI.

III. *Caracalla*, licet maximo Ger- *Caracalla*
manorum amore & ſtudio captus, *Alemanni-*
primus Alemannicum furorem ſen- *cum bel-*
ſit. Emit pacem & ſecuritatem, & *lum.*
tamen cum omnium deriſione Ale- *Pax a Ger-*
mannici nomen, quaſi victoriæ *manis*
iure, ſuſcipit. (*f*) Et *Seuerus Ale-* *emitur.*
*xander*, licet bello paceque opti- An.
mus, non potuit *ALEMANNO-* CCXV.
*RVM* ad Danubium, & ſuperiorem
Rhenum Cattorumque, Vſipiorum An.
& Tenchterorum, qui mox *FRAN-* CCXXXV
*CI* dicebantur, ad inferiorem Rhe-
num vim cohibere: ſed numis pa-
rare pacem coactus eſt. (*g*)



(f) HERODIANVS *lib.* IV. *cap.* VII. SPARTIANVS *Carac. cap.* V. X. A. VICTOR *Caſ. cap.* XXI. XIPHILINVS *ex Dionis lib.* LXXVII.

(g) Maximus pro Alexandro felix: CAPITOLINVS *in Maximo cap.* V. Danubius & Rhenus a Germanis perruptus. HERODIANVS *lib.* VI. *cap.* VII. LAMPRIDIVS *Alex. cap.* LVIII. LIX. A. VICTOR *Caſ. cap.* XXIV. Ab Alexandro pax emta, vnde cæditur: HERODIANVS *lib.* VI. *cap.* VIII. IX. LAMPRIDIVS *Alex. cap.* LXI. LXIII. ZOSIMVS *lib.* I. *cap.* XIII.

Digitized by Google

*Maximini furor acuit & irritat Germanorum virtutem.*

IV. *Maximinus* quidem longe lateque vaſtauit Germaniam: ſed æquis tamen manibus ex prælio diſceſſum eſt. (*h*) Adhæc, magis ad firmanda fœdera Germanis adactis, plus nocuit Romanæ rei Maximini fortuna, quam profuit.

An. CCXXXVI.

*Gothicum fœdus inualeſcit.*

An. CCXLII.

V. A *Gordiani* æuo GOTHORVM fœdus in orientis prouinciis inualuit, (*i*) nec inde Imperator fuit, cui non mille formidines oppoſuerint. *Philippi* male cum eis pugnarunt. *Decius* cum filio in bello cum Gothis occubuit. (*k*) Tum vndique Germanis, in Ciſrhenanas &

(h) HERODIANVS *lib.* VII. *cap.* I. II. CAPITOLINVS *Maximin. cap.* XI. XII. XIII. LAMPRIDIVS *Alex. cap.* LXI. EVTROPIVS *lib.* IX. *cap.* I. VICTOR *Cæſ. cap.* XXVI. Ab vtraque parte bella ciuilia Germani inde iuuerunt: HERODIANVS *lib.* VII. *cap.* VIII. *lib.* VIII. *cap.* I. V. VI. VII. VIII. CAPITOLINVS *Maximin. cap.* XV. XXIV.

(i) CAPITOLINVS *Maxim. & Balbin. cap.* XIII. *Gordian. cap.* XXVI. & XXXIV.

(k) ZOSIMVS *lib.* I. *cap.* XX. XXIII. EVTROPIVS *lib.* IX. *cap.* IV. A. VICTOR *Cæſ. cap.* XXIX. *Epit. cap.* XLIV. IORNANDES *de Rebus Get.*

Digitized by Google

& Cisdanubianas prouincias erumpentibus, nemo fere reſiſtere potuit, ſed publice tributa, vt pacem indulgerent, decreta ſunt. (*l*) An. CCLI.

VI. *Valerianus*, & *Gallienus* filius, omnes imperii limites a Germanis perruptos viderunt. *GOTHI* Orientem turbarunt. *GERMANI*, quo nunc præcipuo nomine *QVADI*, *MARCOMANNI*, *SVEVIQVE*, venere, occupatis Rhætiis, Noricoque in Italiam peruenerunt. *ALEMANNI* vicinam Galliam deprædati ſunt. Et iam noua populorum conſociatio, *FRANCICO* ſuſcepto nomine, inferiorem transmiſit Rhenum, & non Galliam tantum, ſed & Hiſpaniam poſſidere cœpit. Fruſtra Valeriani virtus fuit, & aliquot Romanorum ducum fortuna. Iam callide norant Germani captare occaſiones, & opportune vti diſcordiis odiisque, quæ inter exercituum principes feruebant.

*Omnis Germania contra Valerianum concurrit.* An. CCLIV.

*Francica arma primum audita.* An. CCLXV.

D 2 Plu-

(*l*) ZOSIMVS *lib.* I. *cap.* XXIV. *vsque* XXVIII. EVTROPIVS *lib.* IX. *cap.* V.

Digitized by Google

Plurimum profuit Romanis ATTALVS, Marcomannorum rex, qui Gallieno genero fauit, & reliquorum Germanorum vim auctoritate ſua moratus eſt. (*m*)

*Germania aliquandiu a Romanis armis premitur.*

An. CCLXIX. CCLXXI.

VII. Poſt Gallienum, ne continuo Romanum rueret imperium, *Claudio*, & deinde *Aureliano*, imperatoribus, fortuna contra Germanos fauit. Claudius *GOTHOS ALEMANNOSQVE* binis inſignibus præliis cohibuit. (*n*) Eosdem Aurelianus fortiter repreſſit, idemque Rhenum ab incurſionibus *FRANCORVM*

(m) TREB. POLLIO *Gallien. cap.* IV. *vsque* VIII. & XIII. *Triginta Tyrann. cap.* III. V. VI. VOPISCVS *Aurel. cap.* VII. IX. XI. EVTROPIVS *lib.* IX. *cap.* VI. VII. A. VICTOR *Caeſ. cap.* XXXIII. *Epit. cap.* XLVI. XLVII. ZOSIMVS *lib.* I. *cap.* XXIX. *ſequ.* OROSIVS *lib.* VII. *cap.* XXII. Conf. NAZARIVS *Paneg. Conſtantino cap.* XVII.

(n) TREB. POLLIO *Claud. cap.* VI. VII. VIII. IX. XII. ZOSIMVS *lib.* I. *cap.* XLII. XLIII. XLV. XLVI. EVTROPIVS *lib.* IX. *cap.* VIII. A. VICTOR *Caeſ. cap.* XXXIV. *Epit. cap.* XLVIII. OROSIVS *lib.* VII. *cap.* XXIII.

Digitized by Google

*CORVM* tutiorem reddidit. (*o*) Cum quidem *Tacitus* eligeretur, iam tota Gallia rurſus ab Alemannis Franciſque vaſtata erat. (*p*) Sed *Probus*, Imperator, multis præliis victor, & Galliam reſtituit, & Rhætias, & Pannonias; & ſimul in Orientis prouinciis *VANDALOS*, *LYGIOS*, *BVRGVNDIONES*, *BASTARNAS*, deuicit. (*q*) An. CCLXXV An. CCLXXVII. CCLXXX

VIII. *Cari* Imperatoris duces *FRANCOS* & *ALEMANNOS* continuerunt. (*r*) *Diocletianus* præter ceteros Germanos nouum hoſtium An. CCLXXXIII.

D 3 fœ-

(o) VOPISCVS *Aurel. cap.* VI. VII. XIII. XVII. XIIX. XXII. XXXIII. XXXV. XLI. ZOSIMVS *lib.* I. *cap.* XLVIII. *vsque* LXI. EVTROPIVS *lib.* IX. *cap.* IX. A. VICTOR *Cæſ. cap.* XXXV. *Epit. cap.* XLIX. OROSIVS *lib.* VII. *cap.* XXIII.

(p) VOPISCVS *Tacit. cap.* III. ZOSIMVS *lib.* I *cap.* LXIII.

(q) VOPISCVS *Prob. cap.* XI. *vsque* XVI. XIIX. ZOSIMVS *lib.* I. *cap.* LXVII. LXVIII. LXXI. EVTROPIVS *lib.* IX. *cap.* XI. A. VICTOR *Cæſ. cap.* XXXVII. OROSIVS *lib.* VII. *cap.* XXIV.

(r) VOPISCVS *Caro cap.* VII. A. VICTOR *Cæſ. cap.* XXXVIII.

Digitized by Google

*Saxonicum fœdus illuſtratur.*

An. CCLXXXVI.

fœdus, quod *SAXONICO* nomine clarebat, infeſtum & formidabile expertus eſt. *SAXONES* Oceanum, eiusque littora, & Britanniam infeſtabant; cum Galliam, Rhætiam, Pannoniam, Mœſiamque, *FRANCI*, *ALEMANNI*, *MARCOMANNI*, *GOTHIQVE* quaterent. Diuiſis prouinciis *Maximiano* cura occidentalium regionum ceſſit. Hic mira virtute impetum hoſtium fregit, contra Saxones maris littora muniri ſatis habuit. (*s*) *Conſtantius*, quem inde imperii ſocium adſciuit, non minus *FRANCIS ALEMANNISQVE* fortiter reſtitit; ſed parum contra *SAXONES* valuit. (*t*)

An. CCLXXXVII. CCLXXXVIII.

An. CCXCVII

IX.

(s) EVTROPIVS *lib.* IX. *cap.* XIII. XIV. XV. A. VICTOR *Caſ. cap.* XXXIX. OROSIVS *lib.* VII. *cap.* XXV. Conf. MAMERTINVS *Genethl. Maxim. cap.* VII. EVMENIVS *Paneg. Conſtantio cap.* XXI.

(t) EVTROPIVS *lib.* IX. *cap.* XV. EVMENIVS *Paneg. Conſtantio cap.* IIX. IX. X. *Conſtantino cap.* V. VI. INCERTVS *Epithalam. Conſtant. cap.* IV. INCERTVS *Pan. Conſtantino cap.* XXV.

Digitized by Google

IX. *Conſtantini Magni* imperium Francicæ potentiæ imprimis fatale fuit. Quinque vicibus cum *FRANCIS* bellauit; ſemper felix & victor. Nec tranſiit modo aliquoties in ipſam Franciam; ſed omnino lapideo ponte aduerſam Coloniæ Agrippinenſi ripam Rheni iunxit, & *Duitienſi munimento* pontem firmauit. Idem etiam metu ſui *ALEMANNOS*, ceterosque Germanos cohibuit. (v) Imprudentiſſime vero, cum Germani olim tantum militarent Romanis, ad præcipua aulæ, militiæ, reique publicæ, munia eos admiſit. Nempe nunc diſcere Germani incipie-

An. CCCVIII. CCCIX.

*Magno Romani Imperii malo Germani in aulam, curiam, & præcipuam militiam*



(v) EVTROPIVS *lib.* X. *cap.* II. OROSIVS *lib.* VII. *cap.* XXVIII. INCERTVS *Epith. Maxim. & Conſtantino cap.* IV. EVMENIVS *Pan. Conſtantino cap.* X. *vsque* XIII. INCERTVS *Pan. Conſtantino cap.* XXI. XXII. NAZARIVS *Pan. Conſtantino cap.* XVI. XVII. XVIII. Numus cum trophæo & iacente muliere, cum inſcriptione, GAVDIVM ROMANORVM, & infra FRANCIA: apud EZECH. SPANHEMIVM *de Vſu & Præſt. Num. Diſſert.* VIII. Illuſtrem, & poſt ipſa fata a me religioſe colendum.

*admittuntur.* cipiebant, qua ratione Roma proſterni poſſit. (*x*)

An. CCCXIIX. X. Filii Conſtantini *Criſpus*, *Conſtantinus*, *Conſtans*, & *Conſtantius*,

An. CCCXLII. omnes feliciter Francos profligarunt. (*y*) Verum diſcordia fratrum maximas inde Germanis vires reddidit. Criſpum pater, Conſtantinum frater, Conſtantem MAGNENTIVS, Francus, qui & purpuram omnino ſumſit, ſuſtulit. (*z*) Conſtantius per CHONODOMARIVM, Alemannorum regem, & SYLVANVM, Francum, Magnentium & Socios Francos oppreſſit. Inde per *Iulianum* Cæſarem, per-

*Magnentius Francus ſumit purpuram.*

An. CCCL.

An. CCCLV.

(x) EVTROPIVS *lib.* X. *cap.* IV. ZOSIMVS *lib.* II. *cap.* XXXIV. SYNESIVS *in Orat. de Regno.*

(y) NAZARIVS *Paneg. Conſtantino cap.* XVII. OPTATIANVS *Pan. Conſtantino.* IVL. FIRMICVS MATERNVS *cap.* XII. XXI. SOCRATES *Hiſt. Eccl. lib. I. cap.* XXVIII.

(z) ZOSIMVS *lib.* II. *cap.* XLI. XLII. EVTROPIVS *lib.* X. *cap.* IV. V. OROSIVS *lib.* VII. *cap.* XXVIII. XXIX. A. VICTOR *Cæſ. cap.* XLI. *Epit. cap.* LX. LXII. SOZOMENVS *Hiſt. Eccl. lib.* III. *cap.* II.

Digitized by Google

perpetuis armis modo Alemanniam, modo Franciam, vexauit; nec omni tamen vi tutam Galliam, Rhætiamque, ab hoſtilibus impreſſionibus præſtare potuit. (*a*) An. CCCLVI. VII. VIII. IX.

XI. Poſt ***Iulianum*** & ***Iouianum***, ***Valentinianum*** & ***Valentem***, fratres, Germanica arma perpetuo exercuerunt. Valentem *GOTHI* oppreſſerunt. Valentinianus armis, donis, dolis contra *ALEMANNOS* & *FRANCOS* graſſatus eſt. Vix autem per Germanos Germanos aliquantum repreſſit. ***SAXONES*** tamen eius auſpiciis

*Germania infirmitatem Rom. Imperii ſentit & intelligit.*

An. CCCLXV. VI. IX.

D 5

(a) EVTROPIVS *lib. X. cap. VI. VII.* ZOSIMVS. *lib. II. cap. XLV. vsque LIV. lib. III. cap. I. vsque X.* AMMIANVS *lib. XIV. cap. X. lib. XV. cap. IV. V. VI. VIII. lib. XVI. cap. II. III. IV. XI. XII. lib. XVII. cap. I. II. VI. VIII. IX. X. lib. XVIII. cap. II. lib. XX. cap. X. lib. XXI. cap. III. IV.* A. VICTOR *Caſar. cap. XLII. XLIII. Epit. cap. LXIV. LXV.* MAMERTINVS *Pan. Iuliano cap. III. IV.* OROSIVS *lib. VII. cap. XXIX.* SOCRATES *Hiſt. Eccl. lib. II. cap. XXV. XXXII. XLVII. lib. III. cap. I.* SOZOMENVS *Hiſt. Eccl. lib. IV. cap. IV. VII. lib. V. cap. I. II.*

Digitized by Google

ciis *Theodoſius* legitur viciſſe.(*b*) Germania, quaſi exagitatum tempeſtatibus mare, per iam ruptos aggeres, vndique irruptionem & plenam inundationem minitabatur.

An. CCC-LXXIX. XII. *Gratianus* & *Valentinianus II.* per MEROBAVDEM & ARBOGASTEM, Francos, Galliam tutati ſunt. An. CCC-LXXXIII. CCCXCII Verum illo a *Maximo*, altero ab ipſo Arbogaſte, trucidato, omnia peſſumire. (*c*) Theodoſius iam Ma-

(b) AMMIANVS *lib.* XXVI. *cap.* V. *lib.* XXVII. *cap.* I. II. V. X. *lib.* XXVIII. *cap.* II. V. *lib.* XXIX. *cap.* IV. VI. *lib.* XXX. *cap.* III. V. VI. *lib.* XXXI. *cap.* IV. *vsque* XIII. XV. XVI. ZOSIMVS *lib.* IV. *cap.* III. IX. X. XII. XVII. XXIV. A. VICTOR *Epit. cap.* LXIX. LXXI. OROSIVS *lib.* VII. *cap.* XXXII. XXXIII. SOCRATES *Hiſt. Eccl. lib.* IV. *cap.* XXXI. XXXIV. XXXVIII. SOZOMENVS *lib.* VI. *cap.* X. XXXVI. XL.

(c) AMMIANVS *lib* XXXI. *cap.* X. *lib.* XXX. *cap.* X. ZOSIMVS *lib.* IV. *cap.* XXXIII. XXXIV. XXXV. XLVII. LIII. LIV. AVSONIVS *Paneg. Gratiano cap.* IV. XXXVII. *Edyll.* X. *in Moſellam. vers.* 420. A. VICTOR *Epit. cap.* LXXIII. LXXV. OROSIVS *lib.* VII. *cap.* XXXIII. XXXIV. XXXV. SOCRATES *lib.* V. *cap.* VI. XI. XXV. SOZOMENVS *lib.* VII. *cap.* IV. XIII. XXII.

Digitized by Google

Maximi victor, contra *Eugenium*, pro quo Arbogaſtes propugnabat, RICIMERVM, Francum, STILICONEM, Vandalum, cum magnis Germanorum copiis duxit. Arbogaſti Franci & Alemanni militarunt. Vicit Theodoſius Eugenium: ſed maximo imperii malo, quod ſtatim ab obitu Theodoſii cœpit ingruere. (*d*)

An. CCCXCIV.

XIII. Tum exigua *Honorii*, & *Arcadii*, filiorum, ætas, Ruffinique & Stiliconis æmulatio & perfidia, imperii fata accelerarunt, rerumque ſummam Germanis attribuerunt. Pro more primum *GOTHI* Orientis prouincias, *FRANCI* & *ALEMANNI* Galliam tumultuarie ten-

*Germania vndique adproſternendam Romam concurrit.*

(d) ZOSIMVS *lib. IV. cap. XLII. vsque XLVII. LV. vsque LVIII.* LATINVS PACATVS *Pan. Theodoſio cap. XXIV. vsque XLI.* A. VICTOR *Epit. cap. LXXIV. LXXV.* OROSIVS *lib. VII. cap. XXXIV. XXXV.* SOCRATES *lib. V. cap. XII. XIV. XXV.* SOZOMENVS *lib. VII. cap. XIV. XXIV.* AVGVSTINVS *lib. V. Ciuit. Dei. cap. XXVI.* CLAVDIANVS *III. Honor. vers.* 69. *ſequ.*

Digitized by Google

tentarunt. (*e*) Mox firmioribus animis Gothi primum RADAGAISO, deinde ALARICO, ducibus, in Italiam inuaſerunt, & vix magnis muneribus placati retrotulerunt pedem. (*f*) Statim autem *VANDALI*, GODEGISILO rege, iunctis ſibi *MARCOMANNIS*, *HERVLIS*, *SVEVIS*, *SAXONIBVS*, *ALEMANNIS*, per Germaniam, nequicquam repugnantibus & pro ſua ſpe propugnantibus Francis, in Gallias penetrarunt, Romanosque fere de poſſeſſione

An. CCCCI. V. IX.

An. CCCCVI.

(e) ZOSIMVS *lib.* V. *cap.* I. IV. V. XII. XVIII. XIX. *lib.* VI. *cap.* V. OROSIVS *lib.* VII. *cap.* XL. HIERONYMVS *Epiſt.* XI. *ad Acheruchiam Viduam.* Multas victorias Stiliconis inepte canit CLAVDIANVS IV. *Conſul. Honorii vers.* 435. *ſequ. Nupt. Honor. & Mariæ vers.* 278. *Conſul.* I. *&* II. *Stiliconis. de Bello Getico. Conſul. VI. Honorii*, & paſſim alibi.

(f) ZOSIMVS *lib.* V. *cap.* XXVI. XXVII. XXIX. XXX. XXXI. XXXV. *ad finem libri. lib.* VI. *cap.* I. VI. *ad finem libri.* OROSIVS *lib.* VII. *cap.* XXXVII. XXXVIII. SOZOMENVS *lib.* VIII. *cap.* XXV. IORNANDES *de Rebus Get.* & *de Regnorum Succeſſ.* CLAVDIANVS *de Bello Getico.*

Digitized by Google

ſeſſione deturbarunt. Magni exercitus abraſa Gallia in Hiſpaniam conceſſerunt, eamque inde poſſederunt, donec a *GOTHIS* in Luſitaniam exterioremque Hiſpaniam refugere cogerentur. (*g*) Hi quippe iterum, Alarico duce, in Italiam peruenerant, & Roma direpta, non aliis conditionibus potuerant placari, quam cum Galliæ, Hiſpaniæque promitterentur. (*h*) Interim iam *FRANCI*, electo *PHARAMVNDO* rege, vicinam Galliam tentare; *BVRGVNDIONES* vero, & *ALEMANNI*, eius partem iam plene poſſidere cœperant. (*i*) Ceterum &

An. CCCCXI.

An. CCCCX.

An. CCCCXX

(g) ZOSIMVS *lib. VI. cap. III.* OROSIVS *lib. VII. cap XXXVIII. XL.* SOZOMENVS *lib. IX. cap. XII.* PROCOPIVS *Bell. Vand. lib. I. cap. III.* ISIDORVS *in Chron. Gothorum, Vandalorum, & Sueuorum.*

(h) OROSIVS *lib. VII. cap. XXXIX. XLIII.* SOCRATES *lib. VII. cap. X.* SOZOMENVS *lib. IX. cap. VI. VII. IX.* IORNANDVS *de Regn. Succeſſ.* ISIDORVS *in Chron. Gothorum.*

(i) PROSPER *in Chronico ad Ann.* XXVI. *Honorii.* OROSIVS *lib.* VII. *cap.* XXXVIII. SOCRATES *Hiſt. Eccl.*

Digitized by Google

& Rhætiæ Alemannorum prædæ ceſſerant, & Noricum atque Panno-niæ a *GOTHIS*, *LONGOBARDIS*, aliisque Germanicis gentibus, inſeſſæ erant. Nec adeo præter Italiam, quam ægre tuebantur, quicquam Romanis fuit reliqui, quod non Germanicam dominationem difficillime defenderet. (*k*)

*Germani Romanas diuidunt prouincias, ſuaque in iis regna condunt.*

An. CCCC LI.

XIV. *Valentiniani III.* imperium triſtiora manſerunt, Germaniſque lætiora, fata. Primum quidem *Aëtius* fortiter contra Francos ceterosque Germanos egit. Deinde etiam, cum *Attila*, Hunnorum rex, Galliam tentaret, ope Germanorum in Catalaunicis campis eum feliciter profligauit. (*l*) Hoc autem

*lib.* VII. *cap.* XXX. ZOSIMVS *lib.* VI. *cap.* V.

(*k*) HIERONYMVS *Epiſt.* III. *ad Heliod.* & *Epiſt.* XI. *ad Acheruch. Viduam.* optimus *Romanæ eius aui miſeriæ* teſtis.

(l) IORNANDES *de Rebus Geticis.* PROSPER *Contin. Chron. Euſebio-Hieronym. ad An.* CCCC XXIX. CASSIODORVS *in Chron.* COSS. *Felice* & *Tauro.* GREGORIVS TVRONENSIS *lib.* II. *cap.* VII.

tem fortiſſimo duce necato, pro arbitrio ſuas res Germani in Romanis prouinciis ordinarunt. *FRANCI*, *BVRGVNDIONES*, & *GOTHI*, in Galliis, & hi ſimul cum *SVEVIS* in Hiſpaniis, iuſta regna condiderunt, Romanisque ipſis ſeruitutis iugum impoſuerunt. (*m*) Iam & *VANDALI* traiecerant in Africam, occupataque prouincia totum mare infeſtum reddere cœperant. (*n*) Britannia *SAXONIBVS*, *ANGLISQVE*, contra Scotos auxilio vocatis, nunc plene parebat. (*o*) Et tot quidem in partes Romanæ Occidentis prouinciæ Valentiniano imperante diſcerptæ & dilaceratæ ſunt.

An. CCCC-XXVII.

An. CCCC-XLIX.

XV.

(m) IORNANDES *de Rebus Geticis*. SIDONIVS *Apollinaris Paneg. Auito*. ISIDORVS *Chron. Goth. Vand. & Sueu.*

(n) IORNANDES *de Regn. Succeſſ. ſub Valentin.* II. PROCOPIVS *Vand. lib.* I. *cap.* III. ISIDORVS *Chron. Vandal.*

(o) PROSPER *ad Ann. Theod.* II. XVIII. BEDA *Hiſt. Eccl. lib.* I. *cap.* XV. *ad An.* CCCC XLIX. PROCOPIVS *Bell. Goth. lib.* IV. *cap.* XX.

Digitized by Google

XV. Contra *Maximum* Valentiniani interfectorem, GENSERICVS, Rex Vandalorum, ex Africa euocatus, in ipſa Italia arma tulit, Romamque iterum, cæſo imperatore, miſere diripuit; (*p*) multaque deinde præda onuſtus, & Sicilia ceterisque inſulis captis victor in Africam reuerſus eſt. Maximi in locum octo paucorum menſium aut annorum Imperatores ſucceſſere. Vix vmbra vero veteris gloriæ, nihilque præter nomen potentiæ, reſtitit. Nomen demum ODOACER, Herulorum rex, ſuſtulit; primusque Germanorum regis Italiæ nomen geſſit. Iſthic Germanorum virtute Romanum cum *Auguſtulo* concidit imperium, quod ab *Auguſto* vsque Germanicæ libertati tot fruſtra inſidias ſtruxerat. (*q*)

An. CCCCLV.

*Occidentis Imperii ipſum nomen a Germanis deletur.*

An. CCCCLXXVI.

*CA-*

(p) IORNANDES *de Regn. Succeſſ. ſub Marciano.* ISIDORVS *in Chron. Vandal.* PROCOPIVS *Vandal. lib.* I. *cap.* V.

(q) PROCOPIVS *in princ. Goth.* CASSIODORVS *in Chron. Excerpta ex Incerti Chron. de Odoacre in Valeſii Am-*

## CAPVT V.

# CIVILIS STATVS GERMANICARVM GENTIVM.

I.

*Externas Germanorum res geſtas* modo hiſtoria Romana dedit; quam cum ſua memoriæ proderent, vix Germanicarum rerum narratione ſpoliare, hancque ſilentio præterire, Romani potuere. Quod iidem vero adeo accurate *interni Germanorum ſtatus notitiam* inſtruxere, ſingularem & plane præcipuam indicat Germanicæ virtutis Romæ exiſtimationem; minoremque falſi præbet ſuſpicionem, cum non iudicetur hoſtis nimiis laudibus ſtatum & virtutem inimicæ gentis extuliſſe.

II. *GERMANIÆ CIVILIS STATVS* a primis vſque initiis a com-

*Forma Germaniæ rerumpublicarum.*

*miano.* EVIPPIVS *Vita S. Seuerini. cap. XXIV.* IORNANDES *de Rebus Get.* Conf. *Idem de Regn. Succeſſ. ſub Zenone.* & de *DRVIDVM VATICINIO* TACITVS *Hiſt. lib. IV. cap. LIV.*



Digitized by Google

munibus rerum publicarum formis abhorruit. Non iuſtum aliquod in Germania regnum fuit. Non optimates ſoli rexere; non apud populum plena rerum ſumma fuit. Quot primum ſingulares ciuitates fuerant, tot & reſpublicæ cernebantur: nullo connexæ communi iure, aut fœdere, niſi quod aliquando externa vis ſuadebat. Vni ciuitati placebat militari more *ab vno* regi; alteri *a* ciuitatis *optimatibus*; nonnullis *a* nemine, niſi *populo*. (*r*) Interim *libertatis ſummus amor* ſemper temperamentum tale adiecit, vt & populus ſecurus eſſet, & optimates quadam præ reliquis pollerent auctoritate. (*s*) Poſtea, cum ma-

(r) Marcomannis Quadisque Reges. TACITVS *Germ. cap.* XLII. Vſipetibus, Tenchteris, Cheruſcis, Friſiis, Optimates. CÆSAR *Bell. Gall. lib.* IV. *cap.* XIII. TACITVS *Ann.* XI. *cap.* XVI. *Ann.* XIII. *cap. LIV.* Vbiis populare regimen placuiſſe videtur. TACITVS *Hiſt. lib.* IV. *cap.* LXIV.

(s) TACITVS *Germ. cap.* XI. XXXVII. *Regno Arſacis acrior Germanorum libertas.* TACITVS *Hiſt. lib.* IV. *cap.*

Digitized by Google

maiora fœdera placerent, diu ſeruata ſingularia ciuitatum iura, vt modo ad commune bellum plena eſſet conſenſio. Tarde ventum ad ſolennem regnorum conſtitutionem, quæ tamen ſemper ſeruarunt antiquum; vt principes ſuus maneret honos, vtque populus ſemper noſſet ſuam ſaluam & illibatam libertatem.

III. Fecit *varius* ille Germaniæ *ſtatus*, vt minime potuerit ea in *prouincias* diuidi. Quot ciuitates Germaniæ erant, tot partes. *CIVITATES* in *pagos* diſtinctæ erant. *PAGI* plurimos habebant *vicos*. Veri etiam prope ſimile eſt, *pagos* iam tum in *Centenas* diuiſos fuiſſe, *centenis* ſuos fuiſſe *vicos*. (*t*) *VRBES* fere nullas principio Germania ha-

*Diuiſio regionum.*



LXIV. LVCANVS *lib.* VII. *vers.* 434. *Libertas Germanum bonum.* Sitonum Suionumque mores diuerſi hac in cauſa. TACITVS *Germ. cap.* XLIV. XLV.

(t) CÆSAR *Bell. Gall. lib.* I. *cap.* XXXVII. *lib.* IV. *cap.* I. *lib.* VI. *cap.* XXIII. TACITVS *Germ. cap.* XII. XIV. XLI.

Digitized by Google

habuit. Adulta ætate in finibus a Romanis, & in Germania ad Romanorum imitationem a Germanis, quædam vrbes conditæ ſunt. Cisrhenanæ vero Germaniæ, nec non Rhætiæ, Norici, Pannoniæque, ſemper diuerſus ſtatus fuit, plurimæque vrbes fuerunt. (*v*)

*Scopus & propoſitum Germ. ciuitatum.*

IV. Omnibus Germanicis ciuitatibus vnum fuit propoſitum *BELLICA VIRTVS ATQVE POTENTIA:* cui tamen Chauci maxime iuſtitiam adiunxiſſe leguntur. (*x*) Tota rerum publicarum conſtitutio illo pertinuit. *REGES* ipſi vere belli erant duces, inſigni nobilitate conſpicui; quibus ideo ciuitas ſolis imperium crediderat, quod felicius ita bellum geri arbitraretur. Domi nulla

*Status imperantium.*

(v) TACITVS *Germ. cap. XVI.* Vrbes fortasſis vici PTOLEMÆO *lib. II. cap. XI.* Conditæ vrbes ad Romanorum imitationem. TACITVS *Ann. II. cap. LXII. Ann. XII. cap. XXX.* AMMIANVS *lib. XXI. cap. III.*

(x) TACITVS *Germ. cap. VI. XIII. XIV.* CÆSAR *Bell. Gall. lib. IV. cap. I. III. lib. VI. cap. XXI.* Conf. TACITVS *Germ. cap. XXXI. XXXII. XXXV.*

Digitized by Google

nulla fere ipſorum erat poteſtas, aut amplior autoritas. *DVCES* non niſi nomine differebant a regibus, & ex ſola virtute capiebantur. Videntur placuiſſe illis ciuitatibus, quibus vnius imperium diſplicebat. *PRINCIPES* ius per pagos vicosque reddidere. Electi ſimul ac duces regesque in comitiis a populo: niſi quod magna parentum merita & nobilitas nonnunquam iuuenibus regis principumque dignationem tribuere conſueuerunt. (*y*)

V. In *COMITIIS*, quæ aut *ordinaria*, aut *extraordinaria* erant, toti populo locus fuit, & comparendi, & dicendi ſententiam. Maiora omnia in iis diſceptata ſunt; minora apud principes deliberata, *Comitia.*



(y) CÆSAR *Bell. Gall. lib. V. cap. XXVII.* TACITVS *Germ. cap. VII. XI. XII. XIII. Ann. XIII. cap. LIV.* AMMIANVS *lib. XXVII. cap. V.* Mos ducem legendi. TACITVS *Hiſt. lib. IV. cap. XV.* Stirps regia in magno cultu. TACITVS *Ann. XI. cap. XVI. Germ. cap. XLII. Regales.* AMMIANVS *lib. XVII. cap. XIII. lib. XVIII. cap. II.*

Digitized by Google

reliqua ab iisdem prætractata. (*z*) Non deſunt autem exempla, integram ſubinde reipublicæ conſtitutionem communibus votis in comitiis mutata eſſe, locoque regum duces, aut ducum loco reges, electos. (*a*)

*Boni mores vice legum.*

VI. Latarum *LEGVM*, ſaltem ſcriptarum, nullum in priſca Germanica veſtigium. Primas Franci in comitiis promulgarunt: quos ceteri Germani non ſunt ſecuti, donec in exteris regnis agerent. Interim PLVS IN GERMANIA BONI MORES VALVERVNT, QVAM ALIBI BONÆ LEGES. Honeſtatem morum, caſtitatem, fidem, vitæque ſummam integritatem, non, ipſis Romanis teſtibus, magis ac in Germania reperiſſes. (*b*)

VII.

(z) TACITVS *Germ. cap. XI. XII.*

(a) Ex comitiis regem Roma petierunt Cheruſci, quibus antea modo duces fuerant. TACITVS *Ann. XI. cap. XVI.* Conf. *Idem Hiſt. lib. IV. cap. XIV.*

(b) TACITVS *Germ. cap. XIX. BELLAGINES* Gothorum memorat IORNANDES *de Rebus Geticis ſub Boroiſta.*

Digitized by Google

VII. Si quæ vero *FLAGITIA* & *SCELERA* patrata eſſent, ſeuere illa in comitiis *PVNITA*; hoc diſcrimine ſeruato, vt *abſconderentur flagitia*, *oſtenderentur ſcelera*, dum punirentur. Leuiorum *delictorum* rei equorum pecorumque certo numero mulctabantur. Pars mulctæ regi aut ciuitati, pars ipſi, qui vindicabatur, vel eius propinquis, exſoluebatur. *CIVILIVM IVDICIORVM* nulla ſolennia. Ex æquo & bono a principibus difficillimæ lites compoſitæ: ſin minus armis deciſæ. (*c*)

*Pœnarum rationes.*

*Ciuilia iudicia.*

VIII. *SALARIVM* principibus a ciuitate nullum offerri ſolitum. Ex mulctis capiebant partem. Dona

*Salarium iudicum.*



De Germanicorum morum honeſtate CÆSAR *Bell. Gall. lib. VI. cap. XXI. XXII.* TACITVS *Ann. XIII. cap. LIV. Germ. cap. XVIII. XX. XXI.* QVINCTILIANVS *Declam. III.*

(c) CÆSAR *Bell. Gall. lib.* VI. *cap.* XXIII. TACITVS *Germ. cap.* XII. XXI. *Lites armis diſcerni ſolitæ.* VELLEIVS *lib.* II. *cap.* CXVIII. Romana iudicia magno odio. FLORVS *lib.* IV. *cap.* XII.

Digitized by Google

etiam iis offerre vulgo conſuetum: quibus reges ipſi etiam delectabantur. (*d*) *TRIBVTORVM* & exactionum inuiſum Germanis nomen erat: niſi cum ab exteris tributa ſoluerentur. (*e*) Impenſæ in bella non publicæ, ſed priuatæ atque a ſingulis fieri. Quiſque enim, ſi nobilis, ſi ingenuus, eſſet, miles erat, militiamque patriæ debebat. (*f*)

*Nulla tributa.*

*Ordines diuerſi.*

IX. Erant quippe *QVATVOR* hominum in priſca Germania *ORDINES*. Erant *Nobiles*; erant *Ingenui*; erant *Liberti*; erant *Serui*. Nobilibus & Ingenuis permiſſa arma; minime ſeruis aut libertis. (*g*) Serui

(d) TACITVS *Germ. cap.* XII. XV.

(e) TACITVS *Germ. cap.* XV. *Hiſtor. lib.* IV. *cap.* LXIV. Conf. HERODIANVS *lib.* I. *cap.* VI. *lib.* VI. *cap.* VII. ZOSIMVS *lib.* I. *cap.* XXIV. *lib.* V. *cap.* XXIX. XLI.

(f) TACITVS *Germ. cap.* XIII. XIV. XXV. XXXI. XXXII. CÆSAR *Bell. Gall. lib.* IV. *cap.* I. *lib.* VI. *cap.* XXIII.

(g) *Quatuor ordines.* TACITVS *Germ. cap.* XXV. XLIV. Nobilium gradus. IDEM *Germ. cap.* VII. XII. XIII.

Digitized by Google

Serui vero & belli luſusque fortuna, & vrgente paupertate, fiebant. Non tamen tam dura eorum inter Germanos, quam inter Romanos, erat conditio. (*h*)

X. Ad *BELLVM* ituri fœdera ſanxere, raro cetera concordes. (*i*) Belli ducibus turpe erat, virtute vinci; ſed & turpe comitatui, principis virtutem non adæquare. Plus in exercitu penes peditem roboris erat: nec eques, niſi mixtis peditibus, aptaque & congruente ad equeſtrem pugnam velocitate peditum, præliabatur. *ACIES* per cuneos & turmas componebatur. Familiæ etiam & propinquitates turmam cuneumque fecere: & in proximo fuere pignora, vnde fœminarum vlulatus audiri, vnde vagitus infantium. Hi cuique ſan- *Rationes bellicæ.* *Aciei diſpoſitio.*

E 5 ctis-

(h) TACITVS *Germ. cap.* XXIV. XXV.
(i) Exempla fœderum Germ. VELLEIVS *lib.* II. *cap.* CXVIII. TACITVS *Ann.* I. *cap.* LIX. LX. *Ann.* XIII. *cap.* LVI. *Hiſt. lib.* IV. *cap.* XV. XVII. Raro alias concordes Germani. TACITVS *Ann.* XII. *cap.* XXVIII. vnde votum. TACITVS *Germ. cap.* XXXIII.

ctiſſimi teſtes, hi maximi laudatores fuerunt. (*k*)

Arma. XI. *ARMA* Germanis non adeo multa fuerunt. Rari gladiis aut maioribus lanceis vtebantur. Eques ſcuto frameaque contentus erat: pedites miſſilia ſparſerunt, pluraque ſinguli atque in infinitum vibrarunt. Scuta lectiſſimis coloribus diſtinguebantur. Paucis loricæ erant, vix vni alterique caſſis, aut galea. Pigrum etiam viſum, ephippiis vti. Equi vero ita docti in rectum aut vno flexu dextri agi, ita coniuncto orbe, vt nemo poſterior fuerit. (*l*)

XII.

(k) TACITVS *Germ. cap.* XIV. VI. VII. VIII. Exempla talis aciei. FLORVS *lib.* III. *cap.* III. PLVTARCHVS *in Mario.* CÆSAR *Bell. Gall. lib.* I. *cap.* LI. TACITVS *Hiſt. lib.* IV. *cap.* XVIII.

(*l*) IVL. CÆSAR *Bell. Gall. lib.* IV. *cap.* II. TACITVS *Germ. cap.* VI. *Ann.* I. *cap.* LXIV. *Ann.* II. *cap.* XIV. XXI. *Hiſt. lib.* V. *cap.* XVIII. PLVTARCHVS *in Mario.* AMMIANVS *lib.* XVI. *cap.* XII. Singularia Rugiorum arma. TACITVS *Germ. cap.* XLIII.

Digitized by Google

XII. *PRÆLIORVM* exitus ſortibus explorari conſueuerunt, & præliaturi carminibus accendi, magnisque clamoribus hoſtem adoriri. Cedere loco, dummodo rurſus inſtes, conſilii quam formidinis arbitrati ſunt. Corpora ſuorum etiam in dubiis præliis retulerunt. Cum poſſent, magis velitationibus, quam iuſtis præliis, decernere; & inimicas ditiones populari, quam caſtella vrbesque expugnare. Scutum reliquiſſe præcipuum erat flagitium: nec aut ſacris adeſſe, aut concilium inire, tali ignominioſo fas erat: multique ſuperſtites bellorum infamiam laqueo finierunt. (*m*) *Prælia.*

XIII. Cum bellum non eſſet, plerique nobilium adoleſcentium petiere vltro eas nationes, quæ tum bellum aliquod geſſerunt. *DVX COMITES* ſibi aggregabat, & ipſe co- *Exterorum bellorum ſocii Germani.*

(m) CÆSAR *Bell. Gall. lib.* I. *cap.* L. DIO CASSIVS *lib.* XXXVIII. PLVTARCHVS *in Mario.* TACITVS *Germ. cap.* III. VI. X. *Hiſt. lib.* II. *cap.* XXII. *lib.* IV. *cap.* XVIII. *Ann.* XII. *cap.* XLV.

Digitized by Google

comitatus habebat gradum, iudicio eius, quem ſectabantur. Nihil autem, neque publicæ, neque priuatæ, rei niſi armati egerunt. Sed *ARMA SVMERE* non ante cuiquam moris erat, quam ciuitas ſuffecturum probauerit. Tum in ipſo concilio vel principum aliquis, vel pater, vel propinquus, ſcuto frameaque iuuenem ornarunt: quæ apud illos toga, qui primus iuuentæ honos. Ante hoc domus pars ſunt viſi, mox reipublicæ. (*n*)

*Solennis armorum datio.*

XIV. *DOMI VENATIBVS*, reliquum tempus per *OTIVM SPECTACVLAQVE* ſolennia ſpectando, aut omnino *ALEAM* exercendo, tranſigere conſueuerunt; dediti ceterum

(n) TACITVS *Germ. cap. XIII. XIV.* Conf. SENECA *lib. I. de Ira cap. XI.* MAMERTINVS *Genethl. Maxim. cap. III.* Cuſtodes corporis Germani apud Rom. Imperat. SVETONIVS *Aug. cap. XLIX. Calig. cap. LV. LVIII. Neron. cap. XXXIV.* IOSEPHVS *lib. XIX. Orig. cap. I.* TACITVS *Ann. XV. cap. LVIII.* HERODIANVS *lib. IV. cap. VII.* CAPITOLINVS *Max. & Balb. cap. XIV.*

Digitized by Google

rum ſomno ciboque. (*o*) *Domus, & agrorum, & penatium cura*, fœminis, ſenibus, liberisque, delegata erat. *Seruis* pars agrorum conceſſa erat: qui vt coloni, frumenti modum, aut pecoris, aut veſtis, dominis præſtabant. (*p*) *Agri* pro numero cultorum ab vniuerſis occupabantur, quos mox inter ſe ſecundum dignationem partiebantur. Arua per annos mutarunt; & fere ignorarunt Romano more pomaria conſerere, prata ſeparare, hortosque rigare: ſolam terræ ſegetem imperantes. (*q*)

*Res domeſticæ.*

XV.

(o) CÆSAR *Bell. Gall. lib. IV. cap. I. lib. VI. cap. XXI. XXVIII.* TACITVS *Germ. cap. XV. XXIV.* PAVLVS DIACONVS *Longob. lib. I. cap. XX.* De nandi peritia. POMPONIVS MELA *lib. III. cap. III.* CÆSAR *Bell. Gall. lib. VI. cap. XXI.* TACITVS *Hiſtor. lib. II. cap. XXXV. lib. IV. cap. LXVI. lib. V. cap. XIV.* HERODIANVS *lib. VII. cap. II.* AMMIANVS *lib. XXV. cap. VI.*

(p) TACITVS *Germ. cap. XV. XXV.*

(q) CÆSAR *lib. IV. cap. I. lib. VI. cap. XXII.* TACITVS *Germ. cap. XXVI.*

Digitized by Google

*Habitationes.* XV. *DOMOS* exſtruere conſueuerunt viles, citra ſpeciem aut delectationem. *Vicos* locarunt non connexis & cohærentibus ædificiis; ſuam quisque domum ſpatio circumdedit, ſiue aduerſus caſus ignis remedium, ſiue inſcitia ædificandi. Coluerunt itaque diſueti ac diuerſi, vt fons, vt campus, vt nemus placuit. (*r*)

*Veſtitus.* XVI. *TEGVMEN* omnibus *ſagum*, fibula aut ſpina conſertum: cetera intecti plerique totos dies iuxta focum, atque ignem, egerunt. Locupletiores *veſte* diſtincti ſunt ſtricta, & ſingulos artus exprimente. Geſſerunt & *ferarum pelles*, proximi Romanæ ripæ negligenter, vlteriores exquiſitius, vt quibus nullus alius per commercia cultus. Nec alius fœminis quam viris habitus fuit: niſi

(r) TACITVS *Germ. cap. XVI. Conf.* CÆSAR *Bell. Gall. lib. VI. cap. XXII.* STRABO *lib. VII.* HERODIANVS *lib. VII. cap. II.* Sub Conſtantio *domicilia curatius ritu Romano conſtructa.* AMMIANVS *lib. XVII. cap. I.*

Digitized by Google

niſi quod fœminæ ſæpius *lineis amictibus* velatæ ſunt, eosque purpura variarunt, partemque veſtitus ſuperioris in manicas non extenderunt, nudæ brachia, & lacertos, proximamque pectoris partem. (*s*)

XVII. *MATRIMONIA* in Germania ſeuera erant, nec vllam morum partem magis laudaueris. Singulis vxoribus plerique contenti erant, exceptis paucis, qui non ob libidinem, ſed ob nobilitatem, pluribus nuptiis ambiebantur. *Dotem* *Matrimonia.*

non

(s) Ætates diſtinguendæ. CÆSAR *Bell. Gall. lib.* IV. *cap.* I. *lib.* VI. *cap.* XXI. POMPONIVS *lib.* III. *cap.* III. TACITVS *Germ. cap.* XVII. XXXVIII. Cæſares Germanico habitu uſi. HERODIANVS *lib.* IV. *cap.* VII. *A. Victor Epit. cap.* LXXIII. Torques aurei. TACITVS *Germ. cap.* XV. Linteæ fœminarum veſtes. PLINIVS *lib.* XIX. *cap.* I. Crinium Germanicus cultus Romanis probatus. IVVENALIS *Sat.* XIII. *vers.* 160. MARTIALIS *Spectac. Epigr.* III. *lib.* V. *Epigr.* XXX. *lib.* XIV. *Ep.* XXVI. Crinis barbaque quandoque ſubmiſſa voti cauſa. TACITVS *Germ. cap.* XXXI. *Hiſt. lib.* IV. *cap.* LX. PAVLVS DIACONVS *Longob. lib.* III. *cap.* VII.

Digitized by Google

non vxor marito; ſed vxori maritus obtulit. *Munera* inuicem data & accepta; non ea vero ad delicias muliebres quæſita, ſed quæ fortitudinem decerent, & acuerent. (*t*) Septa pudicitia, certa fide, ſemper egerunt fœminæ. Nec enim ante matrimonium, nec illo durante, publicatæ pudicitiæ vlla erat venia. Seueræ eius pœnæ a maritis & a parentibus captæ. Nemo illic vitia riſit; *nec corrumpere & corrumpi ſeculum vocatum eſt.* (*v*)

*Liberorum educatio.* XVIII. *LIBERORVM* educatio dura erat. Sua quoſuis mater vberibus aluit; nec ancillis aut nutricibus delegati ſunt. Dominum & ſeruum nullis educationis deliciis dignoueris. Inter eadem pecora, in

(t) TACITVS *Germ. cap.* XVIII. Caſtitas Saxonum & Gothorum propria. SALVIANVS *de Gubern. Dei. lib.* VII. BONIFACIVS *Epiſt. ad Æthelbaldum Regem apud* MALMESBVRIENSEM *lib.* II. *cap.* LXIV. Duæ Arioniſti vxores. CÆSAR *Bell. Gall. lib.* I. *cap.* LIII.

(v) TACITVS *Germ. cap.* XVIII.

in eadem humo, degere; donec ætas ſeparaſſet ingenuos, virtus agnouiſſet. *Sera iuuenum* erat *venus*, eoque inexhauſta pubertas: nec virgines feſtinabantur: eadem iuuenta, ſimilis proceritas, pares validique miſcebantur, ac robora parentum filii referebant. (*x*) Vnde *HABITVS* quoque *CORPORVM*, in tanto licet hominum numero, idem omnibus: truces & cœrulei oculi, rutilæ comæ, albentia magnaque corpora, & ad impetum valida, frigoraque etiam atque inediam adſueta, ſed minime æſtum ſitimque tolerare apta. (*y*) *Habitus corporum.*

F XIX.

(x) TACITVS *Germ. cap.* XX. *Conf.* CÆSAR *Bell. Gall lib.* VI. *cap.* XXI. POMPONIVS *lib.* III. *cap.* III.

(y) TACITVS *Germ. cap.* IV. *Conf.* CÆSAR *Bell. Gall. lib.* I. *cap.* XXXIX. STRABO *lib.* VII. POMPONIVS *lib.* III. *cap.* III. IOSEPHVS *Bell. Iud. lib.* II. *cap.* XVI. VEGETIVS *de Re Milit. lib.* I. *cap.* I. MANILIVS *Aſtron. lib. IV.* IVVENALIS *Sat.* XIII. *vers.* 160. AVSONIVS *Edyll.* VII. *in Biſſulam.* Agniti ex corporis forma & capillis Germani. HIRTIVS *Bell. Afr.*

Digitized by Google

*Victus.* XIX. Nempe *POTATIONIBVS* adprime dediti Germani. Inter eas de præcipuis negotiis conſultari conſueuit: tanquam nullo magis tempore aut ad ſimplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incaleſcat. (*z*) Reliquus *VICTVS* inter Germanos parcus erat, magnaque contra famem temperantia. Cibi ſimplices placuerunt, agreſtia poma, recens fera, & lac concretum. Potui autem humor ex hordeo aut frumento in quandam vini ſimilitudinem corruptus ſeruiebat. Proximi ripæ & vinum impenſe amarunt, & a Romanis mercati ſunt. (*a*)

XX.

*cap.* XL. TACITVS *Agric. cap.* XI. HIERONYMVS *in Vita Hilarionis* de quodam Franco.

(z) TACITVS *Germ. cap.* XXII. XXIII. Conf. IDEM *Ann.* I. *cap.* L. APPIANVS *Bell. Ciu. lib.* II. Contrarium fere placet CÆSARI *Bell. Gall. lib.* IV. *cap.* II.

(a) CÆSAR *Bell. Gall. lib.* IV. *cap.* I. *lib.* VI. *cap.* XXII. POMPONIVS *lib.* III. *cap.* III. STRABO *lib.* IV. PLINIVS *lib.* XXVIII. *cap.* IX. TACITVS *Germ. cap.* XXIII. Conf. IDEM

Digitized by Google

XX. *CONVICTIBVS* & hoſpitiis non alia gens effuſius indulſit: Quemcunque mortalium arcere tecto, nefas habitum. Pro fortuna quisque adparatis epulis hoſpitem ſuum excepit. Cum deficeret, qui modo hoſpes fuerat, noui hoſpitii & monſtrator & comes proximam domum non inuitati adierunt: nec interfuit, notus ignotusque eſſet, pari humanitate accipi conſueuere. (*b*) *Conuictus & hoſpitia.*

XXI. In præcipuis Germanorum *BONIS* præter agros armentorum & pecorum erat numerus. *Pecuniæ* antiquius nullus vſus fuerat, ſed ſola mercium permutatione Germani vti conſueuerant. Poſtea ob vſum commerciorum non in pretio tantum habere aurum & argentum, ſed & eligere & probare Romanos *Bona & Poſſeſſiones.* *Commercia.*

F 2 num-

*Germ. cap.* V. XXII. cum CÆSARE *Bell. Gall. lib.* VI. *cap.* XXVIII. PLINIO *lib.* XI. *cap.* XXXVII. ATHENÆO *lib.* IV. *cap.* VIII. XIII. vnde de decoris Germanorum conuiuiis conſtabit.

(b) TACITVS *Germ. cap.* XXI. SALVIANVS *Gubern. Dei. lib.* VII.

Digitized by Google

nummos cœperunt. Ventum demum ad eam auaritiam, vt nummis pacem Romanis venderent. In ipſis *COMMERCIIS* Germanica fides nunquam defuit: & pactorum non alibi æque tanta, ac penes Germanos, obſeruantia. Fœnus agitare, ac in vſuras extendere, ignotum erat. Ex terræ pecorumque prouentibus, & hoſtili præda viuere, ſufficiebat. (c)

*Hæreditas.* XXII. *HÆREDES* ſucceſſoresque ſui cuique liberi erant: & nullum *teſtamentum*. Si liberi non eſſent, proximus gradus in poſſesſione, fratres, patrui, auunculi. Quanto plus propinquorum, quo maior affinium numerus, tanto gratioſior erat ſenectus, nec vlla orbitatis, vt Romæ, pretia. Suſcipere vero

(c) TACITVS *Germ. cap.* V. XV. XXVI. Conf. CÆSAR *Bell. Gall. lib.* IV. *cap.* II. *lib.* VI. *cap.* XXII. HERODIANVS *lib.* I. *cap.* VI. *lib.* VI. *cap.* VII. Fraudulentiam Germanorum a STRABONE *lib.* VII. VELLEIO *lib.* II. *cap.* CXVIII. incuſatam, ex illo LVCANI, *dolus an virtus quis in hoſte requirat?* æſtima.

Digitized by Google

vero tam inimicitias, ſeu patris, ſeu propinqui, quam amicitias, neceſſe erat. Nec implacabiles vero durarunt inimicitiæ, ſed, certo armentorum, aut pecorum dato numero, recepit ſatisfactionem vniuerſa domus. (*d*)

XXIII. *FVNERVM* nulla fuit ambitio. Id ſolum obſeruabatur, vt corpora clarorum virorum certis lignis cremarentur. Struem rogi nec veſtibus nec odoribus cumularunt: ſua cuique arma, quorundam igni & equus adiici conſueuit. *Sepulcrum* ceſpes erexit. Monumentorum arduum & operoſum honorem, vt grauem defunctis, adſpernati ſunt. Lamenta & lachrymas cito, dolorem & triſtitiam tarde, poſueruut. Fœminis lugere honeſtum duxerunt; viris meminiſſe. (*e*) *Funera.*

F 3 XXIV.

(d) TACITVS *Germ. cap.* XX. XXI.

(e) TACITVS *Germ. cap.* XXVII. Maior Gallicorum funerum ambitio, teſte CÆSARE *Bell. Gall. lib.* VI. *cap.* XIX. Conf. TACITVS *Ann.* II. *cap.* LXXXVIII. & de Herulis PROCOPIVS *lib.* II.

Digitized by Google

*Peregrinitas in Germ. mores inducta: ſed & plerique mores peregre longe ducti.*

XXIV. Hæc in commune de omnium Germanorum ciuili ſtatu & moribus acceperunt memoriæque prodiderunt Romani. Multa temporis lapſu Romanorum & exterarum nationum conuerſatione mutata & variata ſunt. At cernere tamen nihilominus & deprehendere licet in omni ætate, & in omnium Germanicarum nationum, quot fere in prouinciis egere, ſuaque condiderunt regna, inſtitutis, legibus, & conſuetudinibus, multa veterum illorum morum veſtigia & indicia. (*f*)

*CAPVT VI.*

# SACER ANTIQVIORIS GERMANIÆ STATVS.

I.

*Vanus deorum in Germ. priſca cultus.*

Germaniam noſtram eadem *VERI NVMINIS IGNORANTIA*, quæ Romanos, quæ Gallos, quæ cete-

(f) Conf. CONRINGIVS *Præf. I. ad Taciti Germaniam, VTILITATEM GERMANICÆ ANTIQVITATIS* inde egregie commendans.

ceteras denique, præter vnam Dei familiam, gentes, tenuit, antiquitus infecerat. Dignum vero obſeruatu, diu quædam *veritatis veſtigia* in Germanis ſeruata eſſe, donec peregrini cultus & exterarum cerimoniarum notitia & adprobatio omnes deleret veri notas, plenumque errorum curſum in Germaniam dirigeret. Cauſam adprobati externi, præſertim Romani, cultus hanc Germanis fuiſſe arbitror. Vincere viderunt & vbique triumphare Romanos. Ergo cum bellicam potentiam vnum ſibi propoſitum haberent, iisdem placatis numinibus, quæ Romani colerent, longe ſe futuros, quam antea feliciores rati ſunt. Probatorum autem ſemel errorum facilis fuit multiplicatio.

*Veritatis veſtigia ſenſim demum delentur.*

II. Antiquius Germani, quod Cæſar teſtatur, *deorum numero eos ſolos duxerunt, quos cernerent, & quorum opibus aperte iuuarentur,* SOLEM, *&* VVLCANVM, *&* LVNAM: *reliquos ne fama quidem*

 *acce-*

*acceperant.* (*g*) Inſtar creduli coloni, qui a regiis miniſtris, quos loco regis veneratus eſt, ad ipſum regem perducitur, facile Germani a nobiliſſimorum creatorum cultu ad verum numinis cultum potuiſſent adduci, niſi cum plerisque gentibus inſanire maluiſſent. Verum mox declinarunt Germani a veſtigiis veritatis, & iam Taciti ætate MERCVRIVM, HERCVLEM, MARTEM, imo & ISIDEM coluerunt, auſpiciaque, & ſortes, vt qui maxime, obſeruarunt: ceterum plurimos habuerunt ſacerdotes, & multis horrendisque ſacrificiis, quæ omnia Cæſaris ætate ignorarunt, ſtuduerunt. (*h*) Id tamen adhuc ex vero reliquum fuiſſe, Tacitus docet: quod *nec cobibere parietibus deos, neque in vllam bumani oris ſpeciem adſimilare, ex magnitudine cæleſtium arbitrati ſunt:* verum *lucos & nemora conſecrarunt, deorum-*

*que*

(g) CÆSAR *Bell. Gall. lib.* VI. *cap.* XXI.
(h) TACITVS *Germ. cap.* IX. X. XXXIV. XXXIX. XL. XLIII. *Hiſtor. lib.* IV. *cap.* LXIV. *Ann.* XIII. *cap.* LVII.

*que nominibus adpellarunt ſecretum illud, quod ſola reuerentia viderunt.* (*i*) Poſt Tacitum denique vix alia gens tanta inſania in falſo numinum cultu acta eſt, quam noſtra.

III. *DEOS* inde in commune coluerunt & *maiores* & *minores*. In *MAIORIBVS* eos primos cenſemus, a quibus hodieque dies ipſa noſtra vernacula cognominamus. Ita primum venerati ſunt antiquiſſimum ſuum deum SOLEM, quem Norici *BELENVM* vocarunt; (*k*) deinde LVNAM, cum qua *ISIS* Sueuorum, *CISA* & *ESTARA* Saxonum, facile conciliantur. (*l*) Porro MARTEM, quem videntur *THIES* appel- *Claſſes deorum. Maiores dii.*

F 5

(i) TACITVS *Germ. cap.* IX.

(k) CÆSAR *Bell. Gall. lib.* VI. *cap.* XXI. HERODIANVS *lib* VIII. *cap.* III. Conf. WERN. ROLEVINCK *Ant. Saxonia lib.* I. *cap.* VI.

(l) CÆSAR *cit. loc. & lib.* I. *cap.* L. TACITVS *Germ. cap.* XI. BEDA *de Temp. Rat. cap.* XIII. CONRADVS VRSPERG. *Chron. ad An.* cIↄ GLXVII. *de Auguſta Vindelicorum.*

Digitized by Google

pellaſſe: (*m*) rurſus MERCVRIVM, quem *WODANVM* vocarunt. (*n*) nec non JOVEM *THORVM* dictum; (*o*) & VENEREM, *FREAM*, ſeu *FRIGGAM* nominatam; (*p*) denique SATVRNVM, quem diminuto vocabulo *SATVR* nuncuparunt; & quem fortaſſis etiam *CRODONIS* celebre ſimulachrum retulit. (*q*)

IV.

(m) TACITVS *Germ. cap.* IX. *Hiſt. lib.* IV. *cap.* LXIV. SVETONIVS *Vitell. cap.* X. PROCOPIVS *Goth. lib.* II. IORNANDES *de Reb. Get.* WITTICHINDVS *Ann. lib.* I. Vid. Inſcriptio apud GRVTERVM *Tom.* I. *Part.* I. *fol.* LV. *Num.* VIII.

(n) TACITVS *Germ. cap.* IX. *Ann.* XIII. *cap.* LVII. PAVLVS DIACONVS *Long. lib.* I. cap. VIII. IX. Vid. GRVTERVS *loc. cit. fol.* LIII. *Num.* VI.

(o) LVCANVS *lib.* I. *vers.* 444. Conf. generatim GOBELINVS PERSONA *Cosmodrom. Æt.* II. *cap.* IV. ERICVS OLAVS *Hiſt. Suec. lib.* I. *cap.* I.

(p) PAVLVS DIACONVS *Longob. lib.* I. *cap.* VIII. CRANTZIVS *Saxon. lib.* II. *cap.* XII.

(q) CRANTZIVS *loc. cit.* Κρόνος *dictus Saturnus.* CICERO *Nat. Deorum lib.* II. *cap.* XXV. Generatim de Diis Maioribus

Digitized by Google

IV. Præter hæc falſa numina conſtat etiam de cultu quem VVLCANO, ſeu *IGNI*, IVNONI, ſeu *AERI*, NEPTVNO, ſeu *AQVÆ*, & PLVTONI, ſiue *TERRÆ*, præſtiterunt. (*r*) *PERVNVS*, *PATELO*, *NECCVS*, *HERTHVM* & *OIDINVS*, dii diuerſarum Germanicarum nationum, fortaſſis Romana illa numina retulerint. (*s*) APOLLO HYPERBOREVS iam olim vocatus: vnde a Germanis acceptus in Græcia eius cultus videri poterat. (*t*) DIANÆ etiam & MINERVÆ, quarum vnam fortaſſis *BADVHENNAM*, alteram *TANFANAM* ad-

German. GREGORIVS TVRONENSIS *Franc. Hiſt. lib.* II. *cap.* XXIX.

(r) CÆSAR *Bell. Gall. lib.* VI. *cap.* XXI. TACITVS *Germ. cap.* XL. XLV. Vid. Marmora in Germania reperta apud GRVTERVM *Tom.* I. *P.* I. *Fol.* VII. *Num.* IV. V. *Fol.* LXII. *Num.* IV.

(s) LOCCENIVS *Ant. Goth. lib.* I. *cap.* III. GVAGNINVS *deſcr. Pruſſiæ* de *PERVNO* & *PATELONE.* OLAVS RVDBECK *Atlant. cap.* XXXI.

(t) OLAVS RVDBECK *Atlant. cap.* XXXIV.

adpellarunt, & DITI, ſiue *NOCTI*, & quot aliis diis deabusque, leguntur ſacrificaſſe. (*v*)

*Minores dii.* V. Inter *MINORES* deos: quos ſacrificiis placarunt, refero DÆMONIA, quæ in omnibus elementis, præſertim in ventis, fulguribusque, quærebant; porro GENIOS, MANES, HOMINES ipſos, ANIMALIA varia, & ipſas denique ARBORES, SILVAS, COLLES, MONTES, SAXA, FLVVIOS, & ARMA. (*x*) Non dubium *TVISTONEM*, *MANNVM*, & filios, ſacris honoribus a noſtris placatos eſſe. Sane Tacitus diſerte *HERCVLEM*, *VLYSSEM*, conſecratos fuiſſe ſcribit: nec diſſimulat, poſt obitum *ARMINIVM* etiam eſſe conſecratum. (*y*) Ex viuis hominibus præſertim

(v) TACITVS *Ann.* I. *cap.* LI. *lib.* IV. *cap.* LXXIII. *Germ. cap.* XI. Vid. GRVTERVS *Inſcript. Tom.* I. *P.* I. *Fol.* XXXIX. *Num.* VII. *Fol.* LXXX. *Num.* VI.

(x) AMMIANVS *lib.* XXXI. *cap.* II. PROCOPIVS *Rer. Gothic. lib.* II.

(y) TACITVS *Germ. cap.* II. III. XXXIII. *Ann.* II. *cap.* XII. LXXXVIII.

Digitized by Google

ſertim fœminas numinis ſæpe loco habitas eſſe idem ſcribit; & *VELLEDAM*, *AVRINIAMQVE*, eo nomine commemorat. (*z*) In animalibus imprimis noſtri *EQVOS*, *APROS*, *ASINOS*, *TAVROS*, *HIRCOS*, *CAPRAS*, *AQVILAS*, *ACCIPITRES*, *SERPENTES*, *BVFONES*. (*a*) & in arboribus præſertim *QVERCVS*, *ABIETES*, *PINVSQVE*, ſacris litarunt. (*b*) Singularium gentium Germanicarum ſingularia numina præterimus ſilentio.

VI. *CERIMONIAS*, quibus externus Germanorum cultus abundauit, enarrare nimium foret. Et ſtatis *Cerimoniarum ſolennia.*

(z) TACITVS *Germ. cap.* VIII. *Hiſtor. lib.* IV. *cap.* LX. Conf. STRABO *lib.* VII. PLVTARCHVS *in Mario.* CÆSAR *Bell. Gall. lib.* I. *cap.* L. IORNANDES *de Rebus Geticis.*

(a) TACITVS *Germ. cap.* X. XLV. SAXO GRAMMATICVS *Hiſt. Dan. lib.* XIV. GVAGNINVS *Deſcript. Pruſſiæ.*

(b) TACITVS *Germ. cap.* IX. CLAVDIANVS *Conſul.* I. *Stilic. vers.* 228. SVLPICIVS SEVERVS *Vita Martini cap.* X. Conf. *Lex Longobardorum lib.* II. *tit.* XXXVIII.

Digitized by Google

ſtatis diebus ſolennia *ſacrificia* diis obtuliſſe leguntur, & occurrente alia occaſione: cum aut publice res ageretur, aut priuatim ſuſciperetur negotium. Tum maxime etiam *auſpiciorum* & *ſortium* variarum fides exigi conſueuit. (*c*) *TEMPLA* haud adeo multa dedicarunt: magis priſcus ritus lucos ac nemora conſecrandi obtinuit. (*d*) *OPINIONES* eorum *de diis*, *de ortu mundi*, *de animabus*, *de præmiis bonorum*, *malorumque pœnis*, vix carptim ſtrictimque veteres ſcriptores memorarunt. (*e*)

VII.

(c) TACITVS *Germ. cap.* IX. XXXIX. XL. *Ann.* XIII. *cap.* LVII. *Ann.* I. *cap.* LXI. LXIV.

(d) TACITVS *Germ. cap.* IX. XXXIX. XL. *Ann.* I. *cap.* LI. *lib.* II. *cap.* XII. *Hiſt. lib.* IV. *cap.* XIV.

(e) APPIANVS *de Bello Gallico.* PLVTARCHVS *in Mario.* POMPONIVS *lib.* II. *cap.* II. *in Getis.* TACITVS *Germ. cap.* II. DIOGENES LAERTIVS *in Proemio Vit. Philoſ.* Conf. CLVVERIVS *Germ. Ant. lib.* I. *cap.* XXVI. XXXI. XXXII.

Digitized by Google

VII. Cura ſacrorum ampliſſimo SACERDOTII collegio credita erat. Magna eius in Germanis erat veneratio & obſeruantia. Velut deo imperante omnia peragebat: in ipſis bellis, in comitiis, in iudiciis, ſoli coercendi ius erat. Nec niſi nobiliſſimos gentis in id collegium coaptatos eſſe; mihi perſuadeo. Sane principes regesque illud colere & comiter obſeruare oportuit, ſin proſpere agere tutique eſſe voluerint. In quibusdam nationibus ſummus ſacerdos dignitate omnino regi antepoſitus eſt, & inuiolabilis habitus, cum regius ſtatus non difficiliter minui conſueſſet. (f)

*Sacerdotii ampliſſimum collegium.*

VIII. Erat autem inter Germanos & *maius ſacerdotium* & *minus*. In illud referre licet illos ſacerdotes apud Anglos & Naharualos, quos Tacitus memorat; porro Burgundio-

*Sacerdotes maiores & minores.*

(f) CÆSAR. *Bell. Gall. lib.* VI. *cap.* XIII. XIV. in Gallicis ſacerdotibus. TACITVS *Germ. cap.* VII. X. XI. XL. XLIII. AMMIANVS *lib.* XXVIII. *cap.* V.

dionum *SINISTVM* & Francorum *HILDEGASTVM*; nec non ex fœminis fatidicis *VELLEDAM*, *GAVNAM*, *AVRINIAM*, & alios complures. (*g*) DRVIDES, quos Diogenes Laertius Germaniæ vindicat, vtri ſacerdotio tribuerim? hæreo. (*h*) Puto, celebriores Druidum & Druiarum in maioribus ſacerdotibus, reliquos in minoribus, eſſe habitos. In iisdem VATES & BARDOS adnumerare non dubito: licet inſignibus meritis hos etiam maiorem eſſe conſequutos dignitatem nullus ambigam. Ceterum *Druides* philoſophiam profeſſi, juſtitiam curaſſe, ſacrisque præſediſſe, putantur: *Vates* præfuiſſe auſpiciis, ſorti-

(g) TACITVS *Germ. cap.* XL. XLIII. VIII. *Hiſt. lib.* IV. *cap.* LXI. STATIVS *Siluarum lib.* I. *in laudibus Rutilii Gallicani.* AMMIANVS *lib.* XXVIII. *cap.* V. TRITHEMIVS *de Orig. Francorum ex Hunibaldo.*

(h) Contra CÆSAREM *Bell. Gall. lib.* VI. *cap.* XXI. Druides Germanis tribuit DIOGENES LAERTIVS *Vit. Philoſ. Proem.*

Digitized by Google

ſortilegiis, ſacrificiis, curaſſe ægros: *Bardi* compoſuiſſe carmina, & in feſtis diebus, epulisque ſolennibus, imo in ipſis aciebus, laudes deorum & heroum ceciniſſe, Barditumque quem vocarunt, moderati eſſe. (*i*)

IX. Igitur, quæ *LITTERARVM STVDIA* maioribus noſtris placuere, eadem Druidum & Bardorum curæ relicta eſſe videntur. Sed fere rudibus carminibus tota eorum theologia, philoſophia, & hiſtoria, comprehenſa fuit. Perfectæ ſtudiorum rationi, qualem Romani habebant, nullus in Germania priſca locus. *Litterarum ſecreta viri pariter ac fœminæ*, dicente Tacito, *ignorarunt*: non quaſi ſcribere omnino neſciuiſſent, ſed quod a Romana ſcribendi & ſentiendi ele- *Litteratura.*

G gantia

(i) CÆSAR *lib. I. cap. L.* PLVTARCHVS *in Mario & Cæſare.* TACITVS *Germ. cap. III.* Conf. PHIL. CLVVERIVS *Germ. Ant. lib. I. cap. XXII. XXIII. XXIV.*

Bayerische Staatsbibliothek München

Digitized by Google

gantia abhorruerunt. Nullos præſertim homines, ac cauſarum Romanos patronos æque noſtri oderunt. (*k*)

*Lingua & ſcriptura.* X. *LINGVA*, qua ſunt Germani vſi, Celticæ fuit utique filia: non iudicari tamen ſatis de ea poteſt, cum nullum eius ex antiquitate ſuperet monumentum. Et potuiſſe noſtros ſua lingua ſcribere, dubium non eſt: ſed dubium, an ſuis, an peregrinis, litteris vſi fuerint? Proximi Romanis Romanam linguam non ignorarunt. Qua vero inimicæ gentis linguam, non domi, ſed modo, cum agerent cum Romanis, loquuti ſunt. (*l*)

XI.

(k) TACITVS *Germ. cap. II. XIX.* FLORVS *lib. IV. cap. XII.* Videantur coniecturæ CLVVERII *Germ. Ant. lib. I. cap. XXXIII.*

(l) TACITVS *Ann. lib. II. cap. X. LXIII. LXXXVIII.*

Digitized by Google

XI. Ab erroribus, quos ſupra oſtendimus, ad veritatem, & a falſa ad *VERAM RELIGIONEM*, non maiores noſtri ante adduci cœpere, quam a Francis magna Germaniæ pars occupata eſſet. Franci, & Burgundiones in Gallia, Gothi, Sueuique, in Hiſpania, Saxones in Britannia, Longobardi in Italia, dudum Chriſto nomina dederant, cum eum populares ipſorum, qui manſerant in Germania, plene adhuc ignorarent. (*m*) Quæ *Maternus* in Magna Germania perhibetur peregiſſe, fabulas meras ſapiunt. In Cisrhenana Germania, & in Rhætia, atque Norico, a ſecundo iam ſeculo verus cultus inualuerat: ſed nondum hæ prouinciæ Germaniæ

*Veræ religionis in Germania initia.*



(m) OROSIVS *lib. VII. cap. XXXII. XLI.* SOCRATES *Hiſt. Eccl. lib. IV. cap. XXXIII.* SOZOMENVS *lib. VI. cap. XLVIII.* IORNANDES *de Rebus Get.* PAVLVS DIACONVS *Longob. lib. IV. cap. VI.*

Digitized by Google

acceſſerant. (*n*) Nec igitur ante ſextum ſeculum, nec quam ſenſim pedetentimque, Francis agentibus, noſtris bonæ veritatis tamen cœpit exſplendeſcere. Verum ea alibi viderimus.

*LIB.*

(n) IRENÆVS *aduerſus Hereſes lib. I. cap. III.* TERTVLLIANVS *adu. Iudæos cap. VII.* SVLPITIVS SEVERVS *Hiſt. Sacr. lib. II. cap. XXXII. XLII.* EVGIPPIVS *in Vita S. Seuerini.*

Digitized by Google

# LIBER II.

# RES GERMANIÆ A FRANCORVM CONDITO REGNO AD VSQVE CAROLI MAGNI IMPERIVM.

## CAPVT I.

## GERMANIÆ MEROVINGICI REGNI ÆQVALIS FINES ET POPVLI.

I.

SOlent *regionum fines*, nec vno impetu conſtitui, nec protinus variari: niſi vbi expreſſis pactis res agitur. Nec itaque poſt Romani imperii ruinam, quam effuſi in Romanas provincias Germani fortiter ediderunt, iuſtum poteſt tempus deſignari, quo fuerit receſſum a priſcis terminis, tacito olim gentium conſenſu definitis; licet ſatis conſtet, non iam leuiter

*Statuendorum finium difficultas.*

eos immutatos eſſe. Carolingorum denique imperium nouis pactionibus certos Germaniæ fines reddidit.

*Germaniæ noui probabilesque fines.*

II. Statim a condito Auſtraſiæ regno puto Cisrhenanis prouinciis Germaniam noſtram auctam, adeoque ad MOSAM vsque productam eſſe. (*a*) Deſiiſſe vero eodem tempore Danubium Germaniam finire, id ſuadet; quod Rhætia Noricumque, ab Alemannis Boioariiſque poſſeſſæ prouinciæ, ſemper inde Auſtraſiæ regni, quod ſuperiorem fere ſolam Germaniam comprehendit, partes fuerint habitæ. ALPES itaque Auſtralem Germaniam nunc ab Italia diſterminauerint. (*b*) Ad Orien-

(a) Fas fuit iungere Germanias. *Vita S. Remacli cap. I.* GREGORIVS TVRONENSIS *Hiſt. Fr. lib. III. cap. I.* AIMOINVS *lib. II. init.* Rhenus Germaniæ fluuius AIMOINO *lib. I. cap. I.* *AVSTRIÆ* inde & *GERMANIÆ* nomina promiſcua in INCERTI *Fragmento Hiſtor. apud Chesnium Tom. I. pag.* 783.

(b) *Vita S. Remacli cap. I.* & *Vita S. Salabergæ*, vbi Boioarii in extrema Germ.

Orientem ius veteris limitis, nempe VISTVLÆ, vtique fuerit ſeruatum: licet ad Albim vsque regiones iam ab alienigena natione Sclauis, cœperint inſideri. (*c*) Contra ſeptentriones præcipue dubius Germaniæ terminus nunc factus eſt. Quod tamen Dani Normannique peregrinarum inſtar gentium a Francis Friſiisque ſunt habiti, (*d*) non valde metuo, OCEANVM, SVEVICVMQVE MARE, & EIDORAM amnem, Germaniæ nouos fines dare: cum præſertim veterem quendam tacitumque conſenſum, id videatur indicare, quod Caroli M.

G 4 ætate

in *Fragmentis de Rebus Geſtis Dagoberti I. apud Chesnium Tom. I. Geſta Dagoberti I. cap. XXXII.* FREDEGARIVS *Chron. cap. CX.* AIMOINVS *lib. III. cap. XCVIII.* PAVLVS DIACONVS *Longob. lib. II. cap. IV. lib. III. cap. XXX.*

(c) EGINHARDVS *in Vita Caroli M: Germaniæ gentes inter Rhenum & Viſtulam.* IORNANDES *de Rebus Geticis pag.* 81. AIMOINVS *Geſt. Fr. lib. IV. cap. XXIII. XXVI.*

(d) GREGORIVS TVRONENSIS *lib. III. cap. III.* AIMOINVS *lib. II. cap. II.*

ætate partim Eidora fluuius certus eſt limes conſtitutus, partim Oceanum Sueuicumque mare, ſine nouo pactorum interuentu, pro certo termino acceptum.

*Germania per populos diuiſa.* III. Noſtram hanc Germaniam, nouis modo finibus obſcure definitam, priſcarum, quæ non patriam ſuam migrarunt, gentium non degener poſteritas incoluit: iſtis iam regionibus & nominibus dignoſci cœpta, quæ hodieque mutatis paucis ſeruantur.

*Alemanni in auſtrali parte.* IV. Priſcæ Germaniæ ſinum *inter Rhenum recentemque Danubium*, vt olim, ALEMANNI, qui & promiſcue SVEVI dicti ſunt, habitarunt: vt vero vltra Nicrum amnem, a Clodouæi regis ætate, non pertigerint, contra auſtrum vero omnes regiones, *inter Danubium, & Alpes, Licumque, Rhenum, & Viſam, amnes* poſſederint: quæ terræ ſimul acceptæ ALEMANNIA & SVEVIA dictæ ſunt. (*e*) Promiſcua gentis & re-

(e) ENNODIVS *Paneg. Theodorico Regi.* PROCOPIVS *de Bell. Goth. lib. I. cap.*

regionis nomina iam inde ab antiquo, quod & Sueuici generis eſſent Alemanni, & extremorum Sueuorum, qui Hermunduri vicini erant, non exigua pars cum Alemannis ſe junxiſſet, easdemque in Romano ſolo prouincias cum illis occupasſet. (*f*)

V. *A Nicro ad Mœnum*, vltraque, & olim pertinuerat *ALEMANNIA: ad Orientem* pone Alemannos egerant *BVRGVNDIONES*, in Cattici & Alemannici agrorum partibus. (*g*) *A Mœno inter Rhenum & Albim* extrema ſteterat *FRANCIA*, iam ab Oceano per *SAXONIAM* prætex-

G 5 tam

*XII. XIII.* IORNANDES *Res Get. pag.* 138. *Anonymus Rauennas lib. IV. Num. XXVI.* AIMOINVS *lib. I. cap. V. lib. III. cap. XLVII.* FREDEGARIVS *Chron. cap. CX.* STRABVS *Prolog. Vitæ S. Galli.*

(f) IORNANDES *de Reb. Get. l. cit.* PAVLVS DIACONVS *Longob. lib. II. cap. XV. lib. III. cap. XVIII.* WALAFRIDVS STRABVS *Vit. S. Galli lib. I. Prol.*

(g) AMMIANVS *lib. XVIII. cap. II. lib. XXVIII. cap. V.* MAMERTINVS *Genetbl. Maximiano cap. XVII.*

Digitized by Google

tam excluſa. Iam *BVRGVNDIONIBVS* in Galliam translatis, *ALEMANNIS* agri rurſus ceſſerant. *FRANCIS* in Galliam transgredientibus regionem & reliquas ciuitates ſtatim *SAXONIA*, & ad Orientem *THVRINGIA*, occupauit. Victis demum & perdomitis a Clodouæo *ALEMANNIS*, per ductas Francicas colonias *NOVA* trans Rhenum, inter Alemanniam, Saxoniam, atque Thuringiam, *FRANCIA* cœpit ſurgere.

VI. Ergo *a Nicro flumine, circumcirca Mœnum*, NOVA FRANCIA, quæ & *ORIENTALIS*, & *TEVTONICA*, & *OSTROFRANCIA*, & *AVSTRASIA*, & *FRANCONIA*, dicta eſt, hac noſtra ætate floruit, & cæteras prouincias in Francico obſequio

*Franci &* continuit. (*b*) Fines habuit Aleman-

(b) *Geſta B. Kiliani Theodorici regis æqualis* SIGEBERTVS *Chron. ad An.* IↃC XCVII. IↃCCCCXXXVIII. *Annales Bertiniani ad An.* IↃCCCXXXVIII. XXXIX. *Annales* ASTRONOMI *ad An.* IↃCCC XX. *Annales* FVLDENSES *ad An.* IↃCCCLII. LXV. LXVI. LXXIX.

Digitized by Google

manniam ab auſtro, Rhenum ab occaſu, Saxoniam contra ſeptentriones,&Thuringiam ad orientem. Magnis autem ad orientem aucta eſt finibus, cum Thuringiæ regnum rueret, & vix media ampliſſimæ Thuringiæ pars teneret nomen, reliquæ portiones Saxonibus atque Francis accederent. (*i*)

VII. THVRINGIÆ nomen vetuſtati eſt plane incognitum, & denum quinto ſeculo auditum. Sed quantum ſcitur, ſtatim *ad Albim*, *Salam*, *Vnſtrutum*, *Viſurgimque*, incertis, ſed maximis, ſtetit finibus. Ita a latere fuit Alemanniæ, nouæque Franciæ, & nouæ Saxoniæ. Contraxit ſe a Septentrionibus & ab occaſu, poſtquam gens a Francis vin- *Thuringi in medio Occidentalis partis.*

*Appendix* LAMBERTI SCHAFFNAB. *ad An.* MCCLXXI. *varia* ibi *Franconia nomina.*

(i) EGINHARDVS *in Vita Caroli M.* vbi fines Franconiæ. *Annales* ASTRONOMI *ad An.* IↃCCCXX. *Annales* FVLDENSES *ad An.* IↃCCCLXXVI. Conf. GREGORIVS TVRONENSIS *lib.* III. *cap.* IV. VII. cum WITTICHINDO *Ann. lib. I.* vbi hiſtoria.

vinceretur; nec quam anguſtis, a victoribus imperatis, finibus exinde ſe continuit. (*k*) Aſt, niſi ex adultiore ætate, iuſtos regionum limites nemo indicauerit.

*Saxones &*

VIII. SAXONIA NOVA, quæ ab Oceano adſcendens in locum Franciæ, in Gallias abeuntis, ſucceſſit; *medium habuit Viſurgim, ab Oriente Albim, a Septentrionibus Oceanum, ab occaſu Rheni vicinas, ab Auſtro nouam Franciam & Thuringiam.* (*l*) Et ipſa aucta eſt Thuringici regni ruina, ex qua Septentrionalis Thuringiæ pars in Saxoniam imputata eſt.

(k) RENATVS VEGETIVS *Mulomedicina lib. IV. cap. VI.* PROCOPIVS *Bell. Goth. lib. I. cap. XII.* IORNANDES *de Reb. Get. pag.* 138. *Geographus Rauennas lib. IV. num. XXV.* GREGORIVS TVRON. *loc. cit.* AIMOINVS *lib. II. cap. IX.*

(l) ANONYMVS *Rauennas Geogr. lib. IV. Num. XVII.* EGINHARDVS *in Vita Caroli.* ADAMVS BREMENSIS *lib I. Hiſt. Eccl. cap. IV. ex* EGINHARDI *perditis libris. Annales* ASTRONOMI *ad Ann.* IↃCC LXXVI. VII. LXXXII. IX. XCVII. VIII.

Digitized by Google

eſt. (*m*) *Ab Oceano* demum magis *FRISIÆ* nomen inualuit,& omnia maris littora ab Albi ad Rhenum; imo cis Rhenum ad Scaldim, excluſo fere & in mediterranea redacto Saxoniæ nomine, occupauit. (*n*)

*Franci Ripuarii cis Rhenum.*

IX. *Cis Rhenum* in priſcæ Germaniæ Cisrhenanæ partibus *inter Moſam Rhenumque* poſt Clodouæum AVSTRASIÆ regnum conditum eſt: quod mox Transrhenanæ Germaniæ ſuperiori parte ſibi adiuncta fecit, vt recte & ipſum inde imputetur in nouam Germaniam. FRANCI RIPVARII dicti ſunt, qui has regiones coluerunt. Ceterum hi Franci, *trans inferiorem etiam Rhenum* parte prouinciæ ſeruata, ſemper

(m) ADAMVS BREMENSIS *loc. cit.* & WITTICHINDVS *Ann. lib. I.*

(n) BEDA *lib. V. cap. XI.* AVDOENVS *de Vita S. Eligii. Priuilegium Caroli Bremenſi Sedi datum* apud ALBERTVM STADENSEM *in Rebus Caroli M. Annales* BERTINIANI *ad An.* IↃCCC XXXVII. *IX. Conf.* MENSO ALTINGIVS *Notit. Germ. Inf. Parte I. & II.* voce *FRISII* & *FRESIA.*

per fere a Rheni ripa propinquos Saxones excluſerunt. (*o*)

*Saxones trans Inferiorem Albim.*

X. *Trans Albim inferiorem* ſemper SAXONVM priſcorum progenies perſtitit, quæ & Cimbricæ cherſoneſi dorſum vsque ad Eidoram fluuium tenuit. Quo vero vsque ad Orientem & ad auſtrum illa *TRANS ALBINA SAXONIA* pertinuerit, nemo docere aptus eſt. (*p*) Cetera iam *trans Albim, ad Viadrum*, *atque ad Viſtulam*, omnia ingentibus *GOTHORVM*, *VANDALORVM*, *SVEVORVM*, *RVGORVM*, *HERVLORVM*, *BVRGVNDIONVM*, atque *LON-*

(o) AIMOINVS *lib. I. cap. V.* coll. cum *lib. III. cap. XCVIII.* *Vita S. Remacli cap. I.* *RIPVARII* ſeu *RIBVARII Appendix ad Chron.* FREDEGARII. *Leges priſcæ Ripuariorum.* NITHARDVS *de Diſſenſ. filiorum Ludouici Pii. lib. V. ad An.* IↃCCC XXXVIII. *Annales* FVLDENSES *ad An.* IↃCCCLXXXI. Trans Rhenum porro Saxones Franci. GREGORIVS TVRONENSIS *lib. IV. cap. XV.* FREDEGARIVS *Hiſt. Epitom. cap. LII.*

(p) *Notitia eorum ex Carolingica ætate.* ADAMVS BREMENSIS *lib. I. cap. XI.* *Annales* ASTRONOMI *ad A.* IↃCCCIV.

*LONGOBARDORVM*, migrationibus ita ſunt exhauſta, vt reliqui minime potuerint irrumpentis alienigenæ nationis vi ſuſtinendæ pares eſſe.

XI. SCLAVI fuere, Sarmatica gens, *VENEDI* etiam adpellati, qui inde incertis annis, non diu tamen poſt Germanicas migrationes, orientalem Germaniam occupare cœperunt. Senſim pedetentimque mihi videntur primum *ad Viadrum*, inde *ad Albim*, coactis pedem referre reliquis Germanis, progreſſi eſſe. (q) Caroli M. ætate *cis Albim ad Salam* omnino proceſſerant. Ingentis populi plurimas ciuitates alibi cernemus.

*Sclaui in Orientali parte.*

XII. *Ad Danubium*, qua præter fluit Noricum, varii populi quinto ſeculo conſederunt: *RVGII*, *HERVLI*,

*Boioarii cum Alemannis ad auſtrum.*

(q) IORNANDES *de Reb. Geticis pag.* 103. PAVLVS DIACONVS *Longob. lib. IV. cap. VII. XI.* AIMOINVS *lib. IV. cap. XXII. XXIII. XXVI. Geſta Dagoberti I. cap. XXVII. XXXI. XXXII.* FREDEGARIVS *Chron. cap. LVIII. LXVIII. LXXV.*

Digitized by Google

*RVLI*, *LONGOBARDI*, alii. Pone hos eadem ætate BOIOARIORVM nouum nomen, primum trans Danubium in Nariſcorum priſcis finibus, deinde cis Danubium in Norici Rhætiæque partibus, ſtare cœpit. Id fauore Gothorum, & deinde Longobardorum, adeo mox inualuit, vt ampliſſimas poſſideret regiones, easque in nouæ Germaniæ complexionem inde adduceret. Ab Alemannis, noſtra, quam modo reſpicimus ætate, BOIOARIA *Lico amne*, ab Italia *Alpibus*, ab Hunnis, qui ab Oriente in Germanicas poſſeſſiones inuaſerant, *Aniſo fluuio*, diſterminata fuiſſe legitur. (r)

XIII.

(r) *Primo Boioariorum mentio* in RVTILIO CLAVDIO MVNATIANO *in libro de Reditu*, & deinde in IORNANDE *de Reb. Geticis. Boioariæ fines.* IORNANDES *de Reb. Geticis pag.* 138. PAVLVS DIACONVS *Longob. lib.* III. *cap.* XXX. FREDEGARIVS *Chron. cap.* CX. EGINHARDVS *in Vita Caroli Magni. Annales* ASTRONOMI *ad Ann.* IↃCCLXXXVII. XCI.

Digitized by Google

XIII. Qui nunc extra Germaniæ nouos fines coluerunt Germanici populi, non vltra noſtram morantur curam: *FRANCI* & *BVRGVNDIONES*, in Galliis; *GOTHI*, & *SVEVI*, in Hiſpaniis; *VANDALI* in Africa & Inſulis; *GOTHI*, *HERVLI*, *LONGOBARDIQVE* in Italia; & *SAXONES* in Britannia. Ipſi *DANI*, *SVECIQVE*, quos vno nomine *NORMANNOS* ſcriptores iam adpellitant, nihil porro, quippe extra Germaniæ fines ſiti, ad nos pertinent. Teneri tamen ſemper omnes illos in Romanas prouincias translatos populos, ex Germania priſca oriundos eſſe, cognatisque quidem gentibus ampliorem ſuis migrationibus feciſſe in patria locum, ſed Germanicum tamen animum, tarde infectum peregrinitate, in nouas ſimul ſedes intuliſſe. *Germani vbique extra regionis nouos fines.*

XIV. Nouum Germaniæ nomen noua ætas nullum valde oſtendit. Plerumque gentium & regionum nomina ſola memorantur; ſuppreſſo generali totius prouinciæ *Germaniæ noua compellatio.*

H co-

Digitized by Google

cognomento. Ita *FRANCIÆ ORIENTALIS*, *ALEMANNIÆ* ſeu *SVEVIÆ*, *THVRINGIÆ*, *SAXONIÆ*, *FRISIÆ*, & *BOIOARIÆ*, crebra in huius ætatis monumentis mentio. (*s*) Poterat tamen non inepte nomen AVSTRIÆ, & AVSTRASIÆ, cum FRANCIÆ, & FRANCIÆ ORIENTALIS, ſiue TEVTONICÆ, adpellatione ſimul pro nouo & vniuerſali totius Germaniæ cognomento hac ex ætate accipi; cum conſtet, illis vocabulis non raro noſtram patriam portendi. (*t*)

*CA-*

(s) PAVLVS DIACONVS *Longob. lib.* III. *cap.* XXX. FREDEGARIVS *Chron. cap.* CX.

(t) *Geſta Dagoberti* I. *cap.* XXVII. XXXII. *Fragmentum Hiſtor. apud Cheſnium Tom.* I. *pag.* 783. & 784. vbi *AVSTRIA*, *GERMANIA*, & *PROVINCIA TEVTONICORVM*, *promiſcua ſunt nomina.* CONSTANTINVS PORPHYROGENNETVS *de adminiſtr. Imperii. cap.* XXVIII. LIVTHPRANDVS, WITTICHINDVS, paſſim: præſertim OTTO FRISINGENSIS *lib.* VI. *cap.* XI. XVII. & SVFFRIDVS PRESBYTER *Epit. Hiſtor. pag.* 686.

Digitized by Google

## CAPVT II.

# FRANCORVM, NOVORVMQVE IN GERMANIA POPVLORVM, ET NOMINVM, ORIGINES.

I.

Poſt viſas olim Germanicarum ciuitatum primas & generales origines, nihil attinet fere, de Francis, & Boioariis, & Thuringis, & ceteris nouis in Germania nominibus dicere, niſi quod *aliquot priſcarum gentium, ſingulari fœdere coniunctarum, concionem* ſignarint, & ſocietatem indicauerint. Quod tamen multæ friuolæ ſententiæ de illis populis tulerunt æuum, paucis eorum vera initia rurſus inluminare iuuat.

*Germaniæ noui populi ex conflatura priſcarum ciuitatum.*

II. Erat tempus quo maximis diſſidiis atque diſcordiis diſtinebantur, & diuellebantur res Germaniæ, bello contra omnes ſingulis ciuitatibus deſtinato. Cum victum in omnes, dum inter ſe digladiarentur, & ſingulæ cum Romanis pugna-

*Variæ Germaniæ viciſſitudines.*



Digitized by Google

rent, animaduerterent; primum itum ad ſocietates laxiores, & fœdera pro mutua defenſione ſancita. Cum & arma ſumere contra Romanos offenſiora liberet; in certiora & arctiora fœdera coitum, quæ fecere, vt multæ ciuitates vnam referre inciperent nationem, communique adeo nomine compellarentur. (*v*) Hæc vera nouorum nominum ſunt initia.

*Antiquiora fœdera.* III. Antoninus Caracalla imperabat Romanis, cum primum audiretur ALEMANNICVM nomen, paulo deinde FRANCICVM, mox GOTHICVM, denique SAXONICVM. Credo in iisdem terris, in quibus primum celebratum eſt nomen, & natum idem eſſe, non ratione diuerſa, quam plurium populorum amica, & altera alterius imitatrice, ad arma Romanis inferenda con-

(v) Tum inefficax votum TACITI *Germ. cap.* XXXIII. cœpit eſſe. Vid. IVL. CAPITOLINVS *in Marco cap.* XXII. EVTROPIVS *lib.* VIII. *cap.* VI. OROSIVS *lib.* VII. *cap.* XV.

Digitized by Google

conſpiratione. (*x*) Sic *ALEMANNICVM* fœdus complexum eſt Sueuicas gentes, quæ Romanorum trans recentem Danubium ditionem expugnarunt. *FRANCICVM* nomen comprehendit populos inter Rhenum, & Albim, & Oceanum; *SAXONICVM* reliquos trans Albim; *GOTHICVM* alios, qui in Sarmatiam vna cum Gothonibus inuaſerant.

IV. Honorio imperante, dum vndique ad prædam diuidendam Germani concurrunt, quæ gentes interiores nondum ad Francicum fœdus, aut Alemannicum, aut Saxonicum, aut Gothicum, aut etiam Longobardicum, acceſſerant; ad duo noua nomina ſe videntur aggregaſſe: ad BOIOARIOS nimirum, & THVRINGOS. (*y*) In *Recentiora fœdera.*

H 3 *BO-*

(x) SPARTIANVS *Carac. cap.* X. CAPITOLINVS *in Gordianis cap.* XXXIV. VOPISCVS *Aurel. cap.*VII. EVTROPIVS *lib.* IX. *cap.* XIII.

(y) Apud RVTILIVM CLAVDIVM MVNATIANVM *de reditu*, RENATVM VEGETIVM *Mulomedic. lib.* IV. *cap.*VI. prima horum nominum mentio.

Digitized by Google

*BOIOARIIS* quæro Marcomannos, quaſi Boiemi habitatores, fortaſſis & Quados, Nariscosque; quæ nomina nunc antiquari cœpere, nec ante ad certa fœdera confluxerant. In *THVRINGIS*, aut Gothonum trans Albim reliquias, aut ſeptem fœderatarum ad Sueuicum mare ciuitatum partes, repererim. Id intereſt vero inter hæc & antiquiora fœdera: quod hæc in natiuo ſolo cœperunt inclareſcere; illa noua, non niſi poſt migrationem cis Albim & cis Danubium factam, celebrata ſunt.

***Nouorum nominum vis & poteſtas.*** V. Vis acceptorum nominum rationes, occaſionem, vim, atque poteſtatem. Fatebor ingenue, quot ſunt de nominibus *GERMANORVM*, *TEVTISCORVM*, deinde *ALEMANNORVM*, *FRANCORVM*, *SAXONVM*, *THVRINGORVM*, *BOIOARIORVM*, & quæ ſunt alia, variæ atque diuerſæ ſententiæ & opiniones; tot eſt electio melioris ſententiæ obnoxia dubitationibus, totque premitur difficultatibus. Sed cerne lites

lites eruditorum alibi. Placent, qui FRANCOS dictos putant a *libertatis ſtudio;* ALEMANNOS a *genere populi*, qui ex variis gentibus confluxerat. (z) SAXONES ab *armorum genere;* THVRINGOS a *Thor* deo, quem Gothi maxime coluerunt; BOIOARIOS a *Boiemi antiqua habitatione*, ſiue etiam a priſcorum *Boiorum* cum ceteris gentibus *coniunctione*. Quod in Germanorum & Teutiſcorum nomine diximus; integrum erit cuilibet, ſentire diuerſum.

VI. Verum enimuero valeant nugæ atque ineptiæ ſuperiorum ſeculorum, quibus populorum origines non tentare licuit, quin protinus ad abſurdas fabulas prolaberentur. Rideamus producentes *FRANCOS* a *Troianis*, a *Macedonibus*, *Pan-*

*Vana originum aliarum cura.*

H 4

(z) *ALEMANNORVM* nomen ASINIVS QVADRATVS, ad quem prouocat AGATHIAS *Hiſt. lib.* I. non infelici coniectura adſequutus eſt. Errant Francicum nomen interpretantes LIBANIVS SOPHISTA *in Orat.* & ISIDORVS *Orig. lib.* IX. *cap.* II.

*Pannonibus*, *Sicambris*, ex *Scythia*, ex *Gallia*, ex *Scandinauia*; *SAXONES* a *Sacis*, a *Saſſonibus*, a *Macedonibus*; *ALEMANNOS* ab *Alanis*; *THVRINGOS* a *Tyragetis*, *Theuringis*, *Theuriogæmis*; *BOIOARIOS* ab *Auaribus* & *Boiis*: eosdemque omnes, quos memoramus, populos, a plurimis nationibus, quarum tacemus nomina. Vere noſtri ſunt & Franci, & reliqui: iidemque omnes populi, quos in prima Germaniæ luſtratione plurimis nominibus hic inde habitantes deprehendimus. (*a*)

## *CAPVT III.*

# CONDITI REGNI FRANCIÆ PRIMÆ RES GESTÆ.

I.

*Franciæ virtutis formidoloſa initia.*

Poſtquam ſemel Francica arma audita eſſent, nulla illis plures iactaſſe minas, vehementioresque Ro-

(a) VOPISCVS *in Proculo cap.* XIII. HIERONYMVS *in Hilarionis vita.* PAVLVS DIACONVS *Longob. lib.* I. *cap.* XXVII.

Digitized by Google

Romanis oppoſuiſſe formidines, Romana docuit hiſtoria. Statim ſub *Gallieno* tentarunt & Galliam, & Hiſpaniam (*b*) *Aurelianus* (*c*) & *Probus* eos compreſſerunt. (*d*) Sub hoc vero, nobiliſſimo edito facinore, pars ex orientis terris, circumnauigata fere omni Europa, ſalua & incolumis in Franciam rediit. (*e*) Videtur inde nata multa fabulandi occaſio.

An. CCLXV. An. CCLXIX. CCLXX-VII. An. CCLXXX

II. Poſt Probum nec *Maximianus*, nec *Conſtantius*, nec *Conſtantinus*, nec denique *Iulianus*, ceſſarunt in armis continuo inferendis Francis. (*f*) Stetit tamen ſemper in-

*Franci omnes prope Cæſares fatigant.*

An. CCLXXXVII. CCXCVII



(b) EVTROPIVS *lib.* IX *cap.* VI. A. VICTOR *Cæſ. cap.* XXXIII. OROSIVS *lib.* VII. *cap.* XXII. NAZARIVS *Pan. Conſtantino cap.* XVIII.

(c) VOPISCVS *in Aurel. cap.* VII. XXXIII. A. VICTOR *Cæſ. cap.* XXXV.

(d) VOPISCVS *in Probo cap.* XI. XII. XIII. ZOSIMVS *lib.* I. *cap.* LXVIII.

(e) ZOSIMVS *lib.* I. *cap.* LXXI. EVMENIVS *Paneg. Conſtantio cap.* XIIX.

(f) MAMERTINVS *Paneg. & Genethl. Maximiano.* EVMENIVS *Pan. Conſtantio & Conſtantino.* NAZARIVS

CCCVIII. inuicta virtute, & poſt Romanam
CCCLVI. magnitudinem ſecunda internis potentia, FRANCIA. (*g*)

*Franci in ſummo apud Romanos honore.*

III. Quod præſtitit, nobiliſſimi Franci, iam vsque a Conſtantino, in curia, in aula, in præcipua militia, ſunt verſati: vnde reduces Romanis artibus Romam oppugnare didicerant, reliqui Francica incrementa clandeſtinis artibus iuuare norant. (*h*) Ex Francis omnino MA-

An. CCCL. CCCLV. CCCXCII.

GNENTIVS, SYLVANVS, ARBOGASTES, adeo caput inter Romanos extulerunt, vt purpuram ſumerent. Conſules Romanos, qui Fran-

*Pan. Conſtantino.* MAMERTINVS *Pan. Iuliano.* EVTROPIVS *lib.* X. *cap.* II. ZOSIMVS *lib.* III. *cap.* VI. AMMIANVS MARCELLINVS *lib.* XVI. *cap.* III. *lib.* XVII. *cap.* II. VIII. *lib.* XX. *cap.* X. LIBANIVS *Paneg. Conſtantio & Conſtanti.*

(g) NAZARIVS *Paneg. Conſtantino cap.* XXXVIII.

(h) Nobile elogium Francorum ex Conſtantini Magni Conſtitutione habet CONSTANTINVS PORPHYROGENNETVS *Libro de adminiſtrando imperio.* AMMIANVS *lib.* XV. *cap.* V. HIERONYMVS *in Vita Hilarionis.* ZOSIMVS *lib.* IV. *cap.* XXXIII.

Digitized by Google

Franci fuere, ſummosque bellorum duces, ſilentio tranſimus. (*i*)

IV. Sub Iuliano videntur FRANCI in duas potiſſimum claſſes fuiſſe diuiſi; vt pars ciuitatum in *SALIOS*, pars in *ATTVARIOS*, imputaretur. Fuit vero hæc nominum modo diuiſio, non reipublicæ ſeparata conſtitutio. (*k*) Poſt Galliam occupatam *SALIORVM* & *RIPVARIORVM* diſtinctio magis ſolenniter vſu recepta videtur eſſe, cum omnino legibus diuerſis vtrumque Francorum genus vſum ſit. (*l*) Sed ingens lis eſt, quas regiones Salii Ripuariique ſolas poſſederint. *Francorum duo genera.*

V.

(i) A. VICTOR *Caſ. cap.* XLI. XLII. ZOSIMVS *lib.* IV. *cap.* XVII. LIII. AMMIANVS *lib.* XXX. *cap.* X. & ibi VALESIVS *in Notis.* SOZOMENVS *Hiſt. Eccl. lib.* III. *cap.* II.

(k) AMMIANVS *lib.* XVII. *cap.* VIII. *lib.* XX. *cap.* X. ZOSIMVS *lib.* III. *cap.* VI.

(l) Duæ Leges ſunt SALICA & *RIPVARIA.* Vid. *Prologus Legum* & EGINHARDVS *in Vita Caroli* de *duabus Francorum valde diuerſis legibus.*

Digitized by Google

V. Imperantibus *Valentiniano*, & *Gratiano*, & *Valentiniano II.* ſibi fere relinqui Franci cœperunt, & modo contra Alemannos, alioſque hoſtes, a Romanis ſollicitari (*m*) ARBOGASTES Francus, odio Franciscorum regulorum, vltimus ex Romana ripa Rhenum transgreſſus Franciam vaſtauit, ſed nulla re acta inglorius receſſit. Denique pacto cum Francis fœdere, eos contra Theodoſium duxit, pro quo multi alii Franci & Germani propugnarunt: ſed victus perfidiæ dedit pœnas. (*n*)

*Franci a Romanis dimiſſi.*

An. CCCXCII

An. CCCXCIV.

VI. *Honorius* Imperator, vt ruinam imperii Romani vidit, ita Francicum vidit regnum fundari & ſtabiliri. Vsque eo Franci, contenti certo fœdere, tot habuerant duces, ſiue reges, quot eſſent celebriores ci-

An. CCCCXX.

*Francorum multi duces & reges.*

(m) AMMIANVS *lib.* XXXI. *cap.* X. A. VICTOR *Epit. cap.* LXXIII. ZOSIMVS *lib.* IV. *cap.* LIII.

(n) Ex SVLPITIO ALEXANDRO GREGORIVS TVRONENSIS *lib.* II. *cap.* IX. ZOSIMVS *lib.* IV. *cap.* LIII. *vſque* LVIII. A. VICTOR *Epit. cap.* LXXV. OROSIVS *lib.* VII. *cap.* XXXV.

Digitized by Google

ciuitates. Conſtantini hiſtoria celebrauit ASCARICVM, & RADAGAISVM; Conſtantii ætas THEODEMEREM, RICHIMERIS filium; Gratiani & Valentiniani æuum MALLABAVDEM, PRIAMVM, GENOBALDVM, MARCOMEREM, & SVNNONEM. (*o*) Nunc intuiti in ceterorum Germanorum migrationes, quas ſinguli reges duxerunt, & ipſi tranſitum in Galliam molientes, Marcomeris conſilio, vnum elegerunt regem, cui rerum ſummam, ſancte tamen ſeruata populari libertate, publice crediderunt. (*p*)

VII.

(o) EVMENIVS *Paneg. Conſtantino cap.* XI. NAZARIVS *Paneg. Conſtantino cap.* XVI. Ex SVLPITIO ALEXANDRO *Gregorius Turonenſis lib.* II. *cap.* IX. AMMIANVS *lib.* XXXI. *cap.* X. PROSPER AQVITANICVS *Chron. ſub Theodoſio.*

(p) GESTA *Francorum Regum cap.* IV. ROSICO *Chron. Franc. Lib.* I. *Chronicon Malleacenſe* MAXENTII *in Labbei Bibl. MS. Tom. II. pag.* 191. 192. His etiam omnibus *PHARAMVNDVS Marcomeris filius eſt.*

Digitized by Google

An. CCCCXX *Phara-mundi re-gis electio & acta.*

VII. Is fuit PHARAMVNDVS, Marcomeris filius, *Rex Crinitus*; in Francia trans Rhenum electus: licet nec de electionis certo loco, nec de ſede eius, ſatis conſtet. (*q*) Sub eo Franci, qui iam ante inferioris Germaniæ bonam partem occupauerant, & per omnem vagati Galliam Treuiros, ſedem Gallicani imperii, plus ſimplici vice expugnauerant, inſtiterunt conatibus, porroque Gallias tentarunt. Pharamundus uero nondum cis Rhenum regnum ſtabiliuit, ſed illud in Francia condere, & bonis legibus, quod aiunt, firmare ſatis habuit. (*r*)

VIII.

(q) PROSPER AQVITANICVS *ad An.* CCCCXX. IVO CARNOTENSIS *in Chronico. PHARAMVNDVS SVNNONIS FILIVS in Chronico breui in Cheſnio Tom. I. pag.* 797. Eius loco *THEODEMERES, RICHIMERIS FILIVS* memoratur a GREGORIO TVRONENSI *lib.* II. *cap.* IX. FREDEGARIO *Hiſt. Epit. cap.* IX.

(r) GREGORIVS TVRONENSIS *lib.* II. *cap.* IX. GESTA *Francorum Regum cap.* IV. *Chronicon Malleacenſe. Prologus Legis Salicæ.*

Digitized by Google

*Clodio Rex II.* An. CCCC-XXVII. CCCC XXVIII.

VIII. CLODIO, Pharamundi filius, in Patris locum vix ſucceſſerat, cum *Aetii* virtute ex Francorum manibus Cisrhenanæ prouinciæ reciperentur. (*s*) Mox, turbata Gothico, Burgundicoque, bello Gallia, occaſione vſus Clodio, non recepit modo prouincias inter Rhenum, Moſam, atque Moſellam; verum etiam Primæ Secundæque Belgicæ manus intulit, & præſertim Tornacum atque Cameracum, quo & ſedem ſuam transtulit, expugnauit. Tum in occupata prouincia per pagos & ciuitates principes Francici a Clodione conſtituti ſunt. (*t*) Rurſus quidem *Aetius* & *Ma-*

An. CCCC-XXX.

An. CCCC-XLV.

(s) *DIDIONEM* quendam interponit IVO CARNOTENSIS *in Chronico.* *CLODIONEM* Pharamundo ſurrogant GESTA *Francorum Regum cap. V.* ROSICO *Chron. lib.* I. AIMOINVS *lib.* I. *cap.* IV. V. PROSPER AQVITANICVS & CASSIODORVS *Chron. Felice & Tauro Coſſ.* Poſt Theodemerem Clodionem ponunt GREGORIVS TVRONENSIS *lib.* II. *cap.* IX. FREDEGARIVS *Hiſt. Epit. cap.* IX.

(t) GREGORIVS TVRONENSIS *loc. cit.* ROSICO *Chron. & ceteri auctores.*

Digitized by Google

*Maiorianus* Clodionem bello vicerunt; ſed vt prouincias non teneret modo, ſed & Sueſſonibus occupatis ad ſummam vsque prolataret. (*v*)

An. CCCC-XLVII.

*Merouæus Rex III* An. CCCC-XLVIII. An. CCCC-XLIX.

IX. MEROVÆVS, dubium an Clodionis, Cameraci fatis functi, filius, an adgnatus fuerit? (*x*) Francicam fortunam magis in Gallia firmauit. Primis eius annis Britannia a *SAXONIBVS*, HENGISTO & HORSO ducibus, occupata eſt. Socii ex-

(v) SIDONIVS APOLLINARIS *in Paneg. Maioriani.*

(x) *MEROVÆVS EX GENERE CLODIONIS.* GREGORIVS TVRONENSIS *lib.* II. *cap.* IX. GESTA *Regum Francorum cap.* V. IVO CARNOTENSIS *in Chronico.* AIMOINVS *lib.* I. *cap.* VI. Duos filios Clodionis memorat PRISCVS RHETOR *in Hiſtoria. MEROVÆVM CLODIONIS FILIVM* dicunt FREDEGARIVS *Hiſt. Epit. cap.* IX. MONACHVS *Engoliſmenſis in Vita Caroli M. apud Pithaeum.* MONACHVS *S. Burcardi prope Herbipolim in Vita S. Burcardi apud Surium* XIX. *Oct.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad An.* CCCC XLVIII. qui etiam annus probatur PROSPERO AQVIT. *in Chron.*

expeditionis omnes littorales Germani, *ANGLI*, *IVTÆ*, *FRISII*, fuere: præcipuo tamen nomine ob fœdus *SAXONES* adpellati: vnde & Britannia occupata per quam diu *TRANSMARINA SAXONIA* adpellata eſt. (*y*) Deinde *Attila* Rex Hunnorum, cum magna Germanorum manu in Galliam ingreſſus, ab Aetio, Francorum, Burgundionum, & Gothorum, virtute iuncta, victus, & Rhenum regredi coactus eſt. (*z*) Nouis autem his motibus callide vſus Merouæus regnum cis Rhenum ſuum vndique firmius reddidit. An. CCCC LI.

I X.

(y) PROSPER AQVIT. *ad Ann.* XIIX. *Theodoſii* II. BEDA *lib.* I. *cap.* XV. ETHELWERDVS *Chron. Angl. lib.* I. *ad An.* CCCC XLIX. Conf. PROCOPIVS *Bell. Goth. lib.* IV. *cap.* XX. PAVLVS WARNEFRIDVS *Longob. lib.* IV. *cap.* XXXIII. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad Ann.* CCCC XXXI. XXXIV. XXXVI. XXXIX.

(z) IORNANDES *de Rebus Geticis pag.* 115. IDACIVS *in Chronico.* GREGORIVS TVRON. *lib.* II. *cap.* VII.

Digitized by Google

An. CCCCLV X. Poſt *Valentiniani* demum cædem productum a Merouæo regnum per omnem Secundam Primamque Belgicam, in Lugdunenſem ad Sequanam, & ad Rhenum in Primam Germaniam. Volunt ipſam Luteтiam a Merouæo tum captam, caputque regni conſtitutam eſſe. (*a*) Cum Francis *SAXONES* Gallicani maris littora, & Armoricum tractum; & *ALEMANNI* Primæ Germaniæ partem, Maximamque Sequanorum, nunc inſederunt. (*b*) In ipſa Germania, quantum *FRANCIA* Rhenum ſuperare cœpit, tantum *SAXONIA* eius in locum ſucceſſit.

*Childericus Rex IV.* An. CCCCLVIII. CCCCLXII. XI. CHILDERICVS, Merouæi filius, cum ſe vitiis daret, datus eſt exilio. Mirum inde Francos *Ægidium*, Romanum ducem, quaſi per-

(a) SIDONIVS APOLLINARIS *Paneg. Maioriano.* RORICO *Geſta Franc. lib.* I.

(b) EVGIPPIVS *Vita S. Seuerini cap.* XIX. IORNANDES *de Rebus Get. pag.* 138. SIDONIVS APOLLINARIS *Paneg. Maioriano.* GREGORIVS TVRONENSIS *lib.* II. *cap.* XIX.

pertæderet eos conditi regni, diu ſequutos eſſe, eique rerum ſuarum ſummam permiſiſſe: ſeruatis tamen ſibi prouinciis, & ciuitatibus more patrio adminiſtratis. Non mirum vero, poſtquam inſolentius Ægidius ageret, facile per *VIDOMARVM*, amicum Childerici, Francis perſuaſum eſſe, vt expulſo Romano Childericum Regem, qui interea in Thuringia, apud *BISSINVM* Regem, egerat, reciperent. (*c*)

XII. Redux in regnum Childericus fortiter Ægidium debellauit, & regni fines egregie ampliauit. Niſi a Merouæo, ſaltem etiam nunc, Lutetia Pariſiorum expugnata eſt. Præterea *SAXONES* littorales, & *ALANI* a Childerico cœpere perdomari; & Primæ Germaniæ poſſeſſione vltra tentata, belli atrocis, quod Clodouæo imperante cum An. CCCC-LXIV.



(c) GREGORIVS TVRONENSIS *lib.* II. *cap.* XII. GESTA *Regum Francorum cap.* VI. VII. FREDEGARIVS *Hiſt. Epit. cap.*XI.XII. RORICO *Geſta Francorum lib.* I. AIMOINVS *lib.* I. *cap.* VII. VIII.

*ALEMANNIS* geſtum eſt, data eſt occaſio. (*d*) Childericus Tornaci obiit, in qua vrbe nupero ſeculo eius monumentum repertum eſt. (*e*)

An. CCCC-LXXXI.

## *CAPVT IV.*

## RES GERMANIÆ SVB CLODOVÆO ET AVSTRASIÆ REGIBVS.

I.

*Clodouæus Rex V.*

Hactenus *GERMANIA* viſa plena libera, & eius pars tantummodo *FRANCIA*. Iam verſo ordine, quæ pars fuerat, poſtquam ſeparari a toto cœpit, totius plurimas partes tentare cœpit; nec deſiuit, quam cum omnes vna, poſt longam licet moram, & ipſi inſigni Germaniæ commodo, quod exitus monſtrauit,

(d) GREGORIVS TVRONENSIS *lib.* II. *cap.* XIIX. XIX. GESTA *Francorum Regum cap.* VIII. FREDEGARIVS *Hiſt. Epit. cap.* XII. RORICO *Chron. lib.* I. *fin.* AIMOINVS *lib.* I. *cap.* VII.

(e) Monumentum repertum d. XXVII. Maii. cIↄIↄCLIII. Vid. IOH. IAC. CHIFFLETII *Anaſtaſis Childerici.*

Digitized by Google

ſtrauit, complecteretur, & comprehenderet. Initium rei factum a CLODOVÆO, fortiſſimo principe, primoque totius Galliæ domino, & feliciſſimo nouæ Franciæ autore. (*f*)

II. Primum is Galliam ad Ligerim vsque perdomuit, Romanosque reliqua excluſit poſſeſſione; vltimo horum præſide *Syagrio* victo & occiſo. (*g*) Inde ſtatim Rheno transmiſſo *THVRINGIS* bellum intulit, qui ſocias trans Rhenum ciuitates, credo *CATTOS*, *BRVCTEROSQVE*, adflixerant. Et hoc bellum feliciter confectum eſt, Thuringiæ

An. CCCC-LXXXVI.

An. CCCC-XCI.

*Thuringicum bellum.*



(f) *CLODOVÆVS CHILDERICI ET BASINÆ FILIVS*, cum elogio. GREGOR. TVRON. *lib.* II. *cap.* XII. GESTA *Regum Francorum cap.* VII. FREDEGARIVS *d. l.* AIMOINVS *lib.* I. *cap.* XII. RORICO *Chron. lib.* I. *fin.* HINCMARVS *Vita S. Remigii cap.* XXIX.

(g) GREGORIVS TVRON. *lib.* II. *cap.* XXVII. GESTA *Regum Francorum cap.* IX. XIV. FREDEGARIVS *Hiſt. Epit. cap.* XV. RORICO *Chron. lib.* II. *init.* IVO CARNOTENSIS *Chron. de Reg. Francorum.* AIMOINVS *lib.* I. *cap.* XII. XIV.

Digitized by Google

ringiæ tributum imperatum, primaque adeo Germanica gens armis in Cisrhenanæ Franciæ clientelam tracta. (*h*)

*Alemannicum bellum.*

III. Alemannicum bellum maioris fuit molis & periculi. Æmuli diu fuerant Francicæ potentiæ *ALEMANNI.* Germaniæ primæ dudum manus intulerant: iam & ſecundam Germaniam ſperarunt, & in *Vbios* cum exercitu progreſſi ſunt. Tum ad Tolbiacum acri prælio cum iis Clodouæus decertauit, & iam inclinata ſuorum acie, nuncupatis pie votis, rem reſtituit; victorque non proſequi deſiit victoriam trans ipſum Rhenum, donec omnem Alemanniam in ſtipendiariæ prouinciæ formam redegiſſet. (*i*) Tacti ruina &

An. CCCCXCVI.

(h) GREGORIVS TVRON. *d. loc.* GESTA *Francorum cap.* X. RORICO *lib.* II. AVCTOR *Vitæ S. Remigii.* SIGEBERTVS GEMBL. *ad Ann.* CCCCXCV.

(i) GREGORIVS TVRON. *lib.* II. *cap.* XXX. GESTA *Francorum cap.* XIV. XV. FREDEGARIVS *Hiſt. Epit. cap.* XXI. RORICO *Chron. lib.* II. *fin.* AIMOINVS *lib.* I. *cap.* XV. XVI. *Vita S. Vedaſti Atrebatenſis & S. Remigii*

Digitized by Google

& calamitate Alemannorum & *BOIOARII*, contermina gens, feruntur: aduerſarum rerum ex parte ſocii, cum in ſecundis rebus Alemannis contra Francos fauiſſent. (*k*) Et Alemannis autem, & Thuringis, & Boioariis, continendis noua in Alemannicum agrum a Francis colonia ducta eſt, quæ prouinciæ nouum *FRANCIÆ*, ſeu *FRANCONIÆ*, nomen intulit. (*l*) Hæc initia nominis arguunt eos erroris, qui ex Franconia ipſos Francos producere ſunt conati. *Franconiæ initia.*

IV. Poſt compreſſos Alemannos, ex voto Clodouæus Chriſto nomen cum ſuis dedit: quæ initia veri cultus



*Rhemenſis apud Cheſnium Tom.* I. *pag.* 523.526. Vid. THEODORICI *Regis Epiſtola ad Clodouæum apud* CASSIODORVM *Var. Lect. lib.* II. *Epiſt.* XLI.

(k) Leges a Theodorico latæ *BOIOARIORVM CLIENTELAM* indicant: dubium an *coactorum armis?* quod vult AVENTINVS *Ann. Boio. lib.* III. *cap.* I. vtrum *ſpontaneam?* quod magis probatur BRVNNERO *Part.* I. *lib.* IV. & ADLZREITERO *Parte* I. *lib.* VI. *cap.* VI.

(l) Statim inde a Clodouæi morte *IN ALEMANNORVM SOLO FRANCI* poſiti eſſe leguntur.

tus in Francis fuere. (*m*) Sunt inde, qui bella eius cum *GVNDOBALDO* & *ALARICO*, regibus Burgundionum & Gothorum, quaſi pro vera religione contra Arrianos geſta, laudant, victoriamque ex merito Clodouæi deprædicant. (*n*) Verum ambitio & prolatandi regni cupido, quam & expleuit, trans Ligerim & circa Rhodanum prouinciis occupatis, tam aperte ex illis rebus geſtis elucent, vt falſas laudes merito reprehenderis. In iis etiam habueris, ſi qui iniuſta eius aduerſus Francicos quosdam regulos arma excuſauerint. (*o*)

An. Iↄ. IↄVI.

An. IↄIX.

V.

(m) GREGORIVS TVRONENSIS *lib.* II. *cap.* XXXI. GESTA *Francorum cap.* XV. RORICO *Chron. lib.* II. *fin.* HINCMARVS *Vita Remigii cap.* XXXV. AIMOINVS *lib.* I. *cap.* XVI. IVO CARNOTENSIS *in Chron. de Regibus Franc.*

(n) GREGORIVS TVRON. *lib.* II. *cap.* XXXII. XXXVI. XXXVII. GESTA *Francorum cap.* XVI. XVII. FREDEGARIVS *Epit. Hiſt. cap.* XXII. XXIII. XXIV. XXV. RORICO *Chron. lib.* III. & IV. AIMOINVS *lib.* I. *cap.* XIX. XX. IVO CARNOTENSIS *loc. cit.*

(o) GREGORIVS TVRON. *lib.* II. *cap.*

Digitized by Google

V. Functo Clodouæo fatis quadripartita inſignis conditi regni diſtributio (*p*) facit, vt ad ſolam eam partem poſſimus reſpicere, cum qua iuncta erat noſtræ pars Germaniæ. AVSTRASIÆ regnum dictum eſt, quod primus THEODORICVS tenuit, & ex quo Germaniæ reliquæ libertati inſidiatus eſt. Præter terras inter Rhenum Moſamque, illud, Transrhenanæ priſcæque Franciæ exiguam ad fluminis ripam portionem, porro nouam ad Mœnum Franciam, Alemanniam, & ſtipendiarias prouincias, Thuringiam, atque Boioariam, complexum eſt. (*q*)

An. IↃXI. *Regnum Auſtraſiæ.*

*Theodoricus Rex I.*

I 5 Sola

XL. XLI. XLII. GESTA *Francorum cap.* XIIX FREDEGARIVS *Hiſt. Epit. cap.* XXVI. XXVII. XXVIII. RORICO *Chron. lib.* IV. *fin.* AIMOINVS *lib.* I. *cap.* XXIII.

(p) GREGORIVS TVR. *lib.* II. *cap.* XLIII. *lib.* III. *cap.* I. GESTA *Francorum cap.* XIX. FREDEGARIVS *Hiſt. Epit. cap.* XXIX. XXX. RORICO *Chron. lib.* IV. *fin.* AIMOINVS *lib.* I. *cap.* XXV. *lib.* II. *cap.* I. II. AGATHIAS *de Reb. Iuſtin. lib.* I.

(q) Ex legibus a Theodorico latis conſtat de eius regni complexione. Vid. GESTA

Digitized by Google

Sola SAXONIA, in quam nunc lubentes plurimæ Francicæ inter Rhenum & Viſurgim ciuitates, quæ nouum Francorum cultum auerſabantur, tranſiuere, plene fuit libera. Interiorum trans Albim populorum ſtatus ex ea ætate prorſus incertus eſt atque dubius.

An. IↃ XIII. VI. *THEODORICVS* primum Danicum bellum feliciter conficit, Belgicamque ſecundam ab hoſtibus *Thuringiæ excidium.* tutam reddit. (*r*) Inde, cum HERMENEFRIDO, *THVRINGORVM* An. IↃ XVI. rege, inita ſocietate, BALDERICVM eius fratrem proſternit. Mox An. IↃ XXI. pactis non ſtantem Hermenefridum ipſe adortus iterum ad Vnſtrutum vincit, & demum ad Tolbiacum euocatum necat: regno eius plane de-

*Dagoberti* I. *cap.* XXXII. *Appendix ad* GESTA *Francorum Regum.* AGATHIAS *Res Iuſtin. lib.* I. *Epiſtola* THEODEBERTI *ad Iuſtinianum apud Freberum Tom.* I. *Epiſt.* XIX.

(r) GREGORIVS TVRON. *lib.* III. *cap.* III. GESTA *Francorum Regum cap.* XIX. FREDEGARIVS *Hiſt. Epit. cap.* XXXI. AIMOINVS *lib.* II. *cap.* II.

Digitized by Google

deſtructo, & prouincia, niſi quod partem Saxonibus, belli adminiſtrati ſociis, tradidiſſe fertur, in ius Francicum accepta. (*s*)

VII. Præter bella, quibus Germaniæ magna pars deuicta eſt; non ſileri debent leges, quas *ALEMANNIS*, *BOIOARIIS*, atque *RIPVARIIS*, Theodoricus ſanxit. (*t*) Eius Filius THEODEBERTVS quietam non modo Germaniam habuit, ſed & auctam Gothicis trans Alpes clientelis, quas Theodeberto *VITIGES* rex remiſit, vt illum fauentem contra Græcos haberet. (*v*) Fauit tamen deinde Theodebertus Græcis: quos

*Leges Germanicæ.*

*Theodobertus Rex II.*

An. IↃXXXIV

An. IↃ XXXVIII.

(s) GREGORIVS TVRONENSIS *lib.* III. *cap.* IV. VII. VIII. GESTA *Francorum Regum cap.* XXII. FREDEGARIVS *Hiſt. Epit. cap.* XXXIII. AIMOINVS *lib.* II. *cap* IX. WITTICHINDVS *Ann. lib.* I. *Ex* EGINHARDO ADAMVS BREMENSIS *lib.* I. *cap.* IV. PROCOPIVS *Bell. Goth. lib.* I. VENANTIVS FORTVNATVS *Carm. de Thuringiæ excidio.*

(t) De auctore conſtat ex prologis legum.

(v) PROCOPIVS *Goth. lib.* I. & AGATHIAS *Iuſtin. lib.* I.

quos iterum vero deſtituit, & acre omnino contra eos bellum molitus
An. eſt, cum *Juſtinianus* ſe *Alemanni-*
IↃXLVII. *cum* & *Francicum* poſt Gothicam victoriam adpellare auſus eſſet. Sed generoſos fortiſſimi regis conatus mors anteuertit. (*x*)

*Theodobaldus Rex III.* VIII. Filius THEOBALDVS Italiæ turbarum fere otioſus ſpectator exſtitit. Deleuit autem in Germania *VARNORVM* gentem, a cuius
An. rege RATIGERO iniuria ſe affe-
IↃLIII. ctum credidit. (*y*) Qui fuerint hi Varni, vbique coluerint? nemo do-
*Clotarius* cet. Sine prole fatis functus CLO-
*Rex IV.* TARIVM patruum ſucceſſorem
An. habuit.
IↃLIV.

IX.

(*x*) PROCOPIVS *Bell. Goth. lib.* I. II. AGATHIAS *de Reb. Iuſtin. lib.* I. GREGORIVS TVRON. *lib.* III. *cap.* XXXII. GESTA *Regum Francorum cap.* XXVI. FREDEGARIVS *Hiſt. Epit. cap.* XLV. AIMOINVS *lib.* II. *cap.* XXI. XXIII.

(*y*) PROCOPIVS *Bell. Goth. lib.* III. IV. AGATHIAS *lib.* I. & II. CASSIODORVS *Var. lib.* III. *Epiſt.* III. Titulus legis Angliorum & Werinorum conſiderari meretur.

Digitized by Google

IX. Is primus liberam gentem *SAXONES* bello petiit, primumque ad Viſurgim vſque progreſſus grauiſſimo prælio ſuperauit, mox altero anno, cum perfidiæ nulla, quantumuis impenſe implorata, venia a Francis admitteretur, internecino fere prælio victus eſt: ſed rurſus reparatis viribus Saxones adortus cladem ſuam vltus eſt, & tributum quingentarum vaccarum, quas *Inferendales* adpellarunt, iis impoſuit. *THVRINGI* eodem bello miſere ſunt vaſtati, quod auxilio & ſocietate Saxonum ſuam ſe recuperaturos libertatem confiderant. (z)

*Saxonicum primum bellum.*

An. IↃLV. IↃLVI.

X. Clotario, fratribus nepotibusque ſine prole relicta mortuis, omnis rurſus Francia ceſſerat: quæ iterum vero quadrifariam poſt Clotarii

An. IↃLXI.

(z) MARIVS *in Chron. An. Baſilii* XIV. XV. *Appendix ad* MARCELLINI *Chron. iisdem annis.* GREGORIVS TVRON. *lib.* IV. *cap.* X. XIV. XVI. GESTA *Regum Francorum cap.* XXVII. FREDEGARIVS *Hiſt. Epit. cap.* LI. LII. AIMOINVS *lib.* II. *cap.* XXVII. XXVIII.

Digitized by Google

*Sigebertus Rex V.* tarii mortem diuiſa SIGEBERTVM, Auſtraſiæ regem, vidit. (*a*) Hic *Hunnorum* ingentes copias, quibus *Saxones Thuringique* ſe iunxerant, ad Albim feliciter cæcidit. (*b*)

An. IↃLXIV.

An. IↃLXVIII. Mox ad *LONGOBARDORVM* in Italiam expeditionem tota Germania arrecta ſtetit: multis interioribus Germaniæ gentibus, & præſertim Saxonibus, ad ſocietatem ab ALBOINO euocatis. Vſus occaſione Sigebertus, vt Saxoniam facilius frangeret, *SVEVOS* immiſit in relictas a *SAXONIBVS* regiones. (*c*) Mox

An. IↃLXX.

(a) MARIVS *Chron. An. Baſilii XX.* IVO CARNOTENSIS *in Chron.* GREGORIVS TVRON. *lib.* IV. *cap.* XXII. GESTA *Regum Francorum cap.* XXIX. FREDEGARIVS *Hiſt. Epit. cap.* LV. AIMOINVS *lib.* III. *cap.* I.

(b) GREGORIVS TVRON. *lib.* IV. *cap.* XXIII. GESTA *Regum Francorum cap.* XXX. FREDEGARIVS *Hiſt. Epit. cap.* LV. AIMOINVS *lib.* III. *cap.* VI.

(c) MARIVS AVENTICENSIS *Chron. An. Iuſtini III.* GREGORIVS TVRON. *lib.* IV. *cap.* XXXV. FREDEGARIVS *Hiſt. Epit. cap.* LXV. AIMOINVS *lib.* III. *cap.* X. PAVLVS DIACONVS *Longob. lib.* II. *cap.* V. VI. VII.

Digitized by Google

Mox iterum *Hunnos*, ipſi Auſtraſiæ imminentes, pactis delinitos, auertit: ſed *SAXONES* rebelles, Danicisque fretos auxiliis, binis expeditionibus egregie cohibet. Actum fuiſſet de Saxoniæ libertate, niſi ciuilia Francorum bella, quibus & glorioſus rex Sigebertus periit, animos viresque dediſſent libertatis amantiſſimæ genti. (*d*)

An. IↃLXXII. IↃLXXIII.

An. IↃLXXV.

XI. CHILDEBERTI, filii, initia reditus *Saxonum* ex Italia per Galliam in priſcas ſedes, cuius veniam Sigebertus pater indulſerat, illuſtrauit. Reduces *SAXONES* cum *SVEVIS* acerrime depugnarunt: ſed victi ſedes iis relinquere, & nouas occupare, coacti ſunt. (*e*) Præter bella

*Childebertus Rex VI.*

An. IↃLXXVII.

(d) GREGORIVS TVRON. *lib.* IV. *cap.* XXIX. XXXVII. XLIV. XLVI. FREDEGARIVS *Hiſt. Epit. cap.* LXI. LXVIII. LXXI. AIMOINVS *lib.* III. *cap.* VII. XI. PAVLVS DIACONVS *Longob. lib.* III. *cap* X.

(e) GREGORIVS TVRON. *lib.* V. *cap.* XV. FREDEGARIVS *Hiſt. Epit. cap.* LXXVI. AIMOINVS *lib.* III. *cap.* VII. PAVLVS DIACONVS *Long. lib.* III. *cap.* V. VI. VII.

Digitized by Google

bella cum patruis, & in Italia cum
An. *LONGOBARDIS*, adminiſtrata, re-
Ic XCV. liquos *VARNOS* Childebertus ex-
ſtinxit: & contra *Hunnos*, *Sclauosque*,
quorum nunc primum arma audita
An. ſunt, *TASSILONEM* Bauariæ Ducem
Iↄ XCVI. conſtituit. (*f*)

*Theodebertus Rex VII.*

XII. Eius filii THEODEBERTVS & THEODORICVS, hic Burgundiæ rex, ille Auſtraſiæ, communibus primum ſtudiis Clotarium patruum impugnant, deinde etiam Saxonicum bellum mouent, quod
An. pactis cito eſt compoſitum. (*g*) Inde
Iↄ C I. ventum ad diſcordias, & demum ad

(f) GREGORIVS TVRONENSIS *lib.* VI. *cap.* XLII. *lib.* IX. *cap.* XXV. XXIX. *lib.* X. *cap.* III. FREDEGARIVS *Hiſt. Epit. cap.* XLII. *Chronic. cap.* XV. AIMOINVS *lib.* III. *cap.* XXXVII. LXXX. LXXXIII. PAVLVS DIACONVS *Longob. lib.* III. *cap.* XVII. XXII. XXXI. *lib.* IV. *cap.* VII.

(g) GESTA *Regum Francorum cap.* XXXVII. FREDEGARIVS *Chron. cap.* XVI. XX. XXVI. AIMOINVS *lib.* III. *cap.* LXXXIV. LXXXV. LXXXVIII. LXXXIX. PAVLVS DIACONVS *lib.* IV. *cap.* XII. XVI. XXXII.

Digitized by Google

ad grauiſſima bella; quorum is fuit exitus, vt rueret Theodebertus, Theodoricus Auſtraſiæ regni potiretur, ceterum Saxones atque Thuringi, bellis fraternis commode vſi, res ſuas optime firmarent. (*h*) An. IↃCXII. *Theodoricus Rex VIII.*

XIII. Fraternis fatis non diu ſuperſtitem Theodoricum CLOTARIVS II, nouus totius Franciæ, ſolusque dominus, excepit. An. IↃCXIII. *Clotarius Rex IX.* Poſt aliquot annos, & externa quædam bella feliciter confecta, DAGOBERTO filio Auſtraſiæ rege creato, An. IↃCXXIII. *Dagobertus Rex X.* Saxonicum graue bellum cum hoc filio contra BERTHOALDVM ducem, tam fortiter, imo etiam tam crudeliter, adminiſtrauit, vt perdita fere omni iuuentute peritura videretur gentis libertas. (*i*) An. IↃCXXVII. Sed

K trans-

(h) *Appendix ad* MARII AVENTICENSIS *Chronicon.* GESTA *Regum Francorum cap. XXXVIII.* FREDEGARIVS *Chron. cap. XXVII. XXXVII. XXXVIII.* AIMOINVS *lib. III. cap. XCVI. XCVIII. Vita S. Faronis cap. XX.*

(i) *Appendix ad* MARII *Chronicon.* GESTA *Regum Francorum cap. XL. XLI.* FREDEGARIVS *Chron. cap. XLII.* AIMOINVS *lib. IV. cap. LXIIX. Vita*

Digitized by Google

translato Dagoberto poſt patris mortem ad totius Franciæ imperium, primum reſpirare, mox reſumere animos, Saxones; & deinde omnino Sclauorum graui in Auſtraſiam impreſſione territum Dagobertum ad remittenda tributa dolis adigere. (*k*)

An. IↃCXXVIII.

An. IↃCXXXVII.

*Sigebertus Rex XI.*

An. IↃCXXXVIII.

An. IↃCXLVII.

XIV. SIGEBERTVS, a patre Dagoberto Auſtraſiæ rex conſtitutus, per duces *SCLAVORVM* excurſiones vltus, *SAXONES* modo pactis continere ſatis habuit. (*l*) Poſtea a RADVLFO, Thuringorum rebelli duce, graui clade affectus, omnem propemodum ſuperiorum victoriarum fructum perdidit, & ſibi *THVRINGOS*, ſibique *SAXONES*, relinquere coactus eſt. (*m*) Quod po-

*S. Faronis cap. LXXI. LXXII. LXXVII.* GESTA *Dagoberti I. cap. XIV.*

(k) FREDEGARIVS *Chron. cap. XLVIII. LXVIII. LXXIV. LXXV.* AIMOINVS *lib. IV. cap. IX. XXIII. XXVI.*

(l) GESTA *Regum Francorum cap. XLII.* FREDEGARIVS *Chron. cap. LXXV. LXXVII. LXXXVII.* AIMOINVS *lib. IV. cap. XXVI.*

(m) FREDEGARIVS *Chron. cap. LXXVII. LXXXVII.*

poſiti a Transrhenanis gentibus obſequii exemplum *ALEMANNI* inde, & *BOIOARII*, non minus ſunt ſecuti; & imperia imbellium regum, qui iam Franciam, ſuppreſſo fere poſt Sigeberti mortem Auſtraſiæ regno, regnarunt, impune detrectarunt, donec armis per ſtrenuos quosdam Francorum duces ad ea redire cogerentur. (*n*) An. IↃCLVII.

## *CAPVT V.*

# GERMANIÆ RES SVB MAIORIBVS DOMVS.

I.

Franciæ regibus a maiorum virtute degenerantibus, ſumma rerum a populo credita vni alterique ducum, quibus a ſummo in aula miniſterio MAIORVM DOMVS compellatio obuenit. (*o*) Primum ſin- *Maiorum domus diuerſi ſtatus.*



(n) ERCHANBERTI *Fragmentum apud Cheſnium Tom. I. pag. 780. Fragmentum de Pipino apud Freberum Tom. I. pag.* 168.

(o) ERCHANBERTI Fragm. modo cit.

ſinguli *reges* legendi *maiorem ſuæ domus* poteſtatem habuerunt: mox ſibi *populus* poteſtatem ſumſit conſtituendi ſupremum hunc non aulæ modo magiſtrum, ſed iam etiam belli pacisque arbitrum: (*p*) extremum eo ventum eſt, ut *ipſi maiores domus* de ſua dignitate atque potentia ex arbitrio ſtatuerent, & re ipſa longe regibus antecellerent. (*q*)

*I. Pipinus Landenſis.* An. IↃC XL-VII.

II. Ex illuſtri domo, quæ Carolum Magnum dedit, PIPINVS LANDENSIS, CAROLOMANNI ducis filius, primus *CLOTARII* & *DAGOBERTI* aulam rexit. (*r*) Eo ex-

*Fragmentum Hiſtoricum ad An.* IↃCCLII. *apud Eundem pag.* 784. PAVLVS WARNEFRIDVS *Longob. lib. VI. cap. XVI.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad An.* IↃCLXII. *Annales* FVLDENSES *ad An.* IↃCC LI.

(p) FREDEGARIVS *Chron. cap. XCII.* GESTA *Regum Francorum cap. XLVIII.* ERCHANBERTI *fragmentum cit. Vita Pipini Ducis apud Cheſnium Tom. I. pag.* 594.

(q) FREDEGARIVS *Chron. cap. CX.*

(r) GESTA *Regum Francorum cap. XLI.* FREDEGARIVS *Chron. cap. LII.*

Digitized by Google

exſtincto GRIMOALDVS, Filius, *SIGEBERTI* aulæ, imo & regno, præfuit, & impetrauit, vt poſt illum CHILDEBERTVS Auſtraſiam regeret. Childebertus vero cum patre Grimoaldo continuo a *CLODOVÆO*, rem iniquiſſime ferente, bello petuntur, & trucidantur. (*s*) Tum poſt *CLODOVÆVM*, & *CLOTARIVM* filium, breui exſtinctos, regis *THEODORICI* aulam *EBROINVS* rexit; cuius tyrannidis adeo mox pertæſum eſt, vt demum deficerent Auſtraſiani a rege & Ebroino, & ſibi ipſis PIPINVM HERISTALLVM, *PIPINI LANDENSIS* ex filia *BEGGA*, & *ARNVLPHI* Metenſis ex filio *ANSEGISO*, nepotem, fortiſſimum virum, maiorem domus conſtituerent. (*t*)

*II. Grimoaldus.*

An. IↃCLVIII

An. IↃCLX. LXVI.

*III. Pipinus Heriſtallus.*

An. IↃCLXXIV.



GESTA *Dagoberti I. cap. XXII. XLVII. Vita Pipini Ducis apud Cheſnium Tom. I. pag.* 594.

(s) GESTA *Regum Francorum cap. XLIII. Vita Sigeberti Regis apud Cheſnium Tom. I. pag.* 593. *Fragmentum Hiſtoricum ad ann. IↃCLXXIV. apud Eundem pag.* 782.

(t) GESTA *Regum Francorum cap. XLV.*

III. Pipinus, poſt prælium cum *BERTHARIO*, Maiore domus Neuſtriæ, & *THEODORICO* rege, feliciter adminiſtratum, omnem Franciam ſuo imperio eſt complexus, nec vltra regibus niſi nominis honorem comamque reliquit. (*v*) Tum & Germaniam, fere iam derelictam, curans, & veteres clientelas, *ALEMANNOS, BOIOARIOSQVE*, ad obſequia reduxit; & RADBODVM, Friſiæ ducem, profligauit; & *SAXONES*, Friſiorum belli contra Francos ſocios, compeſcuit: ceterum ad id vnice intentus, vt verum cultum, qui tanto adhuc Germanis

An. IↃC-LXXX-VII.

An. IↃC-LXXX-VIII.

*XLVI. XLVII.* FREDEGARIVS *Chron. cap. XCII. XCVII. XCVIII. Fragmentum Hiſtor. Cheſnii pag.* 783. *Vita Pipini Ducis Eiuſdem pag.* 599. *Annales* FVLDENSES *ad Ann. IↃCC XIV. Annales* METENSES *ad An. IↃ LXXXVII.*

(v) GESTA *Regum Francorum cap. XLVIII* FREDEGARIVS *Chron. cap. C. Fragmentum Hiſtor. modo cit.* ERCHANBERTI *fragmentum.* INCERTI *fragmentum de Pipino Anſegiſi filio apud Freherum pag.* 169. 170. *Annales Francorum* METENSES *ad An. IↃC LXXXVII.*

manis erat odio, iis quam optime commendaret. (*x*)

IV. Paulo poſt obitum Pipini, occaſione cladis *BORVCTVARIORVM*, *SAXONES* ipſam Rheni ripam contingere, adeoque reliquias antiquioris trans inferiorem Rhenum Franciæ plene occupare, cœperant. (*y*) Hac elati fortuna functo fatis Pipino, cum Neuſtriis, & Radbodo Friſio, contra CAROLVM MARTELLVM, ex Alpaide Pipini filium, hæredemque imperii ab hoc ſcri-

*Boructuariorum fata.*

An. IↃCC VII.

An. IↃCCXIV IV.

*Carolus Martellus.*

K 4

(x) GESTA *Regum Francorum cap. XLIX.* FREDEGARIVS *Chron. cap. CII. Fragmentum Hiſtoricum.* ERCHANBERTI *Fragmentum. Vita Pipini Ducis pag.* 599. BEDA *lib. V. Hiſt. Angl. cap. XI.* PAVLVS DIACONVS *Longob. lib. VI. cap. XXXVII. Freberianum fragmentum de Pipino pag.* 168. 170. *Annales Francorum Breuiores & Auctiores* TILIANI *ad Ann. IↃCCIX. X. XI. XII. apud Cheſnium Tom. II. pag.* 6. *&* 11. *Annales* METENSES *ad An. IↃ LXXXVIII. XCII. XCVII. IↃCCIX. X. XII.*

(y) BEDA *lib. V. Hiſt. Angl. cap. XII.* MARCELLINVS *Vita Suiberti cap. XXII. ſequ. Annales* TILIANI *vtrique ad An. IↃCC XV.*

ſcriptum, conſpirarunt. (*z*) Sed defenſa & ſtrenue firmata, patria poteſtate, & *RADBODVS* a Carolo victus eſt, & *SAXONES* ſemel atque
An. IↃCCXIX. XXI. iterum compreſſi ſunt; & *ALEMANNI*, cum *SVEVIS*, & *BOIOARIIS*, qui a Plectrude nouerca ad rebellionem fuerant excitati, ſeuere vindicati ſunt. (*a*) Diſtento qui-

(z) GESTA *Regum Francorum cap. LI. LII. LIII.* FREDEGARIVS *Chron. cap. CIII. CV. CVI. CVII.* IVO CARNOTENSIS *Chron. de Regibus Francorum.* ERCHANBERTI *fragmentum. Fragmentum Hiſtoricum Cheſnii pag.* 783. *Fragmentum Annalium ad an. IↃCC XV. XVI. XVII. apud Freberum Tom. I. pag.* 86. *Annales* FVLDENSES *ad an. IↃCC XV. XVI. XIIX.* PAVLVS DIACONVS *Long. lib. VI cap. XLII. Annales* TILIANI *ad an. IↃCC XVI. XVII. Annales* METENSES *ad ann. IↃCC XV. XVI.*

(a) *Vita Pipini Ducis pag.* 599. FREDEGARIVS *cap.* CVIII. *Fragmentum Hiſtor. Cheſnii pag.* 784. *Fragmentum Annal. Freberianum & Annales* TILIANI *ad ann.* IↃCC XIIX. XX. *Annales* FVLDENSES *ad an.* IↃCC XXI. II. III. IVO CARNOTENSIS *de Regibus Francorum. Annales* METENSES *ad an.* IↃCC XIIX. XIX.

Digitized by Google

quidem diverſis bellis Carolo, & Friſii duce POPPONE rebellarunt, & Saxones bellum repetierunt, & Boioarii excuſſere iugum. Verum Carolus vbique victor, vbique felix, tam pacatam Franciam, Germaniamque obiens reliquit, quam turbatam poſt patris mortem acceperat. (*b*) An. IↃCCXXIX. IↃCCXXXVII.

V. PIPINVS & CAROLOMANNVS filii, ille Neuſtriam, hic Auſtraſiam, a patre accepere regendam. *SAXONES*, *BOIOARII*, *ALEMANNI*, ad ſpem victoriæ & libertatis continuo poſt obitum Caroli erecti, arma reſumſere: ſed pari fortuna a fratribus ac a patre deuicti ſunt. (*c*) Solus PIPINVS, *V. Pipinus.* An. IↃCCXLI. An. IↃCCXLII III. IV.



(b) FREDEGARIVS *Chron. cap.* C IX. *Fragmentum Annal. Freberianum & Annales* TILIANI *Breuiores ad ann.* IↃCCXXXIV. VIII. *Annales* FVLDENSES *ad ann.* IↃCC XXVIII. XXXVII. XL. *Annales* METENSES *ad ann.* IↃCC XXXIV. XXXVI. XXXVIII.

(c) *Vita Pipini Ducis loc. cit.* FREDEGARIVS *Chron. cap.* CX. *Appendix ad* GESTA *Francorum apud Cheſnium. Fragmentum Freberianum ad an.* IↃCC XLII.

An. IↃCC-XLVI. poſtquam *CAROLOMANNVS* ſacris ſtudiis ſe dederat, iterum quater cum *Saxonibus* depugnauit, & victæ An. IↃCC-XLVII. IX. LIII. LVII. genti tributa impoſuit; nec tamen libertatem Saxonicam, quod Carolo filio datum erat, frangere potuit. (*d*)

*Pipinus fit Rex Franciæ.* An. IↃCC LII. VI. Interea *PIPINVS*, per ſumma merita omnium Francorum fauorem conſequutus, ex Principe Rex Franciæ, vltimo *CHILDERICO* rege ad

*&* *cum Annalibus* TILIANIS *ad An.* IↃCC XLIII. IV. V. *Annales* ASTRONOMI *ad An.* IↃCC XLI. *& cum An.* LOISELIANIS *ad An.* IↃCC XLII. III. IV. *Annales* FVLDENSES *ad omnes hos annos. Annales* METENSES *ad An.* IↃCC XLII. III. IV. V. VI. *Annales* BERTINIANI *ad An.* IↃCCXLIII. IV.

(d) FREDEGARIVS *Chron. cap.* CX. *Appendix ad* GESTA *Francorum. Fragmentum Freberianum ad an.* IↃCCXLVI. XLIX. L. LII. LVIII. *Annales* ASTRONOMI *ad ann.* IↃCC XLVII. XLVIII. LIII. LVIII. *Annales* FVLDENSES *ad ann.* IↃCC XLVI. XLVIII. XLIX. LIII. LVIII. *Annales* TILIANI *ad ann.* IↃCC XLVI. LIII. LVIII. *Annales* LOISELIANI *ad ann.* IↃCCXLVII. XLVIII. LIII. LVIII. *Annales* BERTINIANI *ad h. a. Annales* METENSES *ad ann.* IↃCC XLVIII. XLIX. LIII. LVIII.

Digitized by Google

ad ſacros carceres damnato, ſuadente *Zacharia* Papa, ſolenniter inauguratus erat. (*e*) Ei deinceps præter omnem Occidentalem Franciam paruit *AVSTRIA*; & ex Transrhenanis populis, *ALEMANNI*, *BOIOARII*, *THVRINGI*, dudum perdomiti, & a Patre victi *FRISII*, quiete ſeruierunt. Soli *SAXONES* non niſi præſentibus armis, & ægre quidem, contineri ſoliti; nec *SCLAVI* huc vsque quam

*Germaniæ magna pars Pipino paret.*

(e) *Vita Pipini Ducis pag.* 599. *Appendix ad* GESTA *Francorum.* FREDEGARIVS *Chron. cap.* CX. *Fragmentum Hiſtor. Cheſnii ad ann.* IↃCCLII. *Fragmentum Freberianum ad ann.* IↃCCLI. *Annales* TILIANI *Breuiores ad ann.* IↃCCLII. *Annales* TILIANI *Auctiores, porro* LOISELIANI, *&* ASTRONOMI, *ad ann.* IↃCCXLIX. L. *Annales* FVLDENSES *ad ann.* IↃCCLI. LII. *Vita Caroli Magni apud Schilterum.* EGINHARDVS *Vita Caroli.* WILLIBALDVS *Vita S. Bonifacii.* EGILWARDVS *Vita* S. *Burcardi.* *Annales* BERTINIANI *ad ann.* IↃCCXLIX. L. *Annales* METENSES *ad ann.* IↃCCL. Nouæ Pipini coronationis meminere *Annales* LOISELIANI *&* ASTRONOMI *ad ann.* IↃCCLIV. *Annales* METENSES *&* BERTINIANI *ad h. a.*

quam Franciæ principum virtutem reueriti. (*f*)

*Carolus totam Germaniam vincit & exaltat.* An. IↃCC LXVIII.

VII. CAROLVS, Pipini filius, natus in Germania, ſaltem illuſtri Germanica ſtirpe prognatus, omnem demum Germaniam, quam tum longe lateque patuit, ſolus non regnauit modo, ſed & primus, magno Germanorum decore, ius regni ex *OCCIDENTALI FRANCIA* in noſtram *GERMANIAM*, quam vix Francia tum complecti & comprehendere cœperat, intulit: ita Germanicam libertatem, a maioribus noſtris per tot ſecula contra Romanos, & deinde contra Francos, fortiter defenſam, non tam tollens aut opprimens; quam, correcta licentia, bonis legibus & inſtitutis firmatam & ſtabilitam ad ſummum iuſti imperii faſtigium prouehens.

*CA-*

(f) *Continuatio Chron.* FREDEGARII *ad ann.* IↃCC LXVIII. *Fragmentum Hiſtoricum Cheſnii ad ann.* IↃCC XXXI. EGINHARDVS *in Vita Caroli Magni.*

Digitized by Google

## CAPVT VI.

# CIVILIS GERMANIÆ, PARTIM FRANCICÆ, PARTIM LIBERÆ, STATVS.

I.

Ipſa GERMANIA prorſus antiquis hac ætate perſtitit moribus: niſi quantum verus in Germaniam inductus cultus, & Francicum imperium, quod bona eius pars ſubiit, mutauerant: Nec valde autem ipſa nouæ in Galliis FRANCIÆ inſtituta a priſcis Germaniæ conſuetudinibus declinaſſe cernimus. *Priſci in Germania mores.*

II. SAXONIA, quæ proſtratam ſubinde ſuam libertatem ſemper adhuc extulit & ſeruauit, regii imperii adeo fuit impatiens, vt ne nomen quidem ferret, *Principes* habuit, *Satrapas* dixere auctores, qui per pagos vicosque ius reddidere. Bellis *dux* vnus & alter præfuit, qui ex virtute ſumtus cum pace priuatus agere cœpit. *Vrbes* nullas habuit, ſed *Saxonia &*

ſed *vicis* contenta viſa eſt. Opportuna tamen quædam loca munimentis quibusdam firmata habuit: vnde celebrium vrbium capta demum initia. (*g*)

*Friſiæ res publica.* III. *FRISIIS rex* fertur imperaſſe, eo dignus nomine, quod ſolus regnaret: licet nomen ægre Franci indulgerent, quod ſuæ maieſtati metuerent. Qui rex, idem & belli *dux* fuit: vnde tota res eorum publica militari more creditur fuiſſe inſtructa. (*h*) *Leges* habuiſſe & hos, & Saxones, multa ſuadent. In-

(g) *Principes.* BEDA *Hiſt. Angl. lib.* V. *cap.* XI. POETA *Saxo Ann. Car. lib.* I. *verſ.* 40. *ſequ.* *Annales* ASTRONOMI *ad an.* IↃCCLXXV. LXXVII. REGINO *Chron. ad ann.* IↃCCLXXV. WITTICHINDVS *Annal. lib.* I. Caſtra & vici. FREDEGARIVS *Chron. cap.* LXXXVII. *Annales* ASTRONOMI *ad ann.* IↃCCLXXII. V. VII. IX. *Annales* FVLDENSES *ad ann.* IↃCCXXIX. XLV. XLVIII.

(h) Reges Dicti BEDA *Hiſt. Angl. lib.* V. *cap.* XI. MARCELLINVS *Vita Suiberti cap.* XXX. PAVLVS DIACONVS *lib.* VI. *Longob. cap.* XXXVII. Duces. GESTA *Francorum cap.* LII. FREDEGARIVS *Chron. cap.* CII. V. VI. IX.

Digitized by Google

Incertum tamen, an, quas leges Friſiorum Saxonumque nomine inſcriptas habemus, Merouingicorum regum ætatem ferant. Certos *ſtatus* hominum ſeueris legibus Saxones definitos habuiſſe, nouimus: nec vereor valde, idem inſtitutum Friſiis tribuere. (*i*)

IV. *THVRINGIS* primum *rex* fuerat; ſatis amplæ poteſtatis & auctoritatis. Verum deſtructo Thuringico regno *dux* prouinciæ eſt impoſitus, qui non tam regeret, quam regio nomine adminiſtraret pro-

*Thuringorum nec non*

(i) Leges & ſtatus. POETA *Saxo lib.* IV. *Ann. verſ.* 110. *ad ann.* IↃCCCIII. *Ex* EGINHARDO ADAMVS BREMENSIS *Hiſt. Eccleſ. lib.* I. *cap.* IV. V. HIVCHBALDVS *in Vita B. Lebuini.* NITHARDVS *de Diſſenſ. filiorum Ludouici Pii lib.* IV. Caſtitas Saxonum egregia. BONIFACIVS *Epiſt. ad Æthelbaldum Regem Merciorum apud* MALMESBVRIENSEM *lib.* II. *cap.* LXIV. Homicidia more veteri parui æſtimata. *Lex* SAXONVM *Tit.* I. II. *Lex* FRISIONVM *Tit.* I. II. XV. XVI. XIX. XX. pecorum numero luebantur. *Lex* SAXONVM *Tit.* XIIX.

Digitized by Google

prouinciam (*k*) Idem fatum ſubiit *ALEMANNIA* & *BOIOARIA:* quæ *reges* habuerunt, antequam a Clodouæo vinceretur. (*l*) Poſtea dati ſunt prouinciis *duces*, qui præeſſent comitibus, regioque nomine procurarent bella atque ſtipendia. Id præcipui iure Boioariæ dux habuit, vt non niſi ex nobiliſſima Agilotſingica ſtirpe daretur. (*m*)

*Alemannorum & Boioariorum ſtatus.*

*Franconiæ ſtatus.*

V. Qui *FRANCI* trans Rhenum ducti nouam condiderant *Fran-*

(k) Reges. GREGORIVS TVRON. *Hiſt. Fr. lib.* II. *cap.* XII. *lib.* III. *cap.* IV. Dux clariſſimus *RADVLFVS.* FREDEGARIVS *Chron. cap.* LXXVII. Lex Angliorum & Werinorum, hoc eſt, Thuringorum, *BASINI* & *HERMENFRIDI* ætati propinqua.

(l) Reges. EVGIPPIVS *Vita S. Seuerini cap.* XIX. GREGORIVS TVRON. *lib.* II. *cap.* XXX. AIMOINVS *lib.* I. *cap.* XV. PAVLVS DIACONVS *Longob. lib.* III. *cap.* XXX.

(m) Duces. AIMOINVS *lib.* III. *cap.* LXXVII. *Appendix ad* GESTA *Francorum.* ERCHANBERTI *fragmentum. Annales* TILIANI *ad ann.* IↃCCIX. X. FREDEGARIVS *Chron. cap.* LII. CX. PAVLVS DIACONVS *Longob. lib.* IV. *cap.* XLI. *Lex* BOIOAR. *Tit.* II. *cap.* IX. XX.

Digitized by Google

*Franciam*, non minus *ducem* habuerunt, Francico more præſidentem belli pacisque negotiis. Videntur hi ex *Saliorum Francorum* ſtirpe fuiſſe oriundi, vnde & *nobiliſſimi Francorum* adpellati ſunt, & *Salica* vixerunt *lege;* vt *Ripuarii* Franci, qui præcipue in Auſtraſiæ regno fuerunt, *Ripuaria lege.* (*n*)

*Priuata instituta ex legibus huius ætatis patent.*

VI. De *priuatis* omnium horum Germaniæ populorum *moribus* & consuetudinibus, iam conſtat ex eorum legibus. Præter *Saxones* & *Friſios*, de quorum antiquioribus legibus parum conſtat; exſtant leges *Alemannorum*, *Boioariorum*, & *Thuringorum*, quas omnes Theodoricus rex ex cuiusque nationis probatis moribus iuſſit conſcribere, quasque emendarunt inde & perfecerunt Childebertus, Clotarius, & Dagobertus

L

(n) GESTA *B. Kiliani Scoti Theodorici Regis æqualis.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad ann.* IↃCXCVII. *Annales* ASTRONOMI *ad ann.* IↃCCLXXXV. OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* IV. *cap.* XXXII. *lib.* VI. *cap.* XV.

Digitized by Google

bertus, reges. Hæ docent & probant, niſi quos mores vera religio abolere iuſſit, ceteros priſcæ Germaniæ inſtituta plene referre. (*o*)

*Vrbes huius ætatis.* VII. *Alemannos, Boioariosque vrbes* coluiſſe, nemo dubitat, qui nouit, Rhætiam, Noricumque, prouincias vrbibus egregiis inſtructas, iis ceſſiſſe. Sic etiam *Auſtraſiæ* regnum copioſas munitasque vrbes cis Rhenum habuit. Trans Rhenum in *Franconia* & *Thuringia* rariores, ſed nonnullos tamen, vrbes hæc ætas monſtrat. *Francofurti* ad Mœnum, vt alias vrbes ſileam, initia huc certe referuntur. (*p*)

VIII.

(o) Prologus harum legum teſtis. Homicidiorum leuis pœna. *Lex* ALEMANNORVM *Tit.* XL. XLIX. LXXVI. *Lex* BOIOAR. *Tit.* III. *cap.* XIII. *Lex* THVRINGORVM *Tit.* I. IX. Pudicitiæ & Caſtitati publicæ conſultum. *Lex* ALEMANNORVM *Tit.* LVIII. *Lex* BOIOARIORVM *Tit.* VII. *cap.* III. IV. V. Status iidem, cetera.

(p) GREGORIVS TVRON. *lib.* II. *cap.* XL. *lib.* IV. *cap.* XVI. *lib.* X. *cap.* XIX. AIMOINVS *lib.* III. *cap.* I. PAVLVS DIACONVS *Longob. lib.* II. *cap.* XIII. SIGEBERTVS GEMBLA-

Digitized by Google

VIII. *JVRA* plerorumque Germaniæ populorum *PVBLICA* non ſingularia ſed cum Franciæ regno, cuius partes erant, plene tunc connexa, fuere. Iſtud in Galliis, vt cætera Germanorum, in Hiſpania, Luſitania, & Italia, *poteſtate vnius legis*, videbatur plene contineri: at tam egregiis inſtitutis temperatum erat, vt nihil populari libertati metuendum eſſet. *Rex* erat, ſed qui meminiſſe debebat, ſe libertatis vindicem conſtitutum eſſe, nec impune poſſe imperii leges violare. *Succeſſio* in patriam dignitatem filiis non negata erat. Sed id non iuri, ſed comi inter Francos, & veteres Germanos, obſeruantiæ, debuere. *Maieſtatis inſignia* nulla regibus negata erant; ſed iura pauca ad modum ſolis conceſſa. (q)

*Publica magnæ Germaniæ partis iura cum Francicis connexa.*

*Regni Francici forma.*

L 2 IX.

CENSIS *ad ann.* IↃCXCVII. *Annales* FVLDENSES *ad an.* IↃCCXLIV. XLVI. IↃCCCLXXVI. *Annales* TILIANI *Auctiores ad ann.* IↃCCXCIV. XCV. *Annales* LOISELIANI *ad ann.* IↃCCXCIII. IV. V.

(q) Regum Franciæ fere precarium imperium. GESTA *Regum* FRANCORVM

*Comitia.* IX. Exerceri autem *MAIESTATIS IVRA* in *COMITIIS* conſueuere. Hæc & *maiora* & *minora*, & *ordinaria*, & *extraordinaria*, fuere. Extra ordinem non conuentum, niſi rei publicæ neceſſitas poſtularet. Ordinaria Comitia Kalendis Martiis, ſæpe & Maiis, cogebantur. Ad maiora concilia omnes regni, cis & trans Rhenum, ordines conuenere; ad minora ſoli principes: vnde hæc *Senatus Francorum*, ſeu *Conuentus ma-*

*cap.* IV. V. X. XLV. FREDEGARIVS *Chron. cap.* XCII. XCV. XCVIII. CV. CX. *Contin. ad ann.* IↃCC LXVIII. GREGORIVS TVRON. *Hiſt. Franc. lib.* II. *cap.* XII. XXXI. XXXVII. *lib.* III. *cap.* XI. *lib.* IV. *cap.* XIV. præcipue *lib.* IX. *cap.* XXX. AIMOINVS *lib.* IV. *cap.* XII. Succeſſio ex comi obſeruantia. AIMOINVS *lib.* IV. *cap.* I. *Chronicon* REICHERSBERGENSE *ad ann.* IↃCCLII. ALBERTVS STADENSIS *Chron. ad ann.* IↃCCLIV. *CONSVETVDINEM OLITANAM* vocat CAROLVS CALVVS *Tit.* XXX. *cap.* I. Filii ſoli admiſſi. AGATHIAS *Hiſt. lib.* I. GREGORIVS TVRONENSIS *lib.* III. *cap.* XXIV. AVDOENVS *in Vita S. Eligii apud Cheſnium Tom. I. pag.* 633.

Digitized by Google

*maiorum natu Francorum*, dici conſueuere. (*r*)

X. Quippe *REGNI ORDINVM* haec fuit diſtinctio, vt alii *Maiores*, ſeu *Seniores*, alii *Minores*, ſeu *Iuniores*, vocarentur. In illos *Epiſcopi*, *Abbates*, *Duces*, *Comitesque*; in hos *Vicarii comites*, *Centenarii*, *Telonarii*, *Actionarii*, & *Nobiles priuati*, imputabantur. (*s*) De minoribus *Ordines Regni.*

L 3 re-

(r) GESTA *Dagoberti* I. *cap.* XL. FREDEGARIVS *Chron. Contin. ad ann.* IↃCCLXVI. *&* LXI. *Vita S. Remigii apud Cheſnium Tom.* I. *pag.* 525. *Synodus* VERNENSIS *ſub Pipino ann.* IↃCCLV. *Can.* IV. *Chronicon* MOISSACENSE *ad ann.* IↃCCLXXVII. XC. *Annales* FVLDENSES *ad ann.* IↃCCLI. IↃCCCLII. *Annales* ASTRONOMI *ad ann.* IↃCCLXXII. *Fragmentum Annal.* FREHERIANVM *ad ann.* IↃCCLXXIII. LXXV. HINCMARVS *Epiſtola ad Proceres Regni pro inſtitutione Carolomanni. cap.* XXIX. *ſequ. & Epiſtola ad Ludouicum Balbum. cap.* X. *apud Cheſnium Tom.* II. *pag.* 494. *&* 478. *Notitia de Monaſteriis apud Baluzium Tom. I. pag.* 589. *Capitul.* LVDOVICI PII *Aquisgran. ann.* IↃCCCXVI. *ibidem pag.* 560.

(s) GREGORIVS TVRON. *lib.* V. *cap.* XXXIII. XLVIII. *lib.* VI. *cap.* XXIV.

Digitized by Google

rebus, vt olim, principes conſultarunt, de maioribus omnes: ita tamen, vt ea quoque, quorum penes plebem arbitrium erat, apud principes, ſeu ſeniores, prætractata fuerint. Regis ordinumque conſenſio legem dedit: quæ in capita diuiſa *CAPITVLARIVM* venit nomine. (*t*)

*Ex Senioribus Duces;* XI. Ex *SENIORIBVS* primi *DVCES* integris præerant prouinciis, eas-

XXXII. XXXIII. FREDEGARIVS *Chron. cap.* LVI. LVIII. XLI. XLIV. HINCMARVS *Epiſt. pro Conſtitut. Carolomanni cap.* XXIX. *Epiſtola* CAROLI *ad Pipinum Filium apud Baluzium Tom.* I. *pag.* 461. ANSEGISVS *Coll. Capitul. Caroli & Ludouici lib.* II. *Tit.* XXVIII. *lib.* III. *Tit.* XI. *lib.* IV. *Append.* II. *Num.* XXV.

(t) FREDEGARIVS *Chron. cap.* LIV. LXXIV. *Appendix ad ann.* IↃCCLII. *Annales* BERTINIANI *ad ann.* IↃCCLXIV. *Annales* ASTRONOMI *ad an.* IↃCCLXXII. LXXXVIII. HINCMARVS *Epiſt. ad Ludou. B. cap.* X. *Epiſtola pro inſtitutione Carolomanni cap.* XXIX. XXXIV. *ſequ. Capitulare* CAROLI *ann.* IↃCCCIII. *cap.* XIX. LVDOVICI *ann.* IↃCCCXXIII. *cap.* XXIV. *apud Baluzium Tom.* I. *pag.* 394. & 640.

Digitized by Google

eaſque regio nomine procurabant: quales modo nobis Boioaria, Alemannia, Thuringia, Franconia, monſtrauit. (v) *COMITES*, paucis exceptis, ſuberant ducibus, & iuſtitiam curabant, vt duces omnia. Singulos autem pagos adminiſtrabat comes, & plerumque cum Epiſcopo in præcipua vrbe erat. Gradus comitum Merouingica ætas adhuc ignorauit. (x) Quod duces vero & comites non ſua, ſed regia, poteſtate præeſſent prouinciis pagisque, in officia hæc nulla filiis ſucceſſio, niſi ex regis indulgentia, *Comites;*

 &

(v) *RECTORES PROVINCIÆ* Romano more. GREGORIVS TVRON. *lib.* IV. *cap.* XXXVIII. *lib.* VI. *cap.* XI. *PATRICII* dicti. GREGORIVS TVRON. *lib.* IV *cap.* XXIV. XXXVI. Non definita ducum territoria. GREGORIVS *lib.* IV. *cap.* XIIX. XXVI. Male intellectus ASTRONOMVS *Annal. ad ann.* IↃCCXLVIII.

(x) FREDEGARIVS *Chron. cap.* LXXVIII. GREGORIVS TVRONENSIS *lib.* VI. *cap.* XXII. *Lex* RIPVARIA *cap.* LI. LIII. Varium munus Ducum & Comitum. GREGORIVS TVRON. *lib.* VI. *cap.* XIX. XXII. *Lex* RIPVARIA *Tit.* L.

Digitized by Google

& magnis parentum meritis, tribui conſueuit. (y)

*Miniſtri aulæ.* XII. Porro ex ſenioribus delecti præcipua *AVLÆ MINISTERIA* obierunt; quæ varia fuere atque multiplicia. *Maiorum domus* dignitas fuit præcipua: eaque demum ipſi regiæ nocuit maieſtati. *Ex Minoribus Miniſteriales Regum.* *MINORES* in aula dicti, qui minores res curarunt, & in regum fuere comitatu. Data autem regiis miniſtris ſalarii loco prædia: quod primum *Feudorum*, quæ vocant, inter Francos fuiſſe videtur genus. (z)

XIII.

(y) Temporarii aliquando Duces & Comites. GREGORIVS TVRON. *lib.* IV. *cap.* XXXIV. XXXVIII. *lib.* V. *cap.* XIV. XLVIII. *lib.* VII. *cap.* XXIII. *lib.* VIII. *cap.* XIIX. XIX. Succeſſere filii ex comi obſeruantia. HINCMARVS *Epiſt. pro Inſtitutione Carolomanni cap.* XXXVII. Potentiores facti regia dignitate collapſa. FREDEGARIVS *Chron. cap.* LXXVII. LXXXVII. ERCHANBERTI *fragmentum de Maioribus domus.*

(z) Miniſteria aulica. GREGORIVS TVRON. *lib.* IV. *cap.* XXVI. *lib.* V. *cap.* XLVIII. *lib.* VII. *cap.* XV. *lib.* IX. *cap.* XXX. AIMOINVS *lib.* II. *cap.* XX. *lib.* III. *cap* LXXII. *Lex* BOIOARIA *Tit.* II. *cap.* IV. *de minoribus.*

Digitized by Google

XIII. Præterea, vt populi more veteri, ſic nunc *PROVINCIÆ* in pagos, *PAGI* in centenas, *CENTENÆ* in *DECVRIAS*, diuidebantur. Centenas & decurias *Minores* adminiſtrabant; iidemque iudiciis comitum in vrbibus adſidebant. In centenis & decuriis iudices dicti *Centenarii*, *Decani*, *Vicarii*; in vrbibus adſeſſores iudiciorum *Sculteſii*, & *Scabini*, ſeu *Rachinburgii*. (a) *Prouinciarum diuiſio.*

XIV. *IVDICIORVM* vt olim, haud magnus ambitus. Id vnum obſeruatum, vt per teſtes res probaretur: inde ſtatim ex legibus ius redditum. *Delictis* quibusdam, pro ratione veri cultus ſuſcepti, grauiores *Iudicia.*

L 5 res

(a) Regionum diuiſiones & iudices. FREDEGARIVS *Chron. cap.* LXXXVII. *Lex* SALICA *Tit.* I. *Num.* V. *Tit.* XLVI. XLVIII. LII. LVI. LIX. LX. LXIII. *Decretio* CHILDEBERTI *Regis ad Leg. Sal. cap.* XI. *Lex* RIPVARIA *Tit.* LI. LV. LXXXIX. *Lex* ALEMANNORVM *Tit.* XI. XXV. XXXVI. *Lex* BOIOARIORVM *Tit.* II. *cap.* V. *Tit.* XI. *cap.* III. Conf. MALMESBVRIENSIS *lib.* II. *de Gente Angl. cap.* IV.

Digitized by Google

res pœnæ decretæ. Id ſeruatum diu ex antiquo, vt de grauioribus cauſis armis ex iudicis ſententia decertaretur. *Salarium* iudicum ex pœnis & donis. (*b*)

*Priuata Francorum inſtituta.*

XV. De *PRIVATIS FRANCORVM REBVS* idem *Silica* & *Ripuaria lex* teſtatur, quod docent ceteræ Germanicarum nationum ſanctiones; priſcos mores, victus, amictus commerciorum, negotiorum, inter Francos conſtantem fuiſſe regulam. (*c*) Et in *Saxonia* quidem, in *Friſia*, & in *Thuringiæ* partibus, omnia ſeruata ſunt, quæ vetus

(b) Actiones. *Lex* SALICA *Tit.* LI. LIX. LX. *Lex* ALEMANNORVM *Tit.* XLI. XLII. *Lex* BOIOAR. *Tit.* XVI. *Lex* RIPVAR. *Tit.* LX. *Lex* THVRING. *Tit.* XV. Cauſæ maieſtatis. AIMOINVS *lib.* III. *cap.* LXXVII. *IVDICIVM DEI.* GREGORIVS TVRON. *lib.* VII. *cap.* XIV. Salarium iudicum. *Lex* BOIOAR. *Tit.* II. *cap.* XVI. *Lex* RIPVAR. *Tit.* LXXXIX.

(c) *Lex* SALICA *Tit.* XXXV. XLV. LXXII. *Lex* RIPVARIA *Tit.* XXXVII. XLII. LVI.

vetus, & tenaciter defenſa, probauerat ſuperſtitio. In vtraque autem *FRANCIA*, & *ALEMANNIA*, & *BOIOARIA*, abrogati impii mores, & ſanctior vita imperata. Ita homicidiis promiſcuis modus demum poſitus; corpora cremandi conſuetudo abolita; & feri in bellis mores ſeuere coerciti. (*d*)

XVI. *Saxones Friſiique* vt antiquitus, ita *BELLA* geſſerunt, ut ferro flammiſque omnia, in quæ inuaſerant, miſcerent, victaque plerumque diis deuouerent. (*e*) *Franci* ita conſueuerant bella adminiſtrare, vt victos non valde pœniteret perditæ libertatis. *Duces*, vt olim *Bella Francorum.*

(d) *Decretio* CHILDEBERTI *Regis ad Legem Salicam. cap.* II. V. VII. VIII. XIV. XV. *Lex* ALEMANNORVM *Tit.* XXXVIII. XXXIX. L. *Lex* BOIOAR. *Tit.* VI, *cap.* I. II. *Tit.* XIIX. *Lex* RIPVARIA *Tit.* LIV.

(e) GREGORIVS TVRONENSIS *lib.* IV. *cap.* XVI. FREDEGARIVS *Chron. cap.* CVIII. CIX.

Digitized by Google

olim, a regibus præfecti copiis; niſi cum rex ipſe duceret exercitum. Nobiles ſuis ſumtibus bellarunt: id tamen ſeruatum, ne longe a finibus patriæ abducerentur, aut diu nimis abeſſe cogerentur. Qui caſtra vero aut arma deſeruiſſet, grauiſſimæ iſtum pœnæ præter æternam ignominiam manebant. *Arma* ex longo bellorum vſu ſatis multiplicata. Ipſa bellandi ratio nunc optime exculta. (*f*)

CA-

(f) Diſciplina militaris. *Lex* BOIOAR. *Tit.* II. *cap.* IV. V. ANSEGISVS *Capitul. lib.* III. *Tit.* LXXIV. LXXXIX. GREGORIVS TVRONENSIS *lib.* II. *cap.* XXXVI. Arma. AGATHIAS *Hiſt. lib.* II. GREGORIVS TVRON. *lib.* II. *cap.* XXVII. *Ignominioſa fuga. Lex* ALEMANNORVM *Tit.* XXVI. XCIII. *Lex* BOIOARIORVM *Tit.* II. *cap.* IV. ANSEGISVS *Capit. lib.* III. *Tit.* LXX. Vetita armorum exportatio. *Capit.* CAROLI *ad legem Salicam Tit.* III. *cap.* V. ANSEGISVS *Capit. lib.* III. *Tit.* LXXV.

Digitized by Google

## CAPVT VII.

# SACER GERMANIÆ, PARTIM FRANCICÆ, PARTIM LIBERÆ, STATVS.

I.

Pars Germaniæ ad Francicam traducta clientelam, iisdem publicis iuribus, quibus ipſa Francia, vſa eſt. Eadem pars, poſtquam auſpiciis Clodouæi ad verum cultum ipſi Franci acceſſerant, ſolertia Francorum non minus *VERÆ RELIGIONIS* luce, ſed ſenſim pedetentimque, inluminata eſt.

*Superior Germania cum Francia Chriſtiana fit.*

II. Fuerunt *Alemanni* & *Boioarii*, quorum in Rhætias atque Noricum impreſſio eum fructum tulit, vt barbaræ gentes veriorem cultum, qui dudum in illis regionibus floruerat, ſaperent: indeque, poſcentibus Francis victoribus, facilius illi locum darent. In *Thuringia*, licet victa, ſerius ſalubris doctrina audita eſt. *Franconia*, poſt veram in Fran-

Digitized by Google

Francia probatam religionem, eandem alacriter ſuſcepit. Eos nominare, quorum miniſterio ſingulis hiſce populis fere ſalutis via fuerit monſtrata, non vacat. (*g*)

*Epiſcopatus in ſup. Germania.* III. Ceterum, vti in Cisrhenana Francia, ſic in Germaniæ parte, ad Chriſti ſacra perduci cœpta, condi *EPISCOPATVS*, quos vocant, & erigi crebra *MONASTERIA* cœpere. Præcipui epiſcopatus tunc aut reſtaurati, aut conditi, HERBIPOLENSIS, EICHSTÆDENSIS, PASSAVIENSIS, FRISINGENSIS, LVVAVIENSIS, fuere; præter eos, quos Bonifacius ſera ætate inaugurauit.

(g) OROSIVS *lib.* VII. *cap.* XLI. AGATHIAS *Hiſt. lib.* I. MARCELLINVS *Vita S. Suiberti* WALAFRIDVS STRABVS *Vita S. Galli lib.* I. *cap.* IV. AVDOENVS *Vita S. Eligii apud Cheſnium Tom.* I. *pag.* 632. WILLIBALDVS *Vita S. Bonifacii. Fragmentum Hiſtor. Cheſnianum pag.* 783. FREDEGARIVS *Chron. cap.* CX. *Annales* FVLDENSES *ad ann.* IↃCCXVII. XIX. MARIANVS SCOTVS *Chron. ad ann.* IↃCCXIX.

Digitized by Google

uit. (*h*) Monaſteria ſeminaria quædam Germanicæ ſalutis fuere: vnde dimiſſi, regumque litteris muniti, ad feras nationes conceſſerunt, Deique veram docuerunt notitiam. (*i*)

IV. *EPISCOPI* & *ABBATES* Germaniæ, non ſecus, ac reliqui Franciæ, ad ſolennia comitia conuenere, & ſalutem patriæ curarunt. Domi ius ipſis erat, comitum ducumque obſeruare, acta. (*k*) De rebus

*Epiſcoporum Iura.*

(h) WILLIBALDVS *&* OTHLONVS *in Vita S. Bonifacii apud Caniſium Ant. Lect. Tom.* IV. ANNALES FVLDENSES, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, HERMANNVS CONTRACTVS & MARIANVS SCOTVS *ad ann.* IↃCC XLVI. CAROLOMANNI *Capitulare ann.* IↃCC XLII. *apud Baluzium Tom.* I. *pag.* 145.

(i) WALAFRIDVS STRABVS *Vita S. Galli lib.* I. *cap.* VI. *Vita S. Othmari. Annales* FVLDENSES *ad ann.* IↃCCXIX. XLIV. BONIFACII *Epiſtolæ ad Griponem & Pipinum, cum reſponſoriis Pipini & Caroli, apud Cheſnium Tom.* II. *pag.* 661.

(k) Abbates non in comitiis ſub Merouingis, quod principium *Legis* ALEMANNORVM probat. Admiſſi deinde;

Digitized by Google

rebus ſacris in conſilio, quod *SYNODVM* adpellant, conſultarunt. Sed nullum ius ſtatuendi erat, niſi Regi vota probarentur. Romano Pontifici primus Bonifacius Germaniæ epiſcopos addicere conatus eſt. Ante nulla eius, niſi alius ſancti epiſcopi, in Germania, aut cura, aut obſeruantia. (*l*) Nec diu poſtea Germaniæ imperatores ius ſacrorum ſibi e manibus extorqueri paſſi ſunt. (*m*)

V.

HINCMARO *teſte per inſtit. Carolomanni cap.* XXXV. THEGANVS *Vita Ludouici Pii cap.* VI. Cura iudiciorum ANSEGISVS *Capit. Caroli lib.* VII. *Tit.* CCXIV. CCCXLVIII. *Addit. Ludou.* III. *Tit.* LXV. CLOTARII *Conſtitutio ann.* IↃLX. *Num.* VI. *apud Baluzium Tom.* I. *pag.* 8.

(l) GREGORIVS *Turon. lib.* IV. *cap.* XV. XXV. *lib.* V. *cap.* XIX. *lib.* VIII. *cap.* XX. *Annales* ASTRONOMI *ad ann.* IↃCCXCIV. IↃCCCXIII. Inſtitutum ſuum non diſſimulat BONIFACIVS *Epiſtola* CV. & eius iuramentum, quo ſe Gregorio II. obligauit, habet BARONIVS *Annal. Eccl. ad ann.* IↃCCXXIII.

(m) *Vita Ludouici Pii ad an.* IↃCCCXXXIII.

V. Præterea, cum *LITTERARVM STVDIA* ſoli ea ætate *Clerici* tractarent, fuit inde, quod præcipua in aula & curia miniſteria clericorum eſſent. *Archicancellarii*, *Cancellarii*, *Notarii*, & quot alii? omnes fuerunt ex ſacerdotum adſciti collegiis. In monaſteriis *ſcholæ* erant: ſed quæ vix litterarum præbuerunt rudimenta. Ita omnibus *Laicis*, quos dixerunt, ſemotis a ſtudiis, ampliſſima honorum & opum ſeges manſit Clericos. (*n*) *Litterarum ſtudia ſolius cleri.*

VI. In *Epiſcopis* Germaniæ, præſertim Franciæ, non defuere ea ætate, qui bonis litteris ſatis tincti eſſent. *Minoris cleri* exigua ſtudia prædicantur; ſed maior veram Chriſti doctrinam feris nationibus *Eruditi Epiſcopi Germaniæ.*

M nun-

(n) GREGORIVS TVRON. *Hiſt. Franc. lib. V. cap. III. De Miraculis S. Martini. lib. IV. cap. XXVIII.* AIMOINVS *lib. IV. cap. XLI.* HINCMARVS *Epiſt. pro inſtitut. Carolomanni. cap. XVI.* Scholæ ANSEGISVS *Capit. lib. I. Tit. LXXII. lib. II. Tit. V. lib. V. Tit. XCV.*

Digitized by Google

*Linguarum in Germ. vſus.* nunciandi amor laudatur. (*o*) *LINGVA*, qua vti libuit in ſacris publiciſque rebus, *Latina* fuit. *Germanica* parum quidem exculta, ſed præcipua fuit; in ipſa aliquando Francia. Medium *Ruſtica Romana* tenuit, qua prouinciales homines vſi ſunt: & quæ demum in Gallia nouam Francicam linguam dedit. (*p*)

*Interior Germania gentiles errores adhuc tuetur.* VII. Altera Germaniæ, nec fere minor, pars, quam perdomare Francis non licuit, *Saxonia* inquam, *Friſiæ* vlterior pars, & *Sclauorum* in-

(o) GREGORIVS TVRONENSIS, FARO MELDENSIS, LEODEGARIVS AVGVSTODVNENSIS, GALLVS, BONIFACIVS, ceteri. *Vita S. Faronis cap. XI. Vita S. Leodegarii cap. I. apud Cheſnium Tom. I. pag. 567. & 601.* WALAFRIDVS STRABVS *Vita S. Galli lib. I. cap. VI.*

(p) *Synodus* TVRONENSIS *ann.* *IↃCCC XIII. cap. XVII. & Synodus* MOGVNTINA *II. Can. II. Homiliæ transferantur in Ruſticam Romanam, aut Theutiſcam linguam.* WALAFRIDVS STRABVS *Vita S. Galli. lib. I. cap. VI.* EGINHARDVS *Vita Caroli Magni.*

Digitized by Google

ingens regio; non deſtitit porro veteri ritu falſa placare numina, tantumque abhorrere a vera ſalute, quantum Franci ſtudebant eam optime commendare. (*q*) Omnis ergo *SVPERSTITIO VETVS*, quam alio loco vidimus, magnam Germaniæ portionem omni hac ætate tenuit.

VIII. Pipinus quidem, & Carolus filius, & Pipinus nepos, laudabili ſtudio ad id intenti fuere, vt victas quandoque nationes vera protinus ſalute impertirent. Plerique autem conatus, quos Franciæ principes egregie iuuerunt, & quos præcipue Gregorius II. Papa accendit, quantum pertinuit ad vlteriores Friſios & Saxones, fuerunt fere fru-

*Conatus Franciæ principum pro eius ſalute.*



(q) SIDONIVS APOLLINARIS *lib. VIII. Epiſt. VI.* BEDA *Hiſtor. Angl. lib. V. cap. XI.* MARCELLINVS *Vita Suiberti cap. XIX.* AVDOENVS *Vita S. Eligii.* ADAMVS BREMENSIS *ex* EGINHARDO *lib. I. Hiſt. Eccl. cap. IV. Additio Sapientum ad Legem Friſ. Tit. XII.*

Digitized by Google

fruſtra. (*r*) Seruatum itaque id Carolo Magno, qui omnem Germaniam non pacatam ſolum, & fortunatam, ſed, quod millies præſtitit, fere totam chriſtianam cerneret.

*LIBER*

(r) FREDEGARIVS *Chron. cap. CX. Vitæ SS. Suiberti, Willebrordi, Bonifacii, &c. Epiſtolæ ſelectiores* GREGORII II. *ad Carolum Mai. Domus, & populos quosdam Germaniæ Inferioris apud* SCHATENIVM *Hiſt. Weſtfal. lib. VI. pag.* 273. *Epiſtolæ ſelect.* BONIFACII *ad Gryponem, Pipinum apud Cheſnium Tom. II. pag.* 661.

Digitized by Google

# LIBER III.

# RES GERMANIÆ AB IMPERIO CAROLI MAGNI AD EIVS STIRPIS INTERITVM.

## CAPVT I.

## GERMANIÆ CAROLIDARVM ÆQVALIS DESCRIPTIO.

I.

Qui Merouingico ſtante imperio probabiles viſi ſunt *Germaniæ fines*, *certiores* iam Carolingis imperantibus per pacta conuenta magnam partem facta ſunt. Vbi hæc etiam deſiderantur, communis auctorum conſenſio expreſſarum pactionum vicem ſubiit. *Germaniæ certi fiunt fines ætate Carolingorum.*

II. *Ad occaſum* Auſtriæ totum regnum a Galliis auulſum & primis pactis Lothario conceſſum eſt. Mox

 ſecun-

ſecundis pactis pleraque eius pars, & tertiis, iterumque & iterum repetitis, totum illud regnum, Germaniæ noſtræ eſt adſertum. Tum MOSA, & in inferioribus partibus, vbi Moſa Vahali miſcetur, SCALDIS; in ſuperioribus ARARIS cum RHODANO, ſaltem VISA amnis, Germaniam finierunt. (*a*) Reſpectum haud dubie ad fines Auſtraſiæ regni, quod Germani ſemel Germaniæ iunctum noluere a Germania ſeparari.

III. *Ad auſtrum* ALPES Italiam Germaniamque nunc plane diſterminarunt. Stiriam Carinthiamque Ludouicus Pius auulſam Italiæ adiecit ſimul Germaniæ: quam acceſſionem redditam Germaniæ valde ſibi Germani gratulati eſſe leguntur. (*b*)

IV.

(a) REGINO *Chron. ad ann.* IↃCCCXLII. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad ann.* IↃCCCXLIV. *Appendix ad* AIMOINVM *cap. XXV. apud Freherum. Annales* BERTINIANI *ad ann.* IↃCCCXLIII. *&* IↃCCCLXXXII.

(b) EGINHARDVS *in Vita Caroli Magni.*

IV. *Ad orientem* VISTVLA ſeruauit finitoris inter Sarmatiam atque Germaniam conſtans nomen. Sclaui quidem ad Albim vſque pertigere: Sed, præter quod Carolus eos perdomuit, ſua in Germaniam impreſſione veteris ius limitis interturbare non potuerunt. Ad Danubium promotis limitibus LEITHA & MVRA amnes Hungariam a Boioaria diuiſerunt: trans Danubium MARVS, ſeu *Maharus*, fluuius, finiit Germaniam. (*c*)

V. *Contra Septentriones* OCEANVS & SVEVICVM MARE, quod *Balticum* dici cœpit, ambierunt Germaniam. In Cherſoneſo Caroli pactione EIDORA fluuius Daniæ limes datus eſt. (*d*)



*Annales* ASTRONOMI *ad ann.* IↃCCCXXVIII. *coll. cum* PAVLO ÆMILIO *in Rebus Ludouici P.* WITTICHINDVS *Annal. lib. I.*

(c) EGINHARDVS *Vita Caroli M.* OTTO FRISING. *de Geſtis Frid. I. lib. I. cap. XXXII.*

(d) *Annales* ASTRONOMI *ad ann.* IↃCCC VIII. XI. XXV. *Annales* FVLDENSES *ad ann.* IↃCCC XI. LXXIII.

Digitized by Google

VI. Qui iſtos inter fines populi Merouingica ætate coluerunt, non ceſſarunt Carolingis regnantibus ſuas ſeruare ſedes. Parum ergo ſuperiori populorum notitiæ iam adiici meretur.

*Pleræque prouinciæ iisdem nunc, quibus olim, finibus continentur.*

VII. ALEMANNIA, quæ & *SVEVIA*, iisdem iam finibus circumſcripta manſit. FRANCONIÆ tribuuntur *Rhenus*, *Danubiusque*, *Salaque*, & *Saxonia*, fines. THVRINGIA ponitur *inter Franconiam & Saxoniam*, vt ab hac Vnſtruto amne ſeparetur. (*e*)

*Saxoniæ regionum variæ adpellationes.*

VIII. SAXONIA a ſitu regionum varia nomina eſt adepta. Qui *a Rheni viciniis ad Albim* vsque coluerunt, in tria nomina ſunt diſtincti, vt citeriores WESTFALI, medii ANGARII, vlteriores OSTFALI, *OSTERLINGI*, *AVSTRELEVDI*, *AV-*

ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* IↃCCCX. ADAMVS BREMENSIS *lib. I. cap. XI. lib. IV. cap. XLVI.*

(e) EGINHARDVS *in Vita Caroli M.* *Annales* ASTRONOMI *ad ann.* *IↃCCXLVII. LXXXIV. LXXXVII.* GVNTHERVS *Ligur. lib. III. pag.* 323.

Digitized by Google

*AVSTRASII*, vocarentur. Variationes alias nominum non moramur. (*f*) *Trans Albim inferiorem* Saxones rurſus a plaga cœli NORDLVCDI, *NORDALBINGI*, & *TRANSALBIANI*, dicti ſunt. (*g*)

IX. Fines *SAXONIÆ TRANSALBINÆ* reperio *Eldam* amnem, qui in Albim, & *Penam*, qui in mare excurrit, deſignari: a ſeptentrionibus Normannos ſeu Danos diuiſit *Eldora* amnis. (*h*) *CISALBINA*



(f) POETA *Annal. Caroli ad ann. IɔCCLXXII. lib. I. verſ.* 25. *&* 45. *ſequ. Lex* SAXONVM *Vetus. Tit. VII. VIII. XIIX. Capitul.* CAROLI M. *Aquisgr. an. IɔCCXCVII. init. Annales* LOISELIANI *ad ann. IɔCCLXXV. Annales Aſtronomi ad ann. IɔCCLXXV. & cum* REGINONE *in Chron. lib. II. ad ann. IɔCCLXXXIV.*

(g) *Annales* ASTRONOMI *ad ann.* IɔCCXCVIII. XCIX IɔCCCIII. POETA *Annal. Car. lib.* III. *verſ.* 373. *Vita Caroli M apud Pithœum.* REGINO *ad an.* IɔCCLXXX. XCVIII. DITMARVS MERSEB. *Chron. lib.* II.

(h) *Tabula Verdenſis Epiſcopatus Carolinæ de ann.* IɔCCLXXXVI. ADAMVS BREMENSIS *lib.* I. *cap.* XI. *Annales* ASTRONOMI *ad ann.* IɔCCCIV.

*SAXONIA* habuit *Franconiam atque Thuringiam* ab auſtro; *Albim* ab ortu; *Oceanum* inter Albim & Viſurgim, & deinde *Friſiam* ab occaſu, & partim ab aquilone; *Rheni vicinias* plane ad occaſum. (*i*) FRISIÆ nomen Carolus non reliquit, niſi maritimis *a Viſurgi ad Scaldem* vsque regionibus. *Citerior* autem vocata, quæ ad Galliam pertigit; *vlterior* Saxoniam prætexens. (*k*)

*Nouus ſtatus Cisrhenanæ Germaniæ.* X. CISRHENANA FRANCIA, quondam AVSTRASIA præcipuo nomine dicta, a Lotharii regno, a quo comprehendebatur, deinde LOTHARINGIÆ accepit tulitque no-

(i) *Ex* EGINHARDO ADAMVS BREMENSIS *Hiſt. Eccl. lib.* I. *cap.* IV. POETA *Saxo Annal. lib.* I. *verſ.* 45. *ſequ. Annales* ASTRONOMI *ad ann.* IↃCC XCVII. REGINO *Chron. lib.* II. *ad Eund. ann.*

(k) EGINHARDVS *Vita Caroli M. & ex* EGINHARDI *perditis commentariis* ADAMVS BREMENSIS *lib.* I. *cap.* IV. Rurſus EGINHARDVS *de Translatione SS. Martyrum Marcellini & Petri lib.* IV. *cap.* XIX. *Annales* ASTRONOMI *ad an.* IↃCCC X. *Appendix ad* AIMOINVM *cap.* XXV. *in diuiſione regnorum Lotharii.*

Digitized by Google

nomen. Nec ignota vero manſit *RIBVARIORVM REGIONIS*, & *PROVINCIÆ RIPVARIÆ*, vetus adpellatio: vt anguſtiores tamen huius, quam Lotharingiæ, fuiſſe videantur limites. *RHENENSIS TERRA* proprie dicta, quæ prima pactione Ludouico Germanico ceſſit. (*l*)

XI. SCLAVORVM TERRA, quam Carolus primus vindicauit, ab occaſu *ad Albim & Salam*, ab ortu *ad Viſtulam*, ab auſtro *ad Danubium*, a ſeptentrionibus *ad Balticum mare*, hac ætate pertigit. Licet enim victi Sclaui, tenuere tamen tunc ſemel occupatas prouincias. Nomina eorum diſtincta quam plurima profert reliqua hiſtoria; pauca hiſtoria Caroli. Ex his nunc BOHOEMI Boiohemum, MAHARENSES Morauiam, SORABI inter Albim & Salam, WILCI littora maris LINI

*Sclauorum fines & variæ Ciuitates.*

&

(l) REGINO *Chron. ad ann.* IↃCCCXLII. SIGEBERTVS *ad ann.* IↃCCCXLIV. *Annales* FVLDENSES *ad Ann.* IↃCCCLXXX. *Appendix ad* AIMOINVM *cap.* XXV.

Digitized by Google

& SMELDINGI dextram Albis ripam, ABOTRITI ad inferiorem Albim, coluerunt. (*m*)

*Boioariæ incrementa.* XII. BOIOARIA, quos iam habuit fines verſus Alemanniam & Italiam, eos fere tenuit. Ab Hunnis *olim Aniſo* flumine diſtinctam fuiſſe oſten-

(m) *SCLAVONIA* regio. *Annales* TILIANI *Auctiores ad ann.* IↃCC XC. *Annales* LOISELIANI *ad ann.* IↃCC LXXXIX. *BOHOEMI.* *Annales* ASTRONOMI *&* *Annales* FVLDENSES *ad ann.* IↃCCC V. EGINHARDVS *de Vita Caroli.* POETA *Annal. lib.* IV. *verſ.* 164. *MAHARENSES.* *Annales* ASTRONOMI *ad ann.* IↃCCC XXII. REGINO *Chron. lib.* II. *ad ann.* IↃCCC XC. XCIV. *Annales* FVLDENSES *ad ann.* IↃCCC XCIII. *SORABI.* *Annales* ASTRONOMI *ad ann.* IↃCC LXXXII. *&* *cum Annal.* FVLDENSIBVS *ad ann.* IↃCCCVI. EGINHARDVS *in Vita Caroli.* POETA *Annal. lib.* II. *verſ.* 38. *WILCI.* *Annales* ASTRONOMI *ad ann.* IↃCC LXXXIX. EGINHARDVS *d. l.* POETA *lib.* II. *verſ.* 432. *LINI* & *SMELDINGI.* *Annales* ASTRONOMI *&* FVLDENSES *ad ann.* IↃCCCVIII. POETA *Annal. lib.* IV. *verſ.* 229. *ABOTRITI.* *Annales* ASTRONOMI *&* FVLDENSES *ad ann.* IↃCC XCVIII. *&* IↃCCCIV. POETA *Annal. lib.* III. *verſ.* 400.

oſtendimus: *iam* poſt Caroli victoriam reliqua *ad Leitham vsque & Muram* Boioariæ acceſſerunt. *Stiriam* etiam atque *Carinthiam* nunc ex Ludouici Pii arbitrio Boioariæ eſſe adiectam, notari debet. (*n*)

XIII. GERMANIÆ generale nomen cum Caroli ætate a ſcriptoribus rurſus frequentari incipit. FRANCIÆ ORIENTALIS & TEVTONICÆ adpellationes tunc maxime in vſu fuerunt, cum diuideretur vtraque, & ſingula conderentur regna. (*o*) De reliquo Ger-

*Generalia regionis nomina.*

(n) *Annales* ASTRONOMI *ad ann.* IↃCCLXXXVII. *& cum Annalibus* FVLDENSIBVS *ad an.* IↃCCXCI. REGINO *ad ann.* IↃCCCLXXVI. OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* VI.

(o) *GERMANIÆ* nomen vbique obuium. *FRANCIA ORIENTALIS, TEVTONICA.* TVRPINVS *Vita Caroli cap.* II. *Antiquitates* FVLDENSES *lib.* I. WITTICHINDVS *Annal. lib.* I. LIVTHPRANDVS *Hiſtor. lib.* II. *cap.* VII. OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* XI. Germani *THEVTISCI* & *THEODISCI*, & lingua *THEVTISCA.* WALAFRIDVS STRABVS *de Rebus Eccleſ. cap.* VII. *Lex* LONGOBARDICA *Tit.* XIV.

Germania, in prouincias modo enumeratas diuiſa, nullam ea ætate aliam diſtributionem ſubiit: niſi quod SAXONVM & FRANCORVM generali compellatione reliquas omnes nationes intelligi repereris. (*p*)

## CAPVT II.

# RES GERMANIÆ IMPERANTE CAROLO MAGNO.

I.

*Decora Germaniæ virtute Caroli parta.*

Libera fuit omnis Germania, donec Romanum rueret imperium. Francico regno ſtabilito pars Germaniæ perdidit auitam libertatem. Verum quod poſt duriora victoriarum tempora, pari iure cum reliqua Francia hæc pars gaudere in-

*Lex* XV. NITHARDVS *Hiſt. lib.* III. FRODOARDVS *Chron. ad ann.* IↃCCCCXLVIII.

(p) *Annales* ASTRONOMI *ad ann.* IↃCCCXIII. XVI. XIX. WITTICHINDVS *Ann. lib.* I.

inciperet, vere non tam perdidiſſe, quam cum Francica libertate ſuam coniunxiſſe, viſa eſt. Interim oportuit Franciam comiter obſeruare, & ſedem imperii in Francia conſtitutam venerari. *CAROLVS* victor Saxonum & Sclauorum plene demum Germaniam ſuo imperio complexus eſt. *Amantior* vero *Germaniæ quam Galliæ*, prorſus intulit in Germaniam regni & imperii perpetuo ſeruandam ſedem; Effecit adeo, vt, quæ pars, ſeparata olim a toto, totum rurſus occupauerat; vix eo occupato rurſus toti cederet, ſaltem ſemper deinceps, licet plane disiuncta, dignitate atque potentia concederet.

*Caroli natales & ingenium.* An. IↃCC-XLII.

II. CAROLVS, Pipini filius, illuſtrium Germanorum ſatu ortus, forſan & in Germania natus,(*q*) auguſta for-

(q) *GERMANICVM GENVS CAROLI* teſtatiſſimum. EGINHARDVS *de Vita Caroli.* Lis inanisſima de vera patria: cum Ingelhemi, Aquisgrani, Leodii, vtrum Caroloburgi in Boioaria, ſiue Caroloburgi in Franconia, natus ſit?

Digitized by Google

forma, decora & graui facie, animo gloriæ, & dominationis cupidiſſimo, nec ab amoribus alieno, iuſti, & æqui, & antiqui, retinenti: ceterum tantis in ſacram & publicam rem meritis fuit, vt MAGNI nomen plena conſenſione adhuc viuenti tribueretur. (*r*)

An. IↃCCLXVIII. IↃCCLXIX.

III. Poſt patris mortem cum *CAROLOMANNO* fratre vna regnare cœpit, & ſtatim ſolus Aquitanicum bellum cum Hunoldo, rebelli Duce, feli-

(r) Corporis habitus. EGINHARDVS *Vita Caroli pag.* 9. *apud Reuberum.* POETA *Annal. lib.*V. *verſ.* 331. MONACHVS SANGALLENSIS *lib.* I. *cap.* XIX. *Fabuloſus* TVRPINVS *de Geſtis Caroli M. cap.* XX. *&* *cum eo* SVFFRIDVS PRESBYTER *ad ann.* IↃCCCI. Mores egregii. EGINHARDVS *Vita Caroli paſſim.* THEGANVS *de Geſtis Ludouici Pii cap.* VII. *MAGNVS* dictus. EGINHARDVS *Vita Caroli pag.* 12. *Annales* ASTRONOMI *&* FVLDENSES *ad an.* IↃCCCI. *Charta* XLVII. *in* GOLDASTI *Antiquit. Alem. Tom.* II. *Part.* I. *pag.* 40. Se *MAGNVM* vocauit in *Placito de ann.* IↃCCCXII. *aduerſus Tingulfum apud Mabillonium lib.* VI. *Diplom. Rei. Num.* LXIII.

Digitized by Google

feliciter confecit. Inde primum, *Bellum* & deinde, poſt Carolomanni fratris *Aquitanicum.* obitum, totumque imperium occupatum, ſecundum procerum, præſertim Epiſcoporum conuentum An. IↃCCLXX. Wormatiæ egit, & de bello *SAXONIBVS*, qui modo infeſta contra IↃCCLXXI. *FRANCOS* arma ſumſerant, inferendo ſerio conſultauit. (*s*) IↃCCLXXII.

IV. A Conſilio continuo in *SAXONIAM* inuaſit, & victam præcipuo fano & munimento, quod Ereſburgum vocarunt, priuauit. (*t*) Inde data pace, Longobardicum bel- *BellumSaxonicum incipit. Exp. 1. Longobardicum bellum.*

N

(s) EGINHARDVS *Vita Caroli pag.* 3. 4. INCERTVS, MONACHVS EGOLISMENSIS, *Annales* ASTRONOMI, FREHERIANI, TILIANI, LOISELIANI, FVLDENSES, BERTINIANI, METENSES, & REGINO, *ad ann.* IↃCCLXVIII. LXIX. LXX. LXXI. LXXII. POETA *Saxo ad an.* IↃCCLXXI. LXXII.

(t) EGINHARDVS *loc. cit.* INCERTVS, MONACHVS EGOLISMENSIS, *in Vita Caroli cum* POETA *Saxone*, & *Annalibus* ASTRONOMI, TILIANIS, LOISELIANIS, FVLDENSIBVS, BERTINIANIS, METENSIBVS, *ad annum* IↃCCLXXII. REGINO *ad ann.* LXXII.

IↃCC-LXXIII. bellum tam fortiter geſſit, vt iam altero anno rueret celebre regnum, IↃCC-LXXIV. & *DESIDERIVM* regem, nuper ſocerum, nunc hoſtem cum uxore & liberis captiuum in Franciam abduceret. (*v*) IↃCC-LXXV. Redux rebelles Saxones, grauiſſimo bello, & diro ad Viſurgim prelio vltus eſt. (*x*) *Exp. 2. Italicum bellum.* Rurſus in Italiam, ad opprimendam *ROTGAVDI* ducis rebellionem, illatis armis, vicit. (*y*) IↃCC-LXXVI. Sed reuerſus trans Alpes reſumit Saxonicum bellum, quod interea recruduerat; & poſt Wor-

(v) EGINHARDVS *Vita Caroli pag.* 4. REGINO *&* *Annales omnes cum* INCERTI *&* EGOLISMENSIS MONACHI *Vita Caroli ad ann.* IↃCCLXXIII. LXXIV. ANASTASIVS *Vita Hadriani Papæ.* DIACONVS *Longob. lib.* VI. *cap.* LXI.

(x) INCERTVS *&* MONACHVS EGOLISMENSIS, POETA SAXO, REGINO, *Annales* ASTRONOMI, TILIANI *Breuiores*, LOISELIANI, FVLDENSES, *ad ann.* IↃCCLXXIV. LXXV. BERTINIANI, METENSES, *h. a.* TILIANI *Auctiores ad an.* LXXVI.

(y) EGINHARDVS *Vita Caroli pag.* 4. INCERTVS & MONACHVS EGOLISMENSIS & REGINO *cum Annalibus ad ann.* IↃCCLXXVI.

Digitized by Google

Wormatienſem conuentum tertia vice armis & terrore Saxones coegit ad obſequium: quæ Paderbornenſi conuentu firmauit, & ſtabilitis in Saxonia Epiſcopatibus, quos nuncupant, corroborauit. (z)

*Exp. 3.*

An. IↃCC-LXXVII.

V. Tum pacata Italia atque Germania, in qua etiam nuper THASSILO, Boioariæ dux, fidem Carolo iurauerat, (*a*) expeditionem in Hiſpaniam ſuſcepit, multaque egregie peregit, ſed dum redit in Franciam, in clauſtris montium magnam cladem paſſus eſt. (*b*) Circumuenti exer-

*Hiſpanicum bellum.*

An. IↃCC-LXXVIII.



(z) INCERTVS & MONACHVS EGOLISMENSIS, *Vita Caroli cum* REGINONE, *ad an.* IↃCCLXXVI. LXXVII. Concordant omnes *Annales*, & POETA *Saxo ad hos annos* Epiſcopales Parochias huic æuo tribuit ÆGILIS *in Vita B. Sturmionis apud Browerum.* De eccleſiis in Saxonia ædificatis loquitur *Chronicon* MASCIACENSE *ad an.* IↃCCLXXVI. LXXVII. *apud Labbeum Tom.* II. *pag.* 735.

(a) EGINHARDVS *Vita Caroli pag.* 6. *Annales* LOISELIANI *ad ann.* IↃCCLXXVIII.

(b) EGINHARDVS *Vita Caroli pag.* 5. INCERTVS, EGOLISMENSIS, REGINO, POETA, & *Annales* ASTRO-

exercitus fama, & WITTEKINDI conſilia, protinus Saxones concitarunt ad nouam rebellionem: quam
*Exp.Sax.4.* vero redux in Saxoniam Carolus
An. IↃCC-LXXIX. tanta vindicauit vi, vt ab omnibus ſtatim pax ſuppliciter rogaretur, & impetraretur: a qua nouo anno con-
An. IↃCC-LXXX. ſcripta Paderbornam Synodo impenſius id curaſſe fertur Carolus, vt quam nationem Francorum gladius nondum potuerat perdomare, Apoſtolorum, ſiue plurium Epiſcoporum, verbum tandem emendaret. (*c*)

VI.

NOMI, TILIANI *Breuiores*, FREHERIANI, LOISELIANI, FVLDENSES, *ad ann.* IↃCCLXXVIII. TILIANI *Auctiores ad an.* LXXIX. Fabulas habet TVRPINVS *Vita Caroli cap.* II. III. *ſequ.*

(c) INCERTVS, EGOLISMENSIS MONACHVS, REGINO, *Annales* ASTRONOMI, FREHERIANI, TILIANI *Breuiores*, LOISELIANI, FVLDENSES, METENSES, MOISSIACENSES, BERTINIANI, & POETA, *ad ann.* IↃCCLXXVIII. LXXIX. LXXX. *Annales* TILIANI *Auctiores ad an.* LXXIX. LXXX. LXXXI. De conditis epiſcopatibus præter Ægilem REMBERTVS

VI. Vix fluxerat annus, cum poſt Thaſſilonem iterum Wormatiæ receptum in fidem, (*d*) nouos, eosque concitante Wittekindo atrociſſimos, motus *SAXONIA* redderet: quos autem continuis armis, ingentibusque Saxonum, ad Alleram fluuium, ad Dethmoldiam, & rurſus ad Haſam amnem, cladibus, præterea flammis & ſuppliciis, tam fortiter compreſſit Carolus, vt demum *WESTFALIAM* debellaret, *WITTEKINDVM* & *ALBIONEM*, duces, in deditionem acciperet, nouaque Synodo Paderbornæ celebrata ſacra & profana omnia ordinaret. (*e*)

An. IↃCC-LXXXI.
*Exp.5.*
An. IↃCC-LXXXII.
An. IↃCC-LXXXIII.
An. IↃCC-LXXXV.



*Vita S. Anſgarii cap.* IX. *& Annales* MASCIAGENSES *ad ann.* IↃCCLXXX. *apud Labbeum.*

(d) INCERTVS, EGOLISMENSIS, REGINO, *& omnes Annales ad ann.* IↃCCLXXXI. præter TILIANOS *Auctiores ad ann.* IↃCCLXXXII.

(e) EGINHARDVS *Vita Caroli pag.* 5. INCERTVS, EGOLISMENSIS, REGINO, POETA, *& omnes Annales ad ann.* IↃCCLXXXII. III. IV. V. TILIANI *Auctiores ad ann.* IↃCCLXXXIII.

Digitized by Google

*Italicum bellum.*

An. IↃCC-LXXXVI.

An. IↃCC-LXXXVII.

*Thaſſilo exauctoratus.*

An. IↃCC-LXXXIX.

VII. Octo inde anni pacati memorantur, niſi quod Carolus *ARAGISVM*, Beneuentanum Ducem, in Italia domuit; (*f*) & *THASSILONEM* Boioariæ ducem, belli flamma in cinere exſtincta, Ingelhemi in Comitiis damnauit; (*g*) & Sclauicum bellum cum *Welatabis*, ſeu *Wilſis*, feliciter confecit: (*h*) & de-

IV. V. VI. CAROLI *Epiſtola ad Offam Merciorum Regem, apud Baluzium Tom.* I. *pag.* 194.

(f) EGINHARDVS *Vita Caroli pag.* 6. POETA SAXO, *Annales Aſtronomi*, TILIANI *Breuiores, ad ann.* IↃCCLXXXVI. INCERTVS, EGOLISMENSIS, REGINO, *Annales* LOISELIANI, METENSES, BERTINIANI, *&* FVLDENSES, *ad ann.* LXXXVII. TILIANI *Auctiores ad ann.* LXXXVIII.

(g) EGINHARDVS *Vita Caroli pag.* 6. INCERTVS, MONACHVS EGOLISMENSIS, REGINO, POETA, *Annales* ASTRONOMI, FREHERIANI, TILIANI *Breuiores*, LOISELIANI, MOISSIACENSES, METENSES, BERTINIANI, *ad ann.* IↃCCLXXXVII. LXXXVIII. *Annales* FVLDENSES *ad ann.* LXXXIIX. *Annales* TILIANI *Auctiores ad ann.* LXXXIIX. LXXXIX.

(h) EGINHARDVS *loc. cit.* INCERTVS, EGOLISMENSIS, REGINO, POETA

Digitized by Google

demum *Hunnos*, nuper Thaſſilone excitatos, profligauit, Germaniæque fines eo ex latere ampliſſime produxit. (*i*) *Sclauicum & Hunnicum bellum.*

An. IↃCCXCI. II.

VIII. Sed trahebatur adhuc Hunnicum bellum, & nouum Saracenicum, quod per duces adminiſtrauit, (*k*) & nouum Saxonicum bellum, flagrare cœpit, quod ipſe ſibi ſumſit. Weſtphalorum modo pars *Exp. 6.* Oſt-

An. IↃCC-XCIV.



*& Annales omnes ad an.* IↃCCLXXXIX. præter TILIANOS *Auctiores ad an.* XC.

(i) EGINHARDVS *loc. cit.* INCERTVS, MONACHVS EGOLISMENSIS, REGINO, POETA SAXO, *Annales* ASTRONOMI, LOISELIANI, *&* FVLDENSES, *cum* MOISSIACENSIBVS, METENSIBVS, BERTINIANIS, *ad ann.* IↃCCXCI. XCII. XCVI. *Annales* TILIANI *Breuiores ad ann.* XCI. XCIII. XCVI. *Annales* TILIANI *Auctiores ad ann.* XCII. XCIII. XCVII. MONACHVS SANGALLENSIS *de Reb. Bell. Caroli lib.* II. *cap.* II.

(k) INCERTVS, EGOLISMENSIS, POETA, REGINO, *Annales* ASTRONOMI, LOISELIANI, BERTINIANI, METENSES, FVLDENSES, *ad ann.* IↃCCXCVII. *Annales* TILIANI *Auctiores ad an.* XCVIII. MOISSIACENSES *ad ann.* XCVI.

Digitized by Google

Oſtfalis & Transalbianis Saxonibus rebellantibus conſenſerat: ea ſine clade in victoris gratiam recepta eſt. Reliquum cum Oſtfalis & Transalbianis, quos Dani & Sclaui iuuerunt, bellum per continuos quinque annos ipſe Carolus cum filio cognomine perſequutus eſt; nec deſtitit bellare, quam cum *OSTFALIAM*, æque ac *WESTFALIAM*, crederet debellatam plene eſſe. (*l*)

An. IↃCC-XCVIII.

*Carolus Romanus Imperator.* An. IↃCCC.

IX. Abhinc altero anno Romam profectus a *Leone* Papa, populoque Romano, ſolenniter ROMANVS IMPERATOR ſalutatur & inauguratur. Iam dudum *DOMINVS VRBIS*, & *ROMANORVM PATRICIVS*, quam dignitatem & armis

(l) EGINHARDVS *Vita Caroli pag.* 5. INCERTVS, EGOLISMENSIS, REGINO, POETA SAXO, *Annales* ASTRONOMI, TILIANI *Breuiores*, FVLDENSES, LOISELIANI, MOISSIACENSES, BERTINIANI, METENSES, *ad ann.* IↃCCXCIV. V. VI. VII. VIII. IX. *Annales* TILIANI *Auctiores ad ann.* IↃCCXCV. VI. VII. VIII. IX. IↃCCC.

armis & Romanorum deditioni debuit, præter auguſtum nomen, quod ſuo potuit iure ſuſcipere, nil accepit noui. Teſtatus vero & Papa & P. R. ſolenni adoratione, non tam ſe penes fuiſſe, vt crearent imperatorem; quam honoratam a Carolo Romam, quam alioquin ſine nomine potuerat Francica complecti dominatione, ſe nunc ſibi impenſe gratulari. (*m*) Cum titulo autem priſci Romani ius imperii in Carolum transferri potuiſſe, nemo facile ſibi perſuaſerit.



(m) EGINHARDVS *Vita Caroli pag.* 11. INCERTVS, MONACHVS EGOLISMENSIS, POETA SAXO, REGINO, *Annales* ASTRONOMI, LOISELIANI, FVLDENSES, BERTINIANI, METENSES, *ad an.* IↃCCC *&* IↃCCCI. TILIANI *Auctiores ad an.* IↃCCC I. II. MONACHVS SANGALLENSIS *de Eccleſ. Cura Caroli M. lib.* I. *cap.* XXVIII. *Chronicon* MOISSIACENSE *ad ann.* IↃCCCI. *ROMANORVM PATRICIVS DIV ANTE.* *Annales* ASTRONOMI *ſiue*, quod cupiunt, *Eginhardi*, *ad ann.* IↃCCCI. *Epiſtola* CAROLI *ad Offam loc. cit.*

X. Carolus redux in Germaniam, plene nunc *Hunnis* perdomitis, & *Saracenis* a Francia depulſis, vlti-
*Exp. 7.* mam *SAXONICO* bello manum
IↃCCCIII. admouit. *TRANSALBIANI* extremi compreſſi ſunt, & ad frangendam gentis peruicaciam mul-
*Saxonia plene debellatur.* ta eorum millia in alienas regiones perducta; regiones Abotritis datæ. (*n*)

IↃCCCIV. XI. De reliquo fertur Carolus Saltzæ *SAXONIAM* in *FRANCICAM CIVITATEM* plene recepiſſe: vt adeo victos perditæ libertatis, aut potius reſtrictæ licentiæ, parum pœnitere potuerit. (*o*) Interim decimas

(n) EGINHARDVS *Vita Caroli pag.* 5. INCERTVS, MONACHVS EGOLISMENSIS, REGINO. *Annales* ASTRONOMI, LOISELIANI, FVLDENSES, *ad ann.* IↃCCCII. IV. *Annales* BERTINIANI, *&* METENSES, *h. a.* MOISSIACENSES *ad ann.* IↃCCCIV. *Annales* TILIANI *Auctiores ad an.* IↃCCCV. POETA SAXO *ad ann.* IↃCCCIII. *Codex* VIENNENSIS *vetuſtiſſ. ad ann.* IↃCCXCIX. *apud Lambecium lib.* II. *Comment. Biblioth. Vindobon. cap.* V. *pag.* 380.

(o) EGINHARDVS *Vita Caroli pag.* 5. POETA SAXO *ad ann.* IↃCCCIII.

cimas Epiſcopis adſignauit, & pœnæ loco quædam onera impoſuit, quæ Ludouicus filius plane remiſit. (*p*) Ipſa regio, vt Boioaria, Thuringia, Alemannia, Franconia, a comitibus adminiſtrata eſt. Non enim conſultum duxit Carolus, vni vltra tam facilem rebellionis facere poteſtatem. (*q*)

XII. Quæ poſt deuictam Saxoniam bella per filios adminiſtrauit, omnia ad pacandam & exaltandam Germaniam profecerunt. Ita *LECHVM*, Bohœmorum ducem, Carolus filius proſtrauit, & Boiohœmum vindicauit. Idem ſemel atque iterum Albim transgreſſus Sclauos varios compreſſit, & ad Viſtulam vsque Germanicum imperium pro-

An. IↃCCCV.

*Sclavicum bellum.*

An. IↃCCCVI. VII. IↃCCC-VIII.

(p) POETA SAXO *ad ann.* IↃCCCIII. *verſ.* 104. ASTRONOMI *Vita Ludouici Pii, ad ann.* IↃCCCXIV.

(p) POETA SAXO *ad ann.* IↃCCCIII. *Codex* VIENNENSIS *apud Lambecium loc. cit. Annales* ASTRONOMI *ad ann.* IↃCCCXV. Regnum æque ac Ducatus Wittekindi ſunt in fabulis. Quo ſenſu Dux vocetur a Carolo in Epiſtola ad Offam: facile conſtat.

protulit. (r) Mox cum *GODEFRIDO*, Danorum rege, qui & Saxones, & Sclauos rebellantes ope & conſilio iuuerat, bellum varium adminiſtrauit: quod non niſi pactione cum *HEMMINGIO*, qui interea in Godefridi locum ſucceſſerat, compoſitum eſt. (s)

*Danici motus.* An. IↃCCCXI.

XIII. Extremi ætatis anni vacarunt propemodum ab armis: niſi quæ per duces in Gallia & Italia expedi-

(r) EGINHARDVS *Vita Caroli pag.* 7. INCERTVS, EGOLISMENSIS, REGINO, *Annales* ASTRONOMI, MOISSIACENSES, BERTINIANI, METENSES, LOISELIANI, FVLDENSES, *ad ann.* IↃCCCV. VI. VIII. POETA SAXO *ad ann.* IↃCCCV. VIII. *Annales* TILIANI *Auctiores ad ann.* IↃCCCVI. VII.

(s) EGINHARDVS *Vita Caroli pag.* 7. 8. MONACHVS SANGALLENSIS *de Reb. Bell. Caroli lib.* II. *cap.* XVII. XXI. XXII. INCERTVS, EGOLISMENSIS, *Annales* ASTRONOMI, LOISELIANI, FVLDENSES, *ad ann.* IↃCCC VIII. IX. X. XI. XIII. REGINO *Chron. lib.* II. *ad annos eosdem. Annales* BERTINIANI *&* METENSES, *ad h. a. Chronicon* MOISSIACENSE, *ad ann.* IↃCCC VIII. X. XI. XIII.

Digitized by Google

pediuit. (*t*) Vidit autem adhuc viuens plurimos victoriarum fructus; pacatam quippe & fortunatam Germaniam, ſuæque maieſtatis ſummam vbique terrarum venerationem. Græcus imperator, *NICEPHORVS*, lubens Carolo nouum titulum gratulatus eſt. Perſæ, Mauri, Hunni, Angli, plurima munera miſere, & amicitiam expetiere. (*v*) *Maieſtas Caroli.*

XIV. Quantum potuit, conſtanter Carolus in Germania fuit: modo *Aquisgrani*, *Ingelhemi*, *Moguntiæ*, *Paderbornæ*, modo alibi Germanico comitatu ſemper fere vſus eſt: nec non *Sedes in Germania.*

(t) INCERTVS, EGOLISMENSIS, *Annales* ASTRONOMI, LOISELIANI, *&* FVLDENSES, *ad ann.* IↃCCCXII. XIII. *Annales* BERTINIANI, *&* METENSES, *ad h. a.*

(v) EGINHARDVS *Vita Caroli pag.* 7. 8. MONACHVS SANGALLENSIS *de Rebus Caroli lib.* II. *cap.* IX. XI. XIII. POETA SAXO *ad ann.* IↃCCCII. VII. XII. INCERTVS, EGOLISMENSIS, REGINO, *Annales* ASTRONOMI, LOISELIANI, FVLDENSES, *ad ann.* IↃCCCII. III. *Annales* BERTINIANI *&* METENSES, *ad h. a.*

Digitized by Google

non cultu auito, patriaque lingua. (*x*) Non mirum inde Ludouicum filium, eius imitatum exemplum, ſeruaſſe Germaniæ, quam intulit in eam pater, imperii ſedem. Romani vero imperii dignationem nec Germaniæ Carolus, nec alteri Franciæ, ſed ſuæ genti, domuique, acquiſiuit: vnde noua Romæ occupatione Ottoni opus erat, vt Germania ius quoddam acciperet.

*Cui acquiſita imperatoria dignitas?*

*Obitus & familia.* An. IↃCCCXIV.

XV. Obiit Aquisgrani Carolus, felix pacator Germaniæ, & imperii Germanici primus auctor atque conditor; poſtquam violenta febri dudum laboraſſet. (*y*) Filios, CA-

(x) EGINHARDVS *Vita Caroli pag.* 10. 11. *Annales omnes paſſim.* *LVDOVICI STVDIA GERMANORVM.* *Vita Ludouici Pii & Annales* ASTRONOMI, *ad ann.* IↃCCCXXIX.

(y) EGINHARDVS *Vita Caroli pag.* 12. POETA SAXO, INCERTVS, EGOLISMENSIS, *Annales* ASTRONOMI, BERTINIANI, *&* FVLDENSES, *ad ann.* IↃCCCXIV. TVRPINVS *de Geſtis Caroli cap.* XXXII. THEGANVS *de Geſtis Ludouici Pii cap.* VII. REGINO *Chron. lib.* II. *ad ann.* IↃCCCXIII. *An-*

Digitized by Google

*CAROLVM* & *PIPINVM*, ipſe morti vicinus triſtiſſimus mori vidit. *LVDOVICVS* filius plene in patris imperium, quod diuidere patri antea animus fuerat, ſucceſſit. (*z*) Coniuges fuere *BERTHA*, Itala, *HILDEGARDIS*, *FASTRADA*, & *LVITGARDIS*, Germanicæ illuſtres fœminæ. Vagorum amorum & nothorum non exiguus numerus. (*a*) De barba imperatoris lis eſt non prorſus vana: ſed oppido inutilis, quam de eius religione quidam mouerunt. (*b*)

CA-

*nales* MOISSIACENSES, *&* METENSES, *ad h. a.*

(z) EGINHARDVS *Vita Caroli pag.* 8. 9. *Annales* MOISSIACENSES, BERTINIANI, METENSES, ASTRONOMI, *ad ann.* IↃCCCX. XI.

(a) EGINHARDVS *Vita Caroli loc. cit.*

(b) *Vid.* CHIFFLETIVS *Anaſt. Childerici pag.* 34. MARQV. FREHERVS *de Statura Caroli M.* De Religione Caroli diſceptarunt NICOL. SCHATENIVS, CHRIST. NIFANIVS, & IOH. HENR. HEIDEGGERVS *diuerſarum partium Theologi.*

## *CAPVT III.*

# RES GERMANIÆ SVB LVDOVICO PIO.

I.

Turbatam Germaniam Carolus a Patre acceperat, & pacatam fortunatamque filio reddidit: qui, non quidem minori vſus pietate, ſed minore prudentia atque fortitudine, reddidit inquietam, & in nouas res auidam, quam tutam & tranquillam acceperat.

*Ludouici ingenium & natales.*

II. Fuit LVDOVICVS, *CAROLI MAGNI*, & *HILDEGARDIS*, filius (*c*) pius princeps, nec parum fortis; ſed per varium, inconſideratum, meticuloſum, humilem, animum, quem & dederat natura, & aluerat indigna principe educatio, impar prorſus magno imperii quod erat tractandum, oneri. Perdidit ita pro-

(c) ASTRONOMVS *Vita Ludouici Pii ad ann.* IↃCCLXXVIII. THEGANVS *Vita Ludou. cap.* I. II. III. ADELMVS *Annal. ad ann.* IↃCCLXXVII. *apud Freherum.*

Digitized by Google

propemodum PIVS (*d*) ſummam imperii maieſtatem, quam modo MAGNVS parauerat.

III. A Patre morti vicino ſucceſſor, & corona data imperator, declaratus, ſtatim ab eius obitu omnium Germaniæ ordinum conſenſu imperium adminiſtrare cœpit: (*e*) & primum *SAXONIAM* impoſitis a patre oneribus plane abſoluit: deinde per Saxones *Danorum* motus compreſſit, & Paderbornæ in ſolenni conuentu Sclauicas gentes in clientelam ſuſcepit. (*f*) *Primæ res geſtæ.* An. IↃCCCXIII. An. IↃCCCXIV. An. IↃCCCXV.

O IV.

(d) ASTRONOMVS *Vita Ludouici ad an.* IↃCCCXVII. THEGANVS *de Geſtis Lud. cap.* III. XIX. XX. LV. LVIII. *Epitaphium Ludouici Pii apud Cheſnium Tom.* II. *pag.* 320. *IAM CAROLVS INFELIX TVRBATVMQVE IMPERIVM POSTERIS OMINATVS.* MONACHVS SANGALLENSIS *de Reb. Bell. Caroli M. lib.* II. *cap.* XXII.

(e) THEGANVS *Vita Lud P. cap.* VI. VIII. IX. ASTRONOMVS *Vita ad ann.* IↃCCCXIV. Concordant *Annales* ASTRONOMI, *&* FVLDENSES, *cum* BERTINIANIS *&* MOISSIACENSIBVS.

(f) ASTRONOMVS *Vita Ludouici Pii ad annum* IↃCCCXIV. XV. *Annales*

Digitized by Google

*Sclauica bella.* IV. Qui eandem detrectarunt *Sorabi*, & rebelles *Abotriti*, ſemel poſtea & iterum compreſſi ſunt; & hactenus Germaniæ maieſtas plane vindicata. (*g*) Illa vero regnorum inter filios diuiſio, quam primam Aquisgrani Ludouicus fecit: (*h*) ſeuera deinceps pœna, qua *BERNARDVS*, Italiæ rex, nouas res molitus, ab eo affectus eſt: (*i*) maxime grauis Ger-

An. IↃCCC-XVI. IↃCCC-XVII.

*Semina diſſenſionum.*

*Prima regnorum diuiſio.*

An. IↃCCC-XVIII.

ASTRONOMI, BERTINIANI, *&* FVLDENSES concordant. THEGANVS *cap.* XIV.

(g) ASTRONOMVS, *cum Annalibus* ASTRONOMI, *&* FVLDENSIBVS, *ad ann.* IↃCCCXVI. XVII. XIX. *Annales* BERTINIANI *ad h. a.* THEGANVS *cap.* XV.

(h) *Vita Ludouici Pii, cum Annalibus* ASTRONOMI, BERTINIANIS, & FVLDENSIBVS, *ad ann.* IↃCCCXVII. NITHARDVS *de diſſenſionibus filior. Ludou. P. lib.* I. *init.* THEGANVS *de Geſtis Ludou. P. cap.* XXI. AGOBARDVS *Epiſt. flebili ad Ludouicum, apud Cheſnium Tom.* II. *pag.* 330. *Charta diuiſionis primæ apud Baluzium Tom.* I. *pag.* 573.

(i) *Vita Ludouici Pii, Annales* ASTRONOMI, BERTINIANI, FVLDENSES, *ad ann.* IↃCCCXVII. XVIII. XXII. THEGANVS *Vita Ludou. cap.* XII.

Digitized by Google

Germanici Cleri diffluentium mo- *Bernardi*
rum coercitio, quam Aquiſgranenſi *crudelior*
& Ingelhemenſi conuentu medita- *pœna.*
tus eſt: (*k*) turbarum mox natarum An.
primæ fuerunt occaſiones, & col- IↃCCC-
labaſcentis inde maieſtatis præcipuæ XIX.
cauſæ.

V. Multi iniquiſſime ferre inconſideratam crudelitatem Ludouici: quam cum Attiniaci publica pœnitentia expiaret, leuitatis incurrit notam. Sacerdotes ægre *Sacerdo-*
ferre reſtrictam bonis legibus licen- *tum licen-*
tiam, & ablatam poteſtatem con- *tia reſtri-*
ceſſis opibus laute magnificeque *cta.*
vtendi fruendi. Statim itaque hi res nouas cogitare, & captare occa-

 ſionem

XXII. XXIII. NITHARDVS *de Diſſenſ. fil. Ludou. P. lib.* I. *ad an.* IↃCCCXIIX. Concordat REGINO, *&* ADEMARVS, *Monachus S. Eparchii apud Labbeum Tom.* II. *Bibl. MS. ad h. a. Chronicon* MOISSIACENSE *ad ann.* IↃCCCXVII.

(k) *Vita Ludouici Pii, Annales* ASTRONOMI, *&* FVLDENSES, *ad ann.* IↃCCCXVII. XIX. *Annales* BERTINIANI *ad ann.* IↃCCCXIX. *Capitulare Aquisgranenſe ann.* IↃCCCXVII. *apud Baluzium Tom.* I. *pag.* 579.

Digitized by Google

ſionem diſſidia atque diſſenſiones faciendi. Ipſi Germaniæ comites adſpirare ad poteſtatem maiorem, diſcordiasque adeo non exiguo ſui bono non leuiter alere.

VI. Equidem primi adhuc anni ſatis quieti fuere. Aquisgrani in Comitiis facta regnorum diuiſio ab ordinibus cunctis iurata fide firmata eſt. (*l*) Duobus inde Francofurtenſibus comitiis ſaluti Germaniæ optime proſpectum. (*m*) *Sclaui* intra Germaniam, & in Gallia *Brittones*, bellis felicibus compreſſi ſunt. (*n*) Sed cum *CAROLVS*, ex *IV-*

An. IↃCCC-XXI.

An. IↃCCC-XXII. III.

An. IↃCCC-XXIV.

*Carolus filius natus.*

(l) ASTRONOMI *Vita Ludouici Pii cum Annalibus* EGINHARDI *&* FVLDENSIBVS *ad ann.* IↃCCC XXI. *Annales* BERTINIANI *ad h. a.*

(m) *Vita Ludouici cum Annalibus* ASTRONOMI, *ſiue* EGINHARDI, *ad ann.* IↃCCC XXII. XXIII. *Annales* BERTINIANI, *h. a.*

(n) ASTRONOMVS *in Vita, cum Annalibus* ASTRONOMI, BERTINIANIS *&* FVLDENSIBVS, *ad ann* IↃCCCXIX. XX. XXI. XXII. XXIII. XXIV. THEGANVS *de Geſtis Ludou. Pii cap.* XXV. XXVII. XXXI.

*IVDITHE* natus filius, cordi curæque patri cœpiſſet eſſe, nouamque is regni diuiſionem Wormatiæ facere inſtituiſſet, (*o*) protinus omnia in Germania & reliqua Francia turbari & miſceri. An. IↃCCC-XXIX.

VII. *PIPINVS* filius primus inſurgit patri, & nouercam carceri, patrem & filium Carolum liberæ cuſtodiæ, mancipat; mox *LOTHARIO* fratri vtrumque tradit, qui conatus ſacram vtrique ſuadere vitam, nihil effecit: ſed demum a Principibus Germaniæ, qui Neomagum conuenerant, imo ab ipſis fratribus, *PIPINO* & *LVDOVICO*, in aliam mentem adductis, reſtituere patrem dignitati, patri vxorem filiumque, coactus eſt. Poſt reſtitutionem clementer Ludouicus ignouit rebellibus: ſed nimia indulgentia rebellandi animum vltra accendit. (*p*)

*Prima ſeditio filiorum.*

An. IↃCCC-XXX.

O 3 VIII.

(o) THEGANVS *de Geſtis Ludou. Pii cap.* XXXV. NITHARDVS *de Diſſenſion. fil. Lud. lib.* I. *ad ann.* IↃCCCXXIX. *Comitia Wormatienſia. Annales* ASTRONOMI *&* FVLDENSES *ad h. a.*

(p) *Vita* LVDOVICI P. *cum Annalibus*

An. IↃCCC-XXXII. VIII. Nempe abhinc altero anno perſuaſerant quidam Epiſcopi filiis, iri propediem de vita ipſorum actum, cum pater nouercaque clam vlciſci ſuas iniurias decreuerint. *Noua & grauior ſeditio.* Dictis ſpecies addita ex nouo partiendi regna conſilio, quod proximi motus anteuerterant. (*q*) Monente ſimul *Gregorio* Papa concurrunt ad arma fratres, & Patrem, An. IↃCCC-XXXIII. prope Argentoratum cum exercitu occurrentem, dolis vincunt; ducunt captiuum; & interpoſita Papæ *Ludouici exauctoratio;* auctoritate, exauctorant: exauctoratum monaſterio tradunt. (*r*) Hac prima

ASTRONOMI, BERTINIANIS, *&* FVLDENSIBVS *ad ann.* IↃCCC XXX. XXXI. NITHARDVS *Hiſt. lib.* I. *ad h. a.* THEGANVS *de Geſtis Lud. P. cap.* XXXVI. XXXVII. AGOBARDVS *Apolog. pro filiis Lud. Pii Num.* II. VIII.

(q) *Vita Ludouici Pii, Annales* ASTRONOMI, BERTINIANI, *&* FVLDENSES *ad ann.* IↃCCC XXXII. NITHARDVS *Hiſt. lib.* I. *ad ann.* IↃCCC XXXIII. THEGANVS *de Geſtis Ludouici cap.* XXXIX. XL. XLI.

(r) *Vita Ludouici Pii,* NITHARDVS *Hiſtor. lib. I. Annales* ASTRONOMI, BERTINIANI, *&* FVLDENSES, *ad*

Digitized by Google

prima vice auſus Papa res Germaniæ arroganter turbare, dominoque inſultare ſuo.

IX. Verum, dum *LOTHARIVS* ſe pro imperatore egit, & ferocire clerus incipit, prudentiores principes, communicato cum *LVDOVICO* fratre conſilio, coegerunt Lotharium reſtituere patrem, cuius mite imperium mallent ſequi, quam ferox Lotharii ingenium. Et dum quidem Lotharius in Italiam ſe recepit, infenſus adhuc patri hoſtis. (*s*)

An. IↃCCCXXXIV. *& eius reſtitutio.*

X. Paulo deinde conſilio nouercæ plane cum filio Lothario Ludouicus redit in gratiam, & aliquot annos

*Quietius regimen.* An. IↃCCCXXXV.



*ann. IↃCCC XXXIII.* THEGANVS *de Geſtis Ludou. cap. XLII. XLIII. XLIV. XLV. Acta impiæ Exauctorationis Ludouici, & conqueſtio huius Imperatoris, apud Cheſnium Tom. II. pag.* 331. *&* 336. REGINO *ad ann. IↃCCC XXXVIII.*

(s) *Vita Ludouici*, NITHARDVS *Hiſt. lib. I. Annales* ASTRONOMI, BERTINIANI, *&* FVLDENSES, *ad ann. IↃCCC XXXIV. XXXV.* THEGANVS *cap. XLVI. vsque LIV.*

Digitized by Google

annos quiete imperat. (*t*) Wor-
An. matiæ Germaniæ comitum, qui ab-
IↃCCC- uſi erant officiis, cauſa diſceptata &
XXXVI. judicata. (*v*) Lotharii demum con-
ſiliis pater vſus, poſt Pipini mortem
*Vltima* rurſus partitur regna, & Ludouico
*Ludouici* filio parum proſpicit. Hic ira accen-
*F. ſeditio.* ſus exercitum contra patrem ducit,
An. ſed nulla re acta domum redit: (*x*)
IↃCCC- dum interea Ludouicus pater æger
XXXIX. decumbit, & obitu felici ex perpe-
An. IↃCCCXL tuis turbis, ipſe pacis amantiſſimus
princeps, eximitur. (*y*)

XI.

(t) ASTRONOMVS *Vita Ludouici Pii*, *Annales* EGINHARDI, *&* FVLDENSES, *ad ann.* IↃCCC XXXV. THEGANVS *cap. LIV. LV.*

(v) *Vita Ludouici ad ann.* IↃCCC XXXV. *Annales* ASTRONOMI *ad annum* IↃCCC XXXVI.

(x) *Vita Ludouici*, NITHARDVS, *&* *Annales* FVLDENSES, *ad ann.* IↃCCC XXXVIII. XXXIX. XL. *Annales* ASTRONOMI *ad ann.* IↃCCC XXXIX. XL. XLI. *Annales* BERTINIANI *ad ann.* IↃCCC XXXIX. XL. *Annales* METENSES *ad ann.* IↃCCC XXXVIII.

(y) ASTRONOMVS *Vita Ludouici*, NITHARDVS *Hiſtor. lib. I.* REGINO, ADEMARVS, *Monachus S. Eparchii*,

Digitized by Google

XI. Mirum Sclauos, Danoſque, ſpectantes Germaniæ turbas, maieſtatemque imperatoris toties protritam, ſe ab armis Germaniæ inferendis cohibuiſſe. Dum vero id dedit deus imperatoris pietati, dilatus modo eſt furor hoſtium non oppreſſus. Cæterum Germaniæ principibus per turbas haſce maiora conari licuit.

## *CAPVT IV.*

# RES REGVM GERMANIÆ, LVDOVICI GERMANICI, ET FILIORVM, CAROLOMANNI, ET LVDOVICI IVNIORIS.

I.

Ludouico exſtincto imperialis dignitas, gentilitium Carolidarum decus, *LOTHARIO*, filiorum *Partitio regnorum.*

O 5

*&* *Annales* FVLDENSES *cum* BERTINIANIS, *ad ann.* IↃCCCXL. *Annales* ASTRONOMI *ad ann.* IↃCCCXLII. *Annales* METENSES *ad annum* IↃCCCXXXIX.

Digitized by Google

rum natu maximo, ceſſit. Fratres duo *LVDOVICVS* in Orientali, *CAROLVS* in Occidentali, Francia, conſenſu ordinum regnarunt. (*z*) Sed impatiens ferre parem Lotharius ſolus paterna adfectauit regna: vnde diſſidia odiaque inter fratres grauiſſima, & demum triſtiſſimum bellum, quod Ludouicus & Carolus vna cum Lothario adminiſtrarunt. Ad Fontaniacum in Burgundia commisſis armis vltra C. M. vtrinque cecidere: & vicere fratres, non minore tamen ſui diſpendio. Ita Francorum virtus funeſto hoc prælio attenuata eſt, *vt non modo non amplificandos regni terminos*, quod Annales dicunt, *verum etiam nec ad proprios fines tuendos, in poſterum ſufficerent.* (*a*)

An. IↃCCC-XLI. *Ciuilia bella.*

II.

(z) NITHARDVS *Hiſt. lib. II. ad ann. IↃCCCXL. Annales* FVLDENSES *ad h. a.*

(a) NITHARDVS *Hiſtor. lib. II. ad ann. IↃCCCXL. XLI. XLII. Annales* FVLDENSES, BERTINIANI, METENSES, REGINO, ADEMARVS, HVGO FLAVINIACENSIS, *ad ann. IↃCCCXLI. Chronicon* MASCIACENSE, *&* SIGEBER-

II. Omnia inde adhuc tentauit Lotharius; Saxonibus priſca ſacra, Normannis amplas regiones, pollicitus, ſi iuuarent: ſed quam ſtolide, tam fruſtra & incaſſum omnia. Vicit fratrum concordia, & de pace primum in Confluentis caſtro tractatum, mox ea Viroduni ſancita eſt. Diuiſum eſt Francicum imperium trifariam: vt *mediam, inter Rhenum, Moſam, Scaldim, Rhodanum, & Vlſam, partem, cum Italia, & Imperatoris dignitate, teneret LOTHARIVS; Germaniam integram, & cis Rhenum aliquot pagos & ciuitates, LVDOVICVS, & Galliam CAROLVS*, haberet. Additæ conditiones: vt æterno iure regna diuiſa ſint, ſuisque ſingularibus iuribus quodlibet vtatur: vt dignitate pares fratres ſint, & ſingulorum regnorum ordines vniuerſis Franciæ iuribus ſeparatim gaudeant. (*b*) Sic pri-

An. IↃCCCXLIII. *Verdunenſia pacta.*

TVS GEMBLACENSIS, *ad ann. IↃCCCXLII. Fragmentum Hiſtoriæ Francicæ apud Cheſnium Tom. II. pag.* 401.

(b) NITHARDVS *Hiſt. lib. III. & lib. IV.*

Digitized by Google

primum a reliqua Francia ſeparata Germania, nunc ſemper altera præſtitit gloria atque dignitate; cum antea ſub Carolo & Ludouico fere totum Francicum imperium ſola complecti cœpiſſet.

*Imperii Romani conſideratio a noſtris rationibus aliena.*

III. Noſtra nunc eſt Germania, nec quicquam moramur imperium, ex tempore a Germania ſeparatum. Iuuat conſiderare, vt Ludouicus Germanicus, & cognominis filius; Germaniæ mediam partem, modo auulſam (*c*) reſtituerint & vindicauerint; vtque Germania ſuas res reliquas egerit.

*Sclauica Ludouici Germ. bella.*

IV. LVDOVICVS, fortis, & ambitioſus, ſed & prudens, atque benignus, princeps (*d*) nihil potius ha-

*cum Annalibus* FVLDENSIBVS, BERTINIANIS, METENSIBVS, *ad ann.* IↃCCCXLII. XLIII. REGINO *ad ann.* XLII. SIGEBERTVS *ad an.* XLIII. *Formula fœderis Ludouici & Caroli apud Cheſnium Tom. II. pag.* 381.

(c) REGINO *Chron. lib. II. ad ann.* IↃCCCXLII. *Germaniam vſque Rheni fluenta Ludouico ceſſiſſe* ait.

(d) REGINO *Chron. lib. II. ad ann.* IↃCCCLXXVI.

habuit aut antiquius poſt diuiſa regna, quam vt hoſtes Germaniæ, quorum furorem ciuilia Francorum bella concitauerant, comprimeret, Germaniamque tutam præſtaret. Ita primum *Abotritos*, qui rebellauerant, compreſſit, &, rege eorum *Gozzomuil* occiſo, ducibus prouinciam regendam tradidit. (*e*) Variis inde comitiis Salzæ, Paderbornæ, Moguntiæ, Germaniæ ſecuritati proſpexit, & prouincias ordinauit. *Bobœmos*, qui exuerant pacem, non minus fortiter domuit. (*f*) An. IↃCCC-XLIV. *Comitia frequentia.* An. IↃCCC-XLV. An. IↃCCC-XLVIII.

V. Paulo poſt *Sorabi* auſi Francorum fines vaſtare: quos adgreſſus fame *Sorabicum bellum.*

(e) Saxonica ſeditio compreſſa. *Annales* FVLDENSES *ad ann.* IↃCCCXLII. Normanni victi a Saxonibus. *Annales* FVLDENSES, BERTINIANI, *&* GESTA *Normannorum*, *ad ann.* IↃCCCXLV. Abotriti victi. *Annales* FVLDENSES *ad ann.* XLIV. SIGEBERTVS *ad ann.* XLV. *Annales* BERTINIANI *ad annum* XLIV. *Annales* METENSES, *ad h. a.*

(f) *Annales* FVLDENSES *ad ann.* IↃCCCXLII. XLV. XLVI. XLVIII. XLIX. *Annales* METENSES *ad ann.* IↃCCCXLV. XLVIII. XLIX. *Annales* BERTINIANI *ad ann.* IↃCCCXLVIII.

Digitized by Google

An. IↃCCCLI. fame magis quam ferro vicit. (*g*) Ita coortis turbis non parum compreſſis, maxima eius auctoritas in fratrum regnis eſſe cœpit. An. IↃCCC-LIII. IↃCCCLV Aquitani eius auxilia implorarunt contra Carolum regem. *Maieſtas Germaniæ* Cumque Lotharius imperator poneret imperium, & monachus factus obiret, regni principes Lothario filio non tradiderunt regnum, donec Francofurtum adductus ad Ludouicum ab hoc regnare iuberetur. (*h*)

*Varia bella & fœdera.* VI. Varia ſucceſſere bella, & cum nepotibus ex fratre Lothario fœdera. An. IↃCCC-LVI. Primum cladem a Sclauis paſſus eſt. Mox fortiter eam vltus, & *Bobœmos* profligauit, & ipſos *Dalmatas* ſubiugauit. (*i*) Altero anno, Ca-

(g) *Annales* FVLDENSES, *&* METENSES, *ad ann.* IↃCCCLI. *Annales* BERTINIANI *ad h. a.*

(h) *MAIESTAS LVDOVICI GERMANICI Annales* FVLDENSES *ad ann.* IↃCCCLII. LIII. LV. *Annales* BERTINIANI *ad ann.* LIII. LVI. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad ann.* LVIII. Iuſtitia regis. *Annales* FVLDENSES *ad ann.* LII.

(i) *Annales* FVLDENSES *&* BERTI-

Digitized by Google

Caroli fratris dolos & inſidias vin- IↃCCC-
dicaturus, bellum molitus eſt: ſed LVII.
mox intermiſit. Interim publicæ
pacis cauſa in Confluentis caſtro IↃCCC-
fœdus icit cum *LVDOVICO* impe- LVIII.
ratore, & *LOTHARIO* rege, nepo-
tibus: in quod, poſt biennium, &
ſopitas lites, ipſe etiam rex Carolus, IↃCCC-
frater, ſuſceptus eſt. (*k*) LX.

VII. Proximis annis vltus deus *Seditiones*
eſt iniurias a Ludouico quondam *filiorum*
patri illatas. *CAROLOMANNVS* *Ludou.*
filius ſemel, & poſt concordiæ re- *Germ.*
conciliationem ſtatim iterum, Lu- An.
douico rebellauit. Vix eo autem IↃCCC-
ad pacem reducto, & bello cum LXI. II.
*Raſtice*, Sclauorum duce, feliciter III.
profligato, alter etiam filius *LVDO-* An.
*VICVS* IↃCCC- LXIV.

NIANI *ad ann.* IↃCCCLV. LVI. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad annum* LIX. Normanni profligati in Saxonia. GESTA *Normannorum ad ann.* LVII.

(k) *Annales* FVLDENSES *ad ann.* IↃCCC LVIII. LX. *Annales* BERTINIANI *ad ann.* IↃCCC LVII. LIX. LX. *Fœderis formula apud Cheſnium Tom.* II. *pag.* 440.

*VICVS* patri inſurgit, &, fœdere cum ipſo Raſtice tentato, magna molitur: ſed & ipſe mox in gratiam rediit. (*l*)

An. IↃCCC-LXVI.

VIII. Non finis hic domeſticorum malorum, & diuinæ pœnæ. Equidem vno eodemque anno tria bella per Ludouici tres filios proſpere ſunt confecta. *Sorabi* a *LVDOVICO* victi ſunt: *Zuentibaldum CAROLOMANNVS*, & *Raſticem CAROLVS* perdomuit. (*m*) Statim inde, exſtincto Lothario rege, maior Lotharingiæ pars Flamershemenſibus pactis Ludouico ceſſit, & Caroli conatus fuerunt fruſtra. (*n*) Sed in-

*Proſpera bella.* An. IↃCCC-LXIX. *Flamersheimenſia pacta.* An. IↃCCC-LXX.

(l) *Annales* FVLDENSES, *&* BERTINIANI *ad an.* IↃCCCLXI. LXII. LXIII. LXIV. LXVI.

(m) *Annales* FVLDENSES *ad ann.* IↃCCCLXIX. LXX. *Annales* BERTINIANI, *ad h. a.* AIMOINVS *Continuatus cap.* XXIII. XXIV. XXVI.

(n) *Annales* FVLDENSES, BERTINIANI, METENSES, *&* REGINO, *ad ann.* IↃCCCLXIX. LXX. SIGEBERTVS *ad ann.* LXXI. *Continuatus* AIMOINVS *cap.* XXIV. XXV. *Formulæ fœderum apud Baluzium Tom.* II. *pag.* 221.

inter proſpera hæc noua filiorum Ludouici & Caroli rebellio patrem vehementer adflixit: quam tamen non niſi amica pactione ſopire conſultum duxit. (*o*) An. IↃCCC-LXXI.

IX. Reliquis annis præter bellum cum Maharenſibus & aliis Sclauis, quieuit fere ab armis Germania. (*p*) Ludouicus autem frequentibus comitiis, Forchhemi, vbi & regna ſua diuiſit; Francofurti, in villa Biſeſtat prope Wormatiam, Mediomatricis, Triburis, de regni rebus cum Germaniæ principibus ſedulo conſultauit. Cum etiam Græci imperatores Ludouicum imperatorem, quippe Italiæ modo regem, vehementer ſpernerent; id auctoritate & fama ſui potuit, vt a Baſilio ampliſſima legatione & muneribus mul-

An. IↃCCC-LXXII.

*Forchhemenſis regnorum partitio.*

*Maieſtas Germaniæ.*

P

(o) *Annales* FVLDENSES, *&* BERTINIANI *ad ann.* IↃCCCLXXI. LXXIII. SIGEBERTVS *ad an.* LXXIII. *Contin.* AIMOINVS *cap.* XXVI. XXVIII. XXX.

(p) *Annales* FVLDENSES, *&* BERTINIANI, *ad ann.* IↃCCCLXXI. LXXII. SIGEBERTVS *ad ann.* LXXI.

Digitized by Google

multis honoraretur, principeſque Francorum haberetur. (q)

X. Poſthæc obit *LVDOVICVS* imperator, Ludouici ex Lothario fratre nepos. Gentilitiam imperii Romani dignitatem noſter ſuo iure occupaturus præuenitur a *CAROLO* fratre, *CALVO* dicto: qui turpiter blanditus Papæ facile ab hoc, ad omnes ſtabiliendæ dominationis opportunos caſus intento, impetrat, vt Imperator & Auguſtus inauguraretur. Protinus *LVDOVICVS* exercitum rapuit in Galliam: filium *CAROLOMANNVM* in Italiam, vt eiiceret Carolum miſit. Hic vero dolis Caroli, ille precibus Gallorum, expugnatus; vterque infecta re redierunt in Germaniam. (r)

An. IↃCCC-LXXV.

*Ludouici acta contra Carolum vſurpatorem imperii.*

An. IↃCCC-LXXVI.

XI.

(q) *Annales* FVLDENSES, & BERTINIANI *ad ann.* IↃCCCLXXII. LXXIII. LXXV. AIMOINVS *Contin. cap.* XXX. XXXII. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad ann.* LXXII.

(r) *Annales* FVLDENSES, BERTINIANI, METENSES, *ad ann.* IↃCCCLXXV. LXXVI. REGINO *ad ann.* IↃCCCLXXV. SIGEBERTVS *ad ann.* LXXVI. AIMOINVS *Contin.*

Digitized by Google

*Obitus Ludouici II. Germ.*

XI. Interea, dum de pace tractatur, Ludouicus Germanicus Francofurti fatis fungitur. Tum in Lotharingiam totam, quæ nuper maximam partem Germaniæ acceſſerat, auidus Carolus, non pacem modo noluit, ſed & vltro filiis Ludouici arma intulit; ſed victus ab his prope Andernacum turpi fuga ſe rurſus in Italiam proripuit. (s)

*Carolus fugatur.*

*Fratres regna partiuntur.*

XII. Fratres Salfeldiæ patris regna, re cum ordinibus deliberata, ita partiti ſunt, vt *CAROLOMANNVS* haberet Boioariam, Pannoniam, Carinthiam, regnaque Sclauorum omnia; *LVDOVICVS* Orientalem Franciam, Thuringiam, Saxoniam, Friſiam, & Lotharingiæ Germanicam partem; *CAROLVS*



*cap.* XXXII. ACTA *Electionis apud Cheſnium Tom.* II. *pag.* 467. ACTA *Synodi Pontigonenſis apud Baluzium Tom.* II. *pag.* 245.

(s) *Annales* FVLDENSES, METENSES, BERTINIANI, *&* REGINO, *ad ann.* IↃCCCLXXVI. SIGEBERTVS, *ad ann.* IↃCCCLXXVII. AIMOINVS *Contin. cap.* XXXIV.

*Carolomanni expeditio in Italiam.* An. IↃCCCLXXVII.

Alemanniam & ex regno Lotharii aliquas Ciſrhenanas ciuitates. (*t*) CAROLOMANNVS inde ius ſuum perſequuturus iterum mouit in Italiam, & Carolum deturbat de poſſeſſione imperii: quod, dum fugit Carolus, & in fuga obit, ipſe occupat, & omni ex parte ſe pro domino Romæ Italiæque rege, licet diſputetur de imperatoris nomine vſurpato, agit. (*v*)

*Ludouici III. iun. proſpera acta.* An. IↃCCCLXXIX.

XIII. In Germania LVDOVICVS ſtrenue ſua adminiſtrat, & primus *Normannorum* in Friſiam impetum frangit. (*x*) Dum *LVDOVICVS BAL-*

(t) *Annales* FVLDENSES, METENSES, *cum* REGINONE *ad an.* IↃCCCLXXVI.

(v) *Annales* FVLDENSES, METENSES, BERTINIANI, *cum* REGINONE, *ad ann.* IↃCCCLXXVII. SIGEBERTVS *ad ann.* LXXVIII. AIMOINVS *Continuatus cap.* XXXV. *Diploma* CAROLOMANNI *S. Emerani Monaſterio conceſſum apud* HVNDIVM *Metropol. Salisburg. pag.* 227.

(x) Sclauica & Normannica bella. *Annales* FVLDENSES *ad ann.* IↃCCCLXXVII. LXXX. REGINO *ad ann.* LXXIX. *Annales* METENSES *ad h. a. Annales*

*BALBVS* in Gallia moritur, omnem Lotharingiam plene occupat, & interpoſitis pactis ſibi ſeruat. Tum reſtitutus verus Germaniæ limes, qui primum a condito Auſtraſiæ regno conſtitutus fuerat. (*y*) Poſtea reuerſus ex Italia Carolomannus, non legitima relicta prole, obit, & hæredem prouinciarum habet Ludouicum fratrem. (*z*)

*Tota Lotharingia Germaniæ cedit.*

An. IↃCCC-LXXX.

*Carolomanni &*

XIV. Rurſus iſte *Normannorum* infeſtis armis premitur, & ægre funeſtiſſimi belli initia ſuſtentat. (*a*) In-

IↃCCC-LXXXI. II.



BERTINIANI *ad an.* LXXX. GESTA *Normannorum ad h. a.* AIMOINVS *Contin. cap.* XL.

(y) *Annales* FVLDENSES, BERTINIANI, METENSES, & REGINO, *ad ann.* IↃCCC LXXIX. LXXX. AIMOINVS *Contin. cap.* XXXIX.

(z) *Annales* FVLDENSES *&* BERTINIANI, *ad ann.* IↃCCC LXXIX. LXXX. REGINO *ad an.* LXXX. *Annales* METENSES *ad h. a.* vbi & elogium Carolomanni.

(a) *Annales* FVLDENSES, METENSES, BERTINIANI, REGINO, *&* SIGEBERTVS, *ad ann.* IↃCCC LXXXI. LXXXII. GESTA *Normannorum ad ann.* LXXXI.

*Ludouici, fratrum, obitus.* Inter eaſdem vero orientes turbas, cum Carolus frater in Italiam conſentiente fratre mouiſſet, & ipſe Ludouicus, non relicto hærede regni, Francofurti ſupremum ſuum diem obiit. Qua morte ad vnum Carolum omnis Germaniæ redit imperium. (*b*)

### CAPVT V.

## RES GERMANIÆ IMPERANTIBVS CAROLO CRASSO ET ARNVLPHO.

I.

*Caroli Craſſi ingenium & fortuna.* CAROLVS, Ludouici filius, CRASSVS ex habitudine corporis dictus, princeps pius, fortisque fuit, ſed, vt auus, varii inconſtantisque animi, temporumque parum obſeruans. (*c*) Ob *Normannorum*

(b) *Annales* FVLDENSES, BERTINIANI, METENSES, REGINO, *ad ann.* IↃCCCLXXXII. AIMOINVS *Continuatus cap.* XL.

(c) GLOSSA *ad* ABBONEM *de Paris. Vrbis Bellis lib.* I. REGINO *ad ann.*

*norum* furorem ſumma vſus fortuna; per eundem male repreſſum maximas calamitates ſubiit.

II. Romam profectus, conſenſu fratrum imperium adeptus eſt. Altero anno redux in Germaniam, in qua *CAROLOMANNVS* & *LVDOVICVS* fratres obierant, comitia Wormatiam indixit, omnesque proceres Germaniæ, lætabundos hoc duce Normannos repreſſum iri, in fidem ibi recepit. (*d*) Mox pertæſum eſt electionis, cum ſtatim contra Normannos ducto exercitu, paucorum vſus conſilio, non pacem modo Normannis, prope victis, indulgeret Carolus; ſed &, turpiſſimo Germaniæ maieſtatis protritæ exemplo, tributa omnino hoſtibus penderet. (*e*)

*Fit imperator.*

An. IↃCCC-LXXXI. IↃCCC-LXXXII.

*Normannicum bellum peſſime adminiſtratum.*

P 4 III.

IↃCCC LXXXVIII. *Annales* METENSES *ad h. a.*

(d) *Annales* FVLDENSES, METENSES, LAMBECIANI, REGINO, *ad ann.* IↃCCC LXXXII.

(e) *Annales* FVLDENSES, LAMBECIANI, METENSES, REGINO, GESTA *Normannorum ad ann.* IↃCCC LXXXII.

IↃCCCC-LXXXIII. III. Dum interea Germaniæ principes ſua virture ſibi conſulunt, Carolus in Italia pari vecordia Saracenorum furorem accendit, & principum animos grauiter offendit. (*f*) IↃCCC-LXXXIV. Inde a Gallis, meliorem fortunam, ſi Carolo ſimul ſceptra detuliſſent, ſperantibus, auxilio contra Normannos, qui pari ferocia Gallias, qua Germaniam vaſtabant, vocatus; non ſtrenue modo nihil egit, ſed omnino Normannis, vecordiam principis ſpernentibus, ipſam Lutetiam obſidendi occaſionem dedit. (*g*) Sceptra vero a Gallis etiam noſtro Germaniæ regi oblata nos iterum docent, præcipuam omni hoc æuo Germaniæ præ reliqua Francia fuiſſe dignitatem.

*Fit Galliæ rex;*

*& pari vecordia agit.*

IV.

SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad ann.* LXXXII. LXXXIV. AIMOINVS *Continuatus cap.* XLI.

(f) *Annales* LAMBECIANI *&* FVLDENSES *ad ann.* LXXXIII.

(g) *Annales* LAMBECIANI, METENSES, REGINO, *ad an.* IↃCCCLXXXIV. *Annales* FVLDENSES *ad an.* LXXXV. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad h. a.*

Digitized by Google

IV. Germani, cernentes infirmitatem imperatoris, ex arbitrio ſuas res agunt; Normannorum regem *GODFRIDVM*, inſcio imperatore, ad colloquium euocatum, ruptæque fidei incuſatum, cædunt: ipſos deinde Normannos, vlturos regis cædem, fortiter profligant. (*h*) Tum verſus Normannorum furor in Gallias tantas ſtrages edit, vt contineri poſſe non crederetur, niſi integrarum prouinciarum iactura facta. Ceſſit igitur Carolus de omni regione vltra Sequanam: & quos armis vindicare & repellere decuerat, in regni ſociam poſſeſſionem admittit. (*i*)

An. IↃCCC-LXXXV. *Germani ſibi ipſis conſulunt.*

An. IↃCCC-LXXXVI.



(h) *Annales* FVLDENSES, METENSES, *&* LAMBECIANI, *cum* REGINONE *ad an.* IↃCCCLXXXV. SIGEBERTVS *ad an.* LXXXVI.

(i) *Annales* FVLDENSES, METENSES, LAMBECIANI, REGINO, *ad ann.* IↃCCCLXXXVI. LXXXVII. SIGEBERTVS *ad ann.* IↃCCCLXXXVII. LXXXVIII. GESTA *Normannorum ad ann.* LXXXVI. ABBO *de Bellis Paris. Vrbis Libr.* II.

Digitized by Google

*Germani exauctorant Carolum.* An. IↃCCC-LXXX-VII.

V. Exuere nunc Germani fidem, priſciſque Francorum iuribus vtendum rati, ſuaſore præſertim *LVIDWARDO* Vercellenſi epiſcopo, quem in *RICHARDIS* coniugis cauſa grauiſſima iniuria Carolus affecerat, conſentire ad electionem *ARNVLPHI*, & *CAROLVM*, ad comitia Triburienſia venientem, cauſati eius & corporis & animi infirmitatem, maieſtatisque Germanicæ crebra dedecora, ſolenniter exauctorare & deſerere. Et Carolus quidem eodem anno, memorabili humanarum rerum vanitatis exemplo, pauper & egenus obiit. (*k*)

*Arnulphi natales & iura.*

VI. ARNVLPHVS, Carolomanni ex concubina filius, princeps ſtrenuus, & prudens, non natalium

(k) *Annales* FVLDENSES, *&* LAMBECIANI, *ad annum* IↃCCCLXXXVII. *Annales* METENSES, *&* REGINO *ad ann.* LXXXVII. *&* LXXXVIII. SIGEBERTVS *ad ann.* LXXXIX. XC. GESTA *Normannorum ad annum* LXXXVII. HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* LXXXVIII. *Fragmentum Vitæ Ælfredi Anglorum Regis, apud Cheſnium Tom.* II. *pag.* 498.

lium iuri, ſed fauori Germanorum, liberæque, quam nunquam deſeruerant Franci, electioni, regnum debuit. (*l*) Tanta iam cœperat principum Germaniæ eſſe auctoritas, vt de ſumma rerum, vt liberet, ſtatuerent. Et iterum ſummam Germaniæ dignationem id docet, quod auulſæ licet a Germania prouinciæ, Galliæ & Italia, non auſæ ſunt principes ſumere, niſi Arnulpho, Germaniæ rege, id adprobante. (*m*) *Germaniæ maieſtas.*

VII.

(l) Natales. *Annales* FVLDENSES *ad ann.* IↃCCCLXXIX. *Annales* METENSES, *&* REGINO, *ad ann.* LXXX. OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* VII. Cum Carolo exſtinctam Carolingicam in Germania domum memorat AVCTOR *Chronici Regum Francorum apud Lambecium Comment. Biblioth. Vindob. lib.* II. *cap.* V. *pag.* 394. *LIBERRIMA ELECTIO. Annales* FVLDENSES *ad ann.* IↃCCCLXXXVII.

(m) *Annales* FVLDENSES, METENSES, *&* REGINO, *ad ann.* IↃCCCLXXXVIII. *Annales* METENSES *&* REGINO *ad ann.* XCIII. *Fragmentum Vitæ Ælfridi cit.* OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* X. XI.

*Varia cum Normannis & Sclauis bella.*

IↃCCCXCI.

VII. Germania virtute huius regis ab hoſtibus ſatis tuta fuit. *Normanni* initio ſtatim compreſſi; mox iterum ferocientes ad internecionem prope deleti ſunt. (*n*) *Mabarenſes* Sclaui, poſtquam *ZVNDEBOLCHVS* rex, poſt permiſſam Boiohemi poſſeſſionem, rebellionem tentaſſet, per Hunnos profligati ſunt. Maioris hæc victoria Germanis conſtitit, quam ab Arnulphi prudentia ſperabatur. Semel via Hunnis in Germania aperta, maximo Germaniæ malo, non ſemel inde tentata eſt. (*o*)

*Res Italiæ.*

An. IↃCCCXCIV.

VIII. Pacata Germania ad res Italiæ rex Arnulphus a Papa & Berengario rogatus, animum adiecit. Primum intrauit in Italiam, cum filius

(n) *Annales* FVLDENSES, METENSES, *&* REGINO, *ad annum* IↃCCCXCI. GESTA *Normannorum ad ann.* XC. SIGEBERTVS *ad ann.* XCV.

(o) *Annales* METENSES, *&* REGINO, *ad an.* IↃCCCXC. *Annales* FVLDENSES *ad ann.* XCII. XCIII. SIGEBERTVS *ad ann.* XCIII. LIVTHPRANDVS *Hiſtor. lib.* I. *cap.* V.

filius parum proſpere rem egiſſet, & *Berengarium* reſtituit. (*p*) Iterum poſt biennium eo profectus, ipſa occupata Roma, imperatoriæ dignitati inauguratus eſt. (*q*) Tertium poſt Maharenſem victoriam, Italica expeditione repetita, non minus vbique vincit; ſed venenis tentatus, ingraueſcente infirmitate, in Germaniam redit. (*r*)

IↃCCC-XCVI.

*Arnulphus Imperator fit.*

IↃCCC-XCVIII.

IX. In Germania, frequentibus, Francofurti, Forchhemi, Wormatiæ, Ratisbonæ, habitis comitiis, & rem publicam probe ordinauit, & eius

*Comitia varia.*

(p) *Annales* FVLDENSES, METENSES, *ad ann.* IↃCCCXCIII. XCIV. REGINO *ad ann.* XCIV. SIGEBERTVS *ad ann.* XCVII. XCVIII. LIVTHPRANDVS *Hiſtor. lib.* I. *cap.* VI. VII. OTTO FRISINGENSIS *lib.* VI. *cap.* XII.

(q) *Annales* FVLDENSES, METENSES, REGINO, *ad an.* IↃCCCXCVI. SIGEBERTVS *ad an.* IↃCCCC. LIVTHPRANDVS *Hiſt. lib.* I. *cap.* VIII. OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* XIII.

(r) *Annales* FVLDENSES *ad ann.* IↃCCCXCVII. XCVIII. LIVTHPRANDVS *Hiſtor. lib.* I. *cap.* IX.

Digitized by Google

An. IↃCCC-LXXX-VIII. eius maieſtatem non parum vindicauit. Wormatiam & *ODO*, Rex Galliæ, & deinde eodem *CAROLVS*, Rex Galliæ, venerunt, & ab Arnulpho ſunt in fidem accepti. IↃCCC-XCIII. Nec *BERENGARIVM* tutatus eſt, quam cum ſe clientelæ Arnulphi daret. (*s*) *Illuſtres Germaniæ clientelæ.* Tanta autem in comitiis ordinum auctoritas fuit, vt ægre Arnulphus An. IↃCCC-XCV. Lotharingiæ regnum *ZVNDIBOLCHO* filio impetraret; nec niſi per ſumma merita de certa filii in regnum ſucceſſione certior fieret. In IↃCCC-XCVIII. ipſa reginæ cauſa Ratisbonæ ordines iudicaſſe leguntur. (*t*)

IↃCCCC. X. Obiit Rex Arnulphus Ratisbonæ, triſtemque ſui memoriam Germaniæ, mox diris hoſtium incurſionibus adflictæ, reliquit. (*v*)

**CA-**

(s) *Annales* FVLDENSES *&* METENSES, *ad ann.* IↃCCCLXXXVIII. LXXXIX. XCVII. XCVIII. REGINO *ad ann.* XCIII. XCIV.

(t) *Annales* FVLDENSES *ad ann.* IↃCCCLXXXIX. XCVIII. REGINO *ad ann.* XCIV. *Annales* METENSES *ad h. a.*

(v) REGINO, *Annales* METENSES, *&* LAMBERTVS SCHAFENA-

Digitized by Google

## CAPVT VI.

# RES REGIS GERMANIÆ LVDOVICI IV.

### I.

*Ludouici IV. natales & ingenium.*

LVDOVICVS, Arnulphi filius, admodum puer, ſtatim a patris morte Forchhemi rex a Germaniæ principibus dictus, & iſti dignitati ſolenni ritu inauguratus eſt. (x) *Quartus* nobis eſt, non imputato a Ludouico II. imperatore, & Ludouico Balbo, quem quidam in imperatoribus adnumerant, ſed a Germanico Ludouico, & eius cognomine

BVRGENSIS, *ad an.* IↃCCCXCIX. *Annales* FVLDENSES, OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* XIII. *&* HERMANNVS CONTRACTVS, *ad ann.* IↃCCCC. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad ann.* IↃCCCCII.

(x) *Annales* FVLDENSES, METENSES, REGINO, HERMANNVS CONTRACTVS, *ad ann.* IↃCCCC. SIGEBERTVS *ad ann.* IↃCCCCII. LIVTHPRANDVS *Hiſt. lib.* II. *cap.* I. OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* XIV. AVCTOR *Translationis S. Iuſtini in Nouam Corbeiam apud Meibomium Tom.* I. *pag.* 770.

Digitized by Google

mine filio, ordine. Princeps fuit optimæ ſpei, & cui præter ætatem parum defuit.

*Hunnorum prima impreſſio.* II. Primo eius anno grauiſſimis turbis Germania conflictari cœpit: dum *Hunni*, gens dudum tributaria, fidem ponerent, &, non ignari

An. IↃCCCCI. Germaniæ infirmitatis, grauiſſimis incurſionibus Germaniam vexarent. Arnulphi virtutem hactenus reueriti, nihil vltra ſibi ab *INFANTE REGE* metuendum rati ſunt: cum maxime pars principum grauiſſimis odiis diſſiderent, & arma omnino ciuilia gererent. (*y*)

III. Cum quippe primus Hun-

*Ciuiles motus.* IↃCCCC-II. III. norum impetus vix ceſſaſſet, Lotharingiæ ordines *ZVNDIBOLCHVM* regem bello petierunt & necarunt. (*z*) Deinde Franconiæ qui-

(y) *Annales* FVLDENSES *ad an.* IↃCCCC. REGINO, HERMANNVS, *&* OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI *cap.* XIV. *ad ann.* IↃCCCCI. SIGEBERTVS *ad ann.* IↃCCCCIII. LIVTHPRANDVS *Hiſtor. lib.* II. *cap.* I. II.

(z) *Annales* FVLDENSES *&* METENSES *ad ann.* IↃCCCC. REGINO *&* HER-

Digitized by Google

quidam comites, ducibus *CONRADO* & *ALBERTO*, infeſtis armis cœpere committi, incendiisque & cædibus mutuis graſſari; nec admoniti de pace paruerunt. (*a*) Equidem Lotharingiæ regnum mox Ludouico traditum; & quod ad Francicas turbas pertinuit, Triburiis ſeuera a principibus ſententia lata, & extractus dolis ex arce Albertus in caſtris decollatus eſt. (*b*) Verum id collapſæ diſciplinæ exemplum continuo Hunnos ad repetendas excurſiones excitauit, quæ tum qui- An. IↃCCCC-V.

Q dem,

MANNVS CONTRACTVS *ad h. a.* OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* XV. *ad ann.* IↃCCCCI. SIGEBERTVS *ad ann.* IↃCCCC III.

(a) REGINO *ad ann.* IↃCCCCII. III. V. SIGEBERTVS *ad ann.* III. HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* II. VI. LIVTHPRANDVS *Hiſt. lib.* II. *cap.* III. OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* XV. *Annales* METENSES *ad ann.* IↃCCCCII. III.

(b) REGINO *ad ann.* IↃCCCC V. HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* VII. SIGEBERTVS *ad ann.* X. LIVTHPRANDVS *&* OTTO FRISINGENSIS *loc. cit.*

Digitized by Google

IↃCCCC-VII. dem, niſi tributis datis, non potuere a Germanis auerti. (*c*)

*Noui impetus Hunnorum.* IV. Paulo poſt triſti fato perpetuæ quaſi prædæ Germania exponi, & protritæ ſemel eius maieſtati turpiter ab Hunnis inſultari. Primum vaſtarunt Boioariam, & *LVITPALDVM* ducem cum ſuis occurrentem IↃCCCC-VIII. cæciderunt. Nouo anno inuaſerunt IↃCCCC-IX. in Saxoniam & Thuringiam, & tertia æſtate in Alemanniam: nemine furori eorum continendo aut reprimendo pare. (*d*)

An. IↃCCCC-X. V. Conſcriptus quidem ex Francis & reliquis populis exercitus tantis malis demum obuiam iuit: ſed ad Licum amnem aperto Marte fuſus & proſtratus non vltra ſummum *Dedecus Germaniæ.* Germaniæ dedecus, vt annuo nimirum

(c) SIGEBERTVS *ad ann.* IↃCCCCIV. V. LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS *ad ann.* VI.

(d) *Contin.* REGINONIS *ad ann.* IↃCCCC VII. VIII. IX. HERMANNVS CONTRACTVS *ad h. a.* SIGEBERTVS *ad ann.* IX. LAMBERTVS *ad ann.* VIII. IX. X. OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* XV.

Digitized by Google

rum tributo pax ab Hunnis redimeretur, potuit morari. Inde, verſis in Italiam Hunnicis armis, non niſi ſumma ignominia ſecuritas & pax parta, quam armis & virtute parare alioquin Franci adſueti fuerant. (*e*)

VI. Non diu tantæ calamitati, ad quam ex ſumma fortuna per imperantium vitia & principum diſcordias in Germania ventum eſt, Ludouicus ſuperfuit: verum, ex mœrore & ægritudine contracto morbo, paulo poſt Ratisbonæ obiit. (*f*) Vltimus adeo Carolingorum

*Obitus Ludouici.* An. IↃCCCCXI.

Q 2

(e) *Continuatio* REGINONIS, *&* HERMANNVS CONTRACTVS, *ad ann.* IↃCCCCX. SIGEBERTVS *&* LAMBERTVS, *ad an.* IↃCCCCXI. LIVTHPRANDVS *lib.* II. *cap.* IV. V. VI.

(f) *Continuatio* REGINONIS, *&* HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* IↃCCCCXI. OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* XV. SIGEBERTVS *&* LAMBERTVS, *ad ann* IↃCCCCXII. LIVTHPRANDVS *lib.* II. *cap.* VII. An duxerit vxorem? quod placet WITTICHINDO *Annal. lib.* I. *&* CHRONOGRAPHO SAXONI *ad ann.* IↃCCCCXII. & aliis; in multa dubitatione eſt.

Digitized by Google

gorum in Germania gentis, vidit maxime proculcatam eam maieſtatem, ad quam Carolus Magnus noſtram Germaniam euexerat.

## *CAPVT VII.*

# GERMANIÆ CAROLIDARVM ÆQVALIS CIVILIS STATVS.

I.

Quod Caroli virtute omnes Germaniæ populi in vnam iuſti regni coaluerunt formam, omnesque publicis deinceps Francorum iuribus vſi ſunt; ea rurſus enarrare opus non eſt: verum ſufficit ſcire, translata in Germaniam præcipua imperii ſede, illata ſimul eſſe priſca eius iura, eaque ſedulo ſeruata, niſi quas dedit viciſſitudines, aut imperantium animus, aut ordinum conſenſio.

*Francica iura publica in Germania.*

II. Sic, quod pertinet ad conſtituti *REGNI FORMAM*, *vnus rex* primum omnem Franciam, mox, diuiſis regnis, Germaniam ſolam, rexit.

*Regia poteſtas.*

rexit. Eius imperium, vt olim, bonis legibus admodum circumſcriptum manſit, vt non liceret ipſi, non conſentientibus principibus, quod vellet, agere. (*g*) Et filiis non libera in patris dignitatem ſuccedendi data poteſtas. (*h*) Et principes non prohibiti a iure de regum actis inquirendi, & ſeuere in eos ſtatuendi. (*i*) Interim fecit potentia Caroli, vt videretur libere nullisque exceptionibus imperare. Ludouici animus reſtituere viſus antiquam



(g) EGINHARDVS *Vita Caroli pag.* 4. MONACHVS EGOLISMENSIS *Vita Caroli ad ann.* IↃCCLXXIII. *Annales* FVLDENSES *ad ann.* IↃCCCLXXXIX. HINCMARVS *Epiſtola pro inſtitutione Carolomanni cap.* II. VIII. IX.

(h) THEGANVS *Vita Ludouici Pii cap.* VI. *Annales* ASTRONOMI *ad ann.* IↃCCCXIV. *Charta diuiſionis Caroli M. apud Cheſnium Tom.* II. *pag.* 89. *OLITANAM CONSVETVDINEM* adpellat CAROLVS CALVVS *Capitul. Tit.* XXX. *cap.* I. *apud Baluzium Tom.* II. *pag.* 133.

(i) *Vita Ludouici P. ad an.* IↃCCCXXXIII. *Annales* FVLDENSES *ad annum* IↃCCCLVIII. *& cum* REGINONE *ad ann.* IↃCCCLXXXVII.

auctoritatem ordinibus. Diſcordiæ fratrum auxere horum potentiam: quæ, quanta demum fuerit, maxime Caroli Craſſi exauctoratio, & Arnulphi libera electio, oſtenderunt. (*k*)

*Comitia.* III. *COMITIA* in Germania & Carolus & Succeſſores frequentia habuerunt: & priſca eorum iura eadem ſeruata ſunt. Quo minus vero rex valuit animo, eo magis ordines valuerunt auctoritate. Iura leges condendi, deliberandi de bellis, de tributis, de principum pœnis, de regnorum diuiſionibus, ipſe Carolus ad comitia retulit: nedum ceteri ea ſibi ſolis ſumſerint. (*l*)

IV.

(k) *Annales* FVLDENSES *ad ann.* IↃCCCXLII. LXXXIV. LXXXVII. LIVTHPRANDVS *Hiſtor. lib.* II. *cap.* III.

(l) *Annales* ASTRONOMI *ad ann.* IↃCCLXXII. LXXXVIII. POETA SAXO *lib.* IV. *verſ.* 94. *ad an.* IↃCCCIII. CAROLI *Capitulare Francofurtenſe ann.* IↃCCXCIV. *&* *Charta diuiſionis* LVDOVICI, *apud Baluzium Tom.* I. *pag.* 263. *&* 574. HINCMARVS *pro inſtitutione Carolomanni cap.* XXIX.

Digitized by Google

IV. *LEGES* Alemannorum, Boioariorum, Francorum, ſingulares non antiquauit Carolus, ſed correctas & emendatas ſtabiliuit. Saxonibus dedit leges, quibus populi frangeretur licentia: non, quibus priſca gentis abolerentur inſtituta. (*m*) Ita gratiſſimum fuit Germaniæ populis, per iuncta publica iura, & æternam ſancitam concordiam, res ipſorum egregie creſcere, auitam ſeruari libertatem, nec a priuatis ſingulorum populorum inſtitutis & conſuetudinibus diſcedendi neceſſitatem imponi.

*Leges German. nationum.*

*Priuata populorum inſtituta non antiquantur.*

V. *ORDINES* regni iidem, qui antea. Id mutare Carolo viſum, vt non *DVCES* prouinciis præesſent, ſed ſoli *COMITES* in pagis ius redderent. Tunc itaque poſt exauctoratum Thaſſilonem, non dux erat, niſi bello copiis præfectus.

*Ordines regni.*



(m) EGINHARDVS *Vita Caroli pag.* 11. POETA SAXO *ad annum* IↃCCCIII. *Capitulatio de Partibus Saxoniæ, & Capitulare Saxonum Aquisgranenſe, apud Balazium Tom.* I. *pag.* 251. *&* 275. *Chronicon* MOISSIACENSE *ad an.* IↃCCCII.

ctus. (*n*) Continuo a Caroli obitu deſertum prudens Caroli conſilium, redditique prouinciis duces. (*o*) Ruente ætate, & ducibus, & comitibus, dignitates hereditario propemodum iure relictæ. (*p*) Multiplicata etiam comitum nomina, vt eſſent *Palatini comites*, *Margraffiique*, quos *limitum duces* adpellarunt. (*q*)

VI.

(n) EGINHARDVS *Vita Caroli pag.* 6. EIVSDEM, *ſiue* ASTRONOMI, *Annales ad ann.* IↃCCLXXXV. XCIX. *LEGATI SEV DVCES MILITARES.* ASTRONOMVS *ad an.* IↃCCLXXXII. *Annales* FVLDENSES *ad annum* IↃCCXCVIII. *DVCES SCLAVORVM & ITALI.* ASTRONOMVS *ad ann.* IↃCCLXXXVIII. XCVIII. IↃCCCV. Non nimia Comitum poteſtas. MONACHVS SANGALLENSIS *de Rebus Caroli M. lib.* I. *cap.* XIV.

(o) Duces reſtituti. THEGANVS *de Geſtis Ludouici P. cap.* XLVII. LIV. *Annales* FVLDENSES *ad ann.* IↃCCCXLIX. LXXX. LXXXII. XCII. LIVTHPRANDVS *Hiſt. lib.* II. *cap.* VII.

(p) *Annales* FVLDENSES *ad ann.* IↃCCCLXXXIV. HINCMARVS *Epiſt. pro inſtitut. Carolomanni cap.* XXXVII.

(q) ASTRONOMVS *Annal. ad ann.* IↃCCLXXXII. IↃCCCXXVI. XXVIII.

Digitized by Google

VI. *MINISTERIA AVLÆ* non mutata: niſi quod Carolus noluit *Maiorem domus*; ſed dignitatis illius munia pluribus *Palatinis* credidit. His ipſi opus erat, quod plurimis diuerſæque linguæ populis imperaret. Hoc imperium pro ratione populorum diuerſum fuit. Quas gentes vicerat Carolus, eas regnauit libere, & ſua ex voluntate: (*r*) Francos Germanosque non niſi antiquo iure rexit. Ex miniſteriis aulæ reliquis præcipua fuere *Camerarii*, *Regiæ menſæ* & *pincernarum præpoſitorum*, & *Stabuli comitis*. Minores aulæ *miniſteriales* fuere, qui olim. (*s*) *Aulæ miniſteria.*

Q 5 VII.

*Annales* FVLDENSES *ad annum* IↃCCC XCVIII.

(r) MONACHVS SANGALLENSIS *de Reb. Caroli lib.* II. *cap.* IX. HINCMARVS *Epiſtola pro inſtitutione Carolomanni cap.* XIX. XXI.

(s) MONACHVS SANGALLENSIS *de Reb. Bell. Caroli lib.* II. *cap.* IX. *Annales* ASTRONOMI *ad ann.* IↃCCLXXXII. LXXXVI. HINCMARVS *Epiſt. Cit. cap.* XXIII. XXIV. *Capitulare* CAROLI *de Miniſterialibus Palatinis apud Baluzium Tom.* I. *pag.* 341.

*Diuiſio prouinciarum.*

VII. *DIVISIO PROVINCIARVM*, quales nunc erant *Alemannia*, *Francia*, *Lotharingia*, *Friſia*, *Saxonia*, *Thuringia*, *Boioaria*, & *Sclauorum terra*, ſeruata eadem, quæ Francis placuerat. *PROVINCIÆ* pagos, ſeu comitatus *PAGI CENTENAS* & *DECVRIAS*, habuerunt. (*t*) In *IVDICIIS* nil turbatum: ſed omnia meliori ordine diſpoſita ſunt. *Rolandinæ ſtatuæ* fruſtra ad Caroli ætatem referuntur. Loco ſeptem *Scabinorum* duodecim conſtituti ſunt. (*v*) In comitiis etiam legitur ſæpe de cura iuſtitiæ conſultatum eſſe. Reges ideo circumire prouincias conſueuere, ſæpeque ipſi iudiciis præſidere,

*Iudicia.*

(t) *Annales* ASTRONOMI *ad ann.* IↃCCCXXIII. *Capitulare* CAROLI *de partibus Saxoniæ an.* IↃCCLXXXIX. *cap.* XV. *apud Baluzium Tom.* I. *pag.* 253. *Capitulare* II. *ann.* IↃCCCIII. *cap.* XI. *ibid. pag.* 390. *Capitula* LVDOVICI P. *ann.* IↃCCCXXIX. *ibid. pag.* 672.

(v) *Edictum Dominicum* CAROLI *apud Baluzium Tom.* I. *pag.* 329. *Capitulare* III. *ann.* IↃCCCIII. *cap.* XX. *ibid. pag.* 394. LVDOVICI *Capit.* II. *ann.* IↃCCCXIX. *cap.* II. *pag.* 605.

Digitized by Google

ſidere; ne minus recte iuſtitia administraretur. (*x*) Ceterum *MISSORVM REGIORVM* id fuit officium, vt in comitum iudicumque acta vbique inquirerent, & de plebis querimoniis ad regem & principes referrent. (*y*)

VIII. Saxonia a Carolo Magno ſingularia quædam iudicia accepit; ex quibus *VÆHMICVM* fuiſſe dicitur; datum fortaſſis, vt peruicacia gentis magis frangeretur. Epiſcoporum Saxoniæ fuit, vt non modo præeſſent ſacris, verum etiam iuſtitiam cum comitibus procurarent. (*z*) Vt Epiſcopis darentur *Saxoniæ ſingularia iura.*

*vr-*

(x) CAROLI *Capitulare* II. *an.* IↃCCCXIII. *de iuſtitiis faciendis apud Baluzium Tom.* I. *pag.* 505. Illuſtre exemplum Regis iuſtitiam curantis. *Annales* FVLDENSES *ad ann.* IↃCCCLII.

(y) *Capitulare* CAROLI I. & II. *pro Miſſis Dominicis ann.* IↃCCCII. *apud Baluzium Tom.* I. *pag.* 361. 375. LVDOVICI *Capitul.* V. *de inſtructione Miſſorum ann.* IↃCCCXIX. *ibid. pag.* 613.

(z) *Praeceptum pro Trutmanno Comite ann.* IↃCCLXXXVIII. *apud Baluzium*

Digitized by Google

*Vrbium initia.* *vrbes*, multæ iam in Saxonia conditæ ſunt. Reliquæ vrbes Germaniæ diuerſis rationibus ſua debent initia. (*a*)

*Commerciorum cura.* IX. *COMMERCIIS* in Germania iuuandis Carolus admodum ſtuduit. Rhenum Danubiumque iuncturus, incaſſum laborauit. Bonis autem legibus veſtiariis effecit, vt liberti in vrbes admiſſi opificiis commode tolerarent vitam. Agriculturam quam qui maxime curauit & commendauit. (*b*)

X.

*Tom.* I. *pag.* 249. *VÆHMICVM IVDICIVM* Carolo primus tribuit ÆNEAS SYLVIVS *de ſtatu Europæ cap.* XXIX. & AVENTINVS *Ann. Boi. lib.* IV. *cap.* VI. *Num.* XVII. Qua fide? dubium.

(a) *Annales* ASTRONOMI *ad ann.* IↃCC LXXXV. XCV. *Præceptum* CAROLI *de inſtitutione Epiſcopatuum per Saxoniam ann.* IↃCCLXXXIX. *apud Baluzium Tom.* I. *pag.* 245.

(b) *Annales* ASTRONOMI, & POETA SAXO, *ad ann.* IↃCCXCIII. EGINHARDVS *Vita Caroli pag.* 10. 11. MONACHVS SANGALLENSIS *de Reb. Caroli lib.* I. *cap.* XXXVI. *lib.* II.

X. Principum Germaniæ ex Carolingica ætate iam illuſtris eſſe memoria incipit. Carolus debellauit WITTEKINDVM, & ALBIONEM, duces. Ab illo vtraque Saxonica gens originem ducere perhibetur. Cum vero Carolus non daret prouinciis duces, paulo tamen poſt BRVNO, LVDOLFVS, & OTTO, Saxoniæ duces, celebrantur. Brunoni *Vipertus*, & huic *Wittekindus*, pater datur. A Brunone *Ludolfus*, ab hoc *Otto* ortus: cuius filius HENRICVS AVCEPS mox ſceptra tulit. (*c*) THASSILONEM ex Agilolfingica gente vltimum Carolus exauctorauit. Sed, cum aliquandiu regii principes Boioariam tractaſſent, Arnulphus iterum LVITPALDO duci Boioariam tradidit: quo ab Hunnis cæſo, AR-

*Germaniæ principum notitia.*

*cap.* XXVII. *Capitulare* CAROLI *ann.* IↃCCCVIII. *cap.* V. *apud Baluzium Tom.* I. *pag.* 464.

(c) *Annales* ASTRONOMI *ad annum* IↃCCLXXXV. *Annales* FVLDENSES *ad ann.* IↃCCCLXXX. OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* XV.

Digitized by Google

ARNVLPHVS filius dux fuit. (*d*) Thuringiæ dux, idemque Sorabici limitis dux, ſub Ludouico Germanico TRACHVLFVS fuit. Franconia & Alemannia non a ducibus, ſed a Comitibus, adminiſtratæ ſunt. (*e*)

## *CAPVT VIII.*

# GERMANIÆ CAROLINGICÆ SACER STATVS.

### I.

*Germania fit plene chriſtiana.* Poſtquam Saxones Caroli auſpiciis purioribus ſacris acceſſere, præter Sclauorum partes in Germania non fuit, qui falſis luminibus ſacrificaret. Magni autem laboris, multique ſanguinis, conſtitit, Saxones, vt intrarent in ouile Chriſti, co-

(d) *Annales* ASTRONOMI *ad ann.* IↃCCLXXXVIII. *Continuatio* REGINONIS *ad ann.* IↃCCCCVII.

(e) *Annales* FVLDENSES *ad ann.* IↃCCCXLIX. XCII. REGINO, *Chron. lib.* II. *ad ann.* IↃCCCCV.

Digitized by Google

cogere. (*f*) Quam recte coacti fuerint, & quam bono intrauerint animo; alii disquirant.

II. Ne reuerterentur vero ad poſitos errores, ſeueras Carolus ſanxit leges: ex quarum parte conſtat, licet deſerta patria ſuperſtitione, multas tamen eius reliquias perdiu ſeruatas eſſe. (*g*) Ad exſtirpandas has, ſi vnquam, Væhmicum puto iudicium a Carolo Leonis Papæ ſuaſu eſſe inſtitutum. Scholæ etiam in ipſa Italia & Gallia apertæ, in quibus Saxones, remittendi olim in patriam, probe erudirentur. (*h*) *Leges ſacra.*

III.

(f) EGINHARDVS *Vita Caroli M. pag.* 5.

(g) *Capitulatio* CAROLI *de partibus Saxoniæ ann.* IↃCC LXXXVIII. *& Capitulare Saxonum ann.* IↃCC XCVII. *apud Baluzium Tom.* I. *pag.* 250. 275. *Indiculus ſuperſtitionum & paganiarum. ibid. pag.* 150.

(h) ANSEGISVS *Capitul. lib.* VI. *cap.* CCCLXXVII. Dubium illud *præceptum de Scholis Græcis & Latinis in-*

Digitized by Google

III. Crebri *EPISCOPATVS* in Germania & ante a Bonifacio, & deinde in Saxonia a Carolo Magno, conſtituti ſunt: EICHSTÆDTENSIS, HERBIPOLENSIS, & ERFVRTENSIS, ab illo conditi: hic paulo poſt oppreſſus. Inaugurauit idem eodem anno IVVAVIENSEM, FRISINGENSEM, RATISBONENSEM, & PASSAVIENSEM, epiſcopos. Impetrauit idem a Pipino rege, vt MOGVNTINA ſedes, quam accepit, Archiepiſcopali ornaretur dignitate, Franciæque, & deinde Germaniæ, primatus ipſi tribueretur. (*i*)

IV. Carolus in SAXONIA PADERBORNENSEM, OSNABRVGENSEM, BREMENSEM, MONASTERIENSEM, epi-

*ſtituendis in Eccleſia Oſnabrugenſi ann.* IↃCCCIV. *apud Baluzium Tom. I. pag.* 417.

(i) Willibaldus & Othlonus in Vita S. Bonifacii. Annales Fuldenſes *ad ann.* IↃCCCLII.

HILDELHEMENSEM, HALBERSTADENSEM, MINDENSEM, & VERDENSEM, episſcopatus erexit. Ludouicus eius filius HAMBVRGI archiepiſcopatum, & CORBEIÆ atque HERVORDIÆ, celebria monaſteria, condidit. *Aſſindienſe*, *Lindauienſe*, *Gengenbacenſe*, *Gandersheimenſe*, cœnobia in Ludouici Germanici & filiorum ætatem cadunt. (*k*) *Illuſtria monaſteria.*

V. *CLERVM* Germaniæ a Caroli ætate immenſas opes acquiſiuiſſe, certum eſt. Ante Bonifacium ſub ſordido palliolo nunciatus Chriſtus. Deinde magnificentiam rerum omnium nusquam magis quam penes ſacerdotes vidiſſes. Multa dederunt non exiguæ multorum ſacerdorum virtutes, & plurimæ *Cleri mores.*

R

(k) *Fragmentum Annalium ad annum* IↄCCLXXX. *apud Cheſnium Tom.* II. *pag.* 22. ADAMVS BREMENSIS *Hiſt. Eccl. lib.* I. *cap.* IX. Æquales eius ætatis ſcriptores rem fere tacent. DITMARVS *reſtit. lib.* VII. *pag.* 403. cœnobia condita memorat.

Digitized by Google

rimæ aliorum piæ fraudes. Illæ regum ſtudia & communem populi fauorem impetrarunt. Hæ per doctrinas admodum proficuas profecerunt. Adfluentibus rebus omnibus, diffluere mores cleri cœperunt. (*l*) Iam Bonifacius dicere conſueuit: *Quondam ſacerdotes aurei ligneis calicibus vtebantur: nunc econtra lignei ſacerdotes aureis vtuntur calicibus.* Cum ætate creuerunt vitia. (*m*)

VI.

(l) Paupertas Germ. cleri antiquior. BONIFACIVS *Epiſt. ad Fulradum apud Cheſnium Tom.* II. *pag.* 662. *Ex* CORBINIANI *&* BONIFACII *aliis Epiſtolis* BARONIVS *Annal. Eccleſ. ad ann.* IↃCCXXIV. Ambitionis & luxus cleri exempla. MONACHVS SANGALLENSIS *lib.* I. *de Rebus Caroli cap.* V. XIIX. XIX. XX. XXII. XXVII. *Capitulare* CAROLI *ad Epiſcopos ann.* IↃCCC. *cap.* I. *apud Baluzium Tom.* I. *pag.* 327. HINCMARVS *Epiſtola* XLV. GODEFRIDVS VITERBIENSIS *Chron. Parte* XVII. *de Ludouico Pio.*

(m) OTHLONVS *in Vita S. Boni-*

VI. *IVRA CLERI*, quæ olim in Francia fuere, ſeruata ſunt. Ius ſtatuendi epiſcopos, ſynodos cogendi, leges ſacras condendi, nullus regum eripi ſibi paſſus eſt. Qui Romæ ſimul imperium tractarunt, pleno dominio ipſum Papam complexi ſunt: qui, cum adoraret nouos imperatores, nec ipſe auſus eſt eius iudicium ſubterfugere. (*n*) Tarde per regum vitia ventum ad arrogantiam & nouarum rerum cupidines. In Germania aucta epiſcoporum auctoritas, cum Monachi eis ſubiicerentur: magis aucta per domeſticas regum diſſenſiones, & quod in aulis præcipua munia conſtanter obirent. (*o*) Quæ vero poſſe-

*Iura ſacrorum.*

R 2

*facii.* MONACHVS SANGALLENSIS *de Rebus Caroli lib.* I. *cap.* IX. XIX.

(n) *Annales* ASTRONOMI, *ſiue* EGINHARDI, *ad ann.* IↃCCLXVII. XCII. XCIV. IↃCCCI. XV. MONACHVS SANGALLENSIS *de Rebus Caroli lib.* I. *cap.* IV. V.

(o) *Annales* ASTRONOMI *ad ann.*

poſſederunt prædia, aut quæ iura exercuere, *Aduocatis* & *Vicedominis*, quos adpellarunt, relicta legimus. (*p*)

*Litterarum ſtudia.*

VIII. *LITTERARVM STVDIA* amauit Carolus, & Ludouicus; nec ſucceſſores adſpernati ſunt. *Scholarum* curam ipſe ſibi imperator ſumſit. Idem excolendæ noſtræ linguæ ſtuduit. (*q*) Idem cum

IↃCCCXXXIII. *Annales* FVLDENSES *ad ann.* IↃCCCLXIII. LXXV. THEGANVS *de Geſtis Ludouici P. cap.* XX. CAROLI *Capitulare* I. *ann.* IↃCCCII. *cap.* XV. *apud Baluzium Tom.* I. *pag.* 366.

(p) *Capitulare* CAROLI I. *anno* IↃCCCII. *cap.* XIII. *Capitulare* II. *h. a. cap.* XXI. *apud Baluzium Tom.* I. *pag.* 366. *&* 378. ANSEGISVS *Capit. lib.* VII. *cap.* CCCXCII.

(q) MONACHVS SANGALLENSIS *de Reb. Caroli lib.* I. *cap.* III. CAROLI *conſtitutio de Scholis per ſingula Epiſcopia & Monaſteria inſtituendis ann.* IↃCCLXXXVIII. *apud Ba-*

Digitized by Google

cum filio externi ſacrorum cultus ſolennia ordinauit. Filius omnino ſacerdotum vitæ inſtitutionem fertur conſcripſiſſe. (*r*) Laudabiliter hæc omnia principes: modo non ſucceſſu caruiſſent optima conſilia.

VIII. Ceterum, quæ gentes in Germania, & in priſcis Germaniæ ſeptentriones verſus finibus, nondum Chriſto acceſſerant, iis quantum potuere reges adducendis ad veritatem ſtuduerunt. *Sclauorum* multæ nationes in Germania cito auitam ſuperſtitionem deſeruerunt: eo benignius a regibus habitæ, & ad iura Germaniæ ciuitatis demum admiſſæ. *Danis* & *Sueuis* Ansgarius Ludouici auſpiciis

*Cura German. principum veram religionem prolatandi.*

R 3 ciis

*luzium Tom.* I. *pag.* 202. EGINHARDVS *Vita Caroli pag.* 11.

(r) MONACHVS SANGALLENSIS *de Reb. Caroli lib.* I. *cap.* V. XX. *Capitularia* CAROLI *paſſim. Vita & Actus Ludouici Pii ad ann.* IↃCCCXVII.

ciis adnunciauit ſalutem. Ex ipſis *Hunnis* pars Chriſto nomen dedit; cum Caroli armis ad Germaniæ clientelam traducta eſſet. (s)

LIBER

(s) LVDOVICI PII *Præceptum de Paganis ad Chriſtianitatem inuitandis ann.* IↃCCCXXXIV. *apud Baluzium Tom.* I. *pag.* 681. *Annales* ASTRONOMI *ad ann.* IↃCCCV.

Digitized by Google

# LIBER IV.

# RES GERMANIÆ SVB CONRADO ET SAXONICIS IMPERATORIBVS.

## CAPVT I.

## FINIVM ET REGIONVM CONSIDERATIO.

I.

PArum a *Germaniæ finibus*, quos Carolingorum ætas dederat, poſtea receſſum eſt. Quæ tamen pactionibus quibusdam ſunt variata, non ſecus ac quæ prouinciæ temporis ſucceſſu plurifariam ſunt diuiſæ, merito nunc a nobis ante occupantur. *Finium aliquot viciſſitudines.*

II. *Ad occaſum* MOSA & SCALDIS, repetitis ſemel & iterum pactis, Germaniæ manſerunt veri fines: vt ita omnis Cisrhenana Germania nunc plene noſtra

 fue-

Digitized by Google

fuerit. (*a*) Cis ſuperiorem Rhenum a fontibus eius *ad Ararim & Rhodanum Burgundiæ nouum* nunc *regnum* ſtetit: quod, licet comiter Germaniæ imperium obſeruaret, eique demum redderetur, fecit tamen, vt hac ex parte RHENO aliquandiu finiretur Germania. (*b*)

III. *Ad auſtrum & Orientem* ALPES, LEITHA, MARVS, & VISTVLA, conſtantiores facti ſunt fines: eo maxime, quod Sclaui Hunnique, quantum ad orientis limites pertinet, magis comprimi inci-

(a) Crebræ pactiones. *Continuatio* REGINONIS *ad ann.* IↃCCCCXXIV. XXXIX. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad ann.* IↃCCCCXXIII. XLV. LXXX. OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib* VI. *cap.* XIIX. XIX. Epiſcopi Alemanniæ, *MOGVNTINVS*, *COLONIENSIS*, & *TREVIRENSIS.* RADEVICVS *de Geſtis Frid.* I. *lib.* I. *cap.* XVI.

(b) *Fragmentum ex Vita Ælfredi, Anglorum Regis ad ann.* IↃCCCLXXXVII. *apud Cheſnium Tom.* II. *pag.* 498. OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* XIIX. WITTICHINDVS *Annal. lib.* II.

Digitized by Google

inciperent. (*c*) *Contra ſeptentriones* ab Henrico *promotus finis ab Eidora ad* LVTIAM *vsque;* quæ ipſa ab Ottone Magno occupata eſt: vt integra adeo Cimbrica cherſoneſus modo eſſet Germaniæ. Mox autem, reddita cherſoneſo Daniæ, priſco limite EIDORA rurſus illa contineri cœpit. (*d*)

*Status prouinciarum.*

IV. Prouinciis, SAXONIÆ, FRISIÆ, LOTHARINGIÆ, FRANCONIÆ, THVRINGIÆ, ALEMANNIÆ, BOIOARIÆ, & SCLAVORVM TERRÆ, relicti fere ſunt, quantum quidem conſtat, priſci fines. Adiectum vero Saxoniæ, quod trans Eidoram ab Henrico & Ottonibus acquiſitum eſt. Imo quæ Sclauicæ



(c) OTTO FRISINGENSIS *de Geſtis Frid.* I. *lib.* I. *cap.* XXXII. Interior Germania inter Viadrum & Viſtulam. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad an.* cIↃIII.

(d) ADAMVS BREMENSIS *Hiſt. Eccleſ. lib.* I. *cap.* XLVIII. *lib.* II. *cap.* II. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* IↃCCCC XXXI. LII.

terræ trans Albim vaſtatæ, & cæſa maxima habitatorum parte a Germanis occupatæ ſunt, non minus ceſſiſſe leguntur Saxoniæ. (*e*) Sic quæ regiones priſcæ Pannoniæ, nouisque Hunnorum ſedibus, ſunt ereptæ, auxerunt Boioariam. (*f*) Sed reliquæ Sclauorum terræ, licet non minus perdomitis incolis, ſunt tamen relictæ Sclauis, & imputari in Germaniæ complexionem & clientelam ſat habuere. (*g*)

*Diuelli cœpta prouinciæ.*

V. Porro prouinciæ, vt olim, quidem duces habuere, & in pagos, quibus comites præfuere, plurimos fuerunt diuiſæ. Pagorum notitiam plenam huius æui geographiam exſpectat. Verum non parum diuelli nunc

(e) ADAMVS BREMENSIS *lib.* I. *Hiſt. Eccl. cap.* XLVIII. *lib.* II. *cap.* III. OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VII. *cap.* XXV.

(f) OTTO DE S. BLASIO *Append. ad Ottonis Friſ. Chron. cap.* VI. *ad annum* cIↄCLIV. *Continuatio* REGINONIS *ad ann.* IↄCCCCLV.

(g) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad ann.* cIↄ III.

nunc modo cœpiſſe ipſas prouincias, notari debet. Pars FRISIÆ Lotharingiæ ducatui adiecta: pars vlterior libertate plena donata. (*h*) Ex *LOTHARINGIA* & ex *FRANCONIA* auulſæ partes accepere Comitem Palatinum Rheni: vnde inſignis iſtius PALATINATVS, nulli duci ſubiecti, initia. (*i*) *THVRINGIA* cum *SAXONIA* coniuncta vnius prouinciæ formam induit. (*k*) In *ALEMANNIA* & *BOIOARIA* nihil mutatum.

VI.

(h) LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS *ad ann.* cIↃLXXI. *pag.* 183. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad h. a.* OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.*VI. *cap.* XI.

(i) Obſcuriſſima profecto initia. At iam cernere tamen mihi videor *PALATINATVS RHENANI*, licet ei deſit nomen, ditionem & poteſtatem in *EBERHARDI*, Ducis & Comitis Palatini, rebus, apud FRODOARDVM *Chron. ad an.* IↃCCCCXXVI. *pag.* 128. & longe magis apud AVCTOREM *Vitæ Iohannis Gorziæ*, *Abbatis*, *apud Labbeum Tom.* I. *pag.* 768.

(k) LIVTHPRANDVS *Hiſtor. lib.* II. *cap.*VII. SIGEBERTVS *ad annum* IↃCCCCXIV.

Digitized by Google

*Turbata ducatuum territoria.*

VI. Præterea vero, quod EPISCOPATVS inſignia territoria acceperant, eaque demum & ex comitum & ex ducum iurisdictione eximerentur, multis inde partibus DVCATVS, quos vocant, videntur mutilati eſſe. (*l*) MARCHIONATVS ab Henrico conditi, vt limites ab Hunnorum Sclauorumque impreſſionibus tutiores forent, relicti ſunt Ducatibus, vt pagi aut comitatus. MARCHIONATVS, LVSATIÆ, MISNIÆ, BRANDENBVRGICVS, quicquid de hoc dubitent noui auctores, & SLESVICENSIS, *SAXONIÆ* dati contra Sclauos & Danos. *BOIOARIA* accepit MARCHIONATVM AVSTRIÆ contra Hunnos: &, quod quidam volunt, *LOTHARINGIÆ* Ducatus MARCHIONATVM ANTWERPIENSEM, contra Gallos. (*m*)

VIII.

(l) Iure præcipui Arnulpho dati Epiſcopi. LIVTHPRANDVS *Hiſtor. lib.* II. *cap.* VII.

(m) Auctores modo citati *litt. e. & f.*

Digitized by Google

VII. Nomina Sclauicarum ciuitatum varia noua ætas monſtrat. Potiora, & quæ Carolingica ætas ignorauit, Henrici bella aperuerunt. HAVELLI ad *Hauellam* amnem; *inter Salam & Albim* DALEMINCII; *trans Albim* in Luſatia MILCENI; & *prope Viadrum* REDARII, coluerunt. (*n*) Reliquos minores Sclauorum pagos, vt ceteros Germaniæ prouinciarum, prætermittimus ſilentio. *Sclauicæ ciuitates.*

VIII. Quæ regiones nondum vrbibus fuerant excultæ, iam Henrici, & Ottonum auſpiciis plurimas acceperunt. (o) De rationibus eorum poſtea conſtabit. Ipſarum vrbium notitia eſt prorſus diuerſi loci. *Vrbes plurimæ conceduntur.*

IX.

LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS *ad ann.* cIↃ LXXVI. *pag.* 235. Conf. ANDREAS HOPPENRODIVS *Annal. Gernrodenſ. init.*

(n) WITTICHINDVS *Annal. lib.* I. DITMARVS *lib.* I. *Continuator* REGINONIS *ad ann.* IↃCCCC XXXIV.

(o) WITTICHINDVS *Annal. lib.* I. DITMARVS *lib.* I. *pag.* 327. 328. & paſſim alibi.

*Nomina generalia.* IX. Præter generale GERMANIÆ nomen porro ſeruatum eſt, vt FRANCIA ORIENTALIS vocaretur noſtra patria. Ipſi dicti ſumus FRANCI, qui *Germani* ſumus. Scriptores quidam TEVTONICVM REGNVM, & TEVTONIAM adpellarunt Germaniam: reſuſcitato, quod videtur, antiquiſſimo nationis vocabulo, & ex eo nouo regionis adpellatione formata. (*p*)

## *CAPVT II.*

# RES REGIS CONRADI I.

I.

*Ratio ſtatus Germaniæ poſt* Exſtincto *LVDOVICO IV.* Carolingorum in Germania vltimo,

(p) OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* XVII. XVIII. GOTFRIDVS VITERBIENSIS *Chron. Parte* XVII. *pag.* 474. 475. *de HENRICO & OTTONE, Regibus.* WITTICHINDVS *Annal. lib.* I. LIVTHPRANDVS *Hiſt. lib.* II. *cap.* VII. WIPPO *Vita Conradi Salici pag.* 423. *Chronicon Magnum* BELGICVM *ex* BERNHARDO *de HENRICO I. Rege, pag.* 75.

Digitized by Google

mo, liberam regem eligendi poteſtatem eo magis ordines nacti erant, quo plures rationes ſuadebant, regnatricem in Gallia familiam, ſed humilem abiectamque, deſerere, & Germaniæ ſaluti, admodum modo peſſumdatæ, certioribus conſiliis proſpicere. Et quidem Germanicæ libertatis indole, & Franciçorum iurium ratione, iam poſt Caroli exauctorationem licuiſſet res publicas disiungere, & in plures abire partes. Sed quod tum erat, id etiam maxime nunc fuit conſultum, vt vnum Germaniæ corpus porro communia Francorum iura ſuſtineret. *Carolingos exſtinctos.*

II. Cupiente itaque omni populo, hoc eſt, ex Francorum inſtitutis, & *Senioribus*, nempe Epiſcopis, Comitibusque, & *Iunioribus* reliquis, quibus ſingulis integra erant comitiorum iura; nequicquam, ſi vel voluiſſent, pro ſua potentia, ad quam adſcenderant, propugnaturis ducibus; ad eligendum regem, communis libertatis vindicem, auitorumque Francici regni *Electio Conradi.*

iu-

iurium hæredem, continuo eſt conuentum. (*q*) Primum, *OTTO*, Dux Saxoniæ fortiſſimus & prudentiſſimus, placuit. Hoc autem declinante, quod ſenex eſſet, magnum onus imperii, communibus Francorum Saxonumque ſtudiis electus eſt

An. IↃCCCC-XII. & inauguratus rex CONRADVS: Franconiæ potens comes, & ab Ottone præcipue populo commendatus. (*r*)

III.

(q) *VERVM FRANCIÆ REGNVM IN GERMANIA CONTINVATVM.* OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* XVII. GOTFRIDVS VITERBIENSIS *Chron. Parte* XVII. *pag.* 472. 473.

(r) WITTICHINDVS *Annal. lib.* I. *pag.* 634. DITMARVS MERSEBVRGENSIS *lib.* I. *pag.* 325. LIVTHPRANDVS *Hiſt. lib.* II. *cap.* VII. *Continuatio* REGINONIS *ad ann.* IↃCCCCXI. HEPIDANNVS, *&* HERMANNVS CONTRACTVS, *ad h. a.* LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, *ad ann.* IↃCCCCXII. ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* IↃCCCCXIII. OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* XV. XVI.

Digitized by Google

III. Iſte, Francorum ex genere oriundus, *CONRADI* ab Alberto nuper cæſi filius, princeps ſtrenuus, generoſus, benignus, omniumque virtutum laude clarus, exſtitit: (*s*) vt ipſum penes profecto non fuerit, Germaniae protritam maieſtatem non protinus reſtitui & ſtabiliri cœpiſſe. Verum impediit principum aemulatio, & aperta quorundam rebellio, quod a fortitudine & prudentia Conradi alioquin ſperari potuerat. *Ejus natales & ingenium.*

IV. Primum ſtatim *Hunni* in Germaniam irrupere: ſed repreſſi ab *Alemannis* & *Boioariis* vix forent auſi redire, niſi ab *ARNVLPHO* con- An. IↃCCCC-XIII. *Seditiones variæ principum.*



(s) Natales *CONRADI. Contin.* REGINONIS, HERMANNVS CONTRACTVS, OTTO FRISINGENSIS, & GOTFRIDVS VITERBIENSIS *loc. cit. Vetus Chronicon Regum Francorum in Bibliotheca Vindobonenſ. Comment. Lambecii lib.* II. *pag.* 394. AVCTOR *Antiquit. Fuldenſium pag.* 128. Ingenium, DITMARVS & WITTICHINDVS *loc. cit.* LIVTHPRANDVS *Hiſt. lib.* II. *cap.* VII. *Contin.* REGINONIS *ad ann.* IↃCCCCXIX.

Digitized by Google

concitati. (*t*) Hic dux Boioariæ, communicatis cum *GISELBERTO*, Lotharingiæ duce, conſiliis, quod inuideret Conrado, rebellionem confeſtim molitus eſt, & ejusdem auctor ſuaſorque Giſelberto fuit.
An. IↃCCCC-XIV. Arnulphus a Boioariis, improbantibus factum ducis, & regi fauentibus, miſſus in exilium, ad Hunnos fugit. (*v*) Giſelbertus fauore *CAROLI*, Galliarum regis, Conradi imperium detrectauit. (*x*)

V. Auctæ vires inquietorum ducum, cum & in Alemannia *ERCHANGERVS* & *BERTHOLDVS*, fra-

(t) *Contin.* REGINONIS *ad ann.* IↃCCCCXII. XIII. HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* XII. HEPIDANNVS *ad an.* XIII. SIGEBERTVS *ad annum* XV. OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* XVI.

(v) LIVTHPRANDVS *Hiſt. lib.* II. *cap.* VII. *Contin.* REGINONIS *ad an.* IↃCCCCXVII. *Chronicon* S. GALLI *apud Cheſnium Tom.* III. *ad h. a.* SIGEBERTVS *ad an.* IↃCCCCXIV. OTTO FRISINGENSIS *loc. cit.*

(x) LIVTHPRANDVS, *&* SIGEBERTVS, *loc. cit.*

Digitized by Google

fratres, comites & Cameræ Nuncii, nouas res molirentur; (*y*) & *HENRICVS*, Ottonis Saxonis filius, quod Thuringiam ipſi denegaſſet Conradus, fauore ſuorum vſus, poteſtatem in prouincia regiam adfectaret. (*z*) Tot motibus comprimendis, ſimulque hoſtibus externis reprimendis, intentus, nec adeo infelix, rex oſtendit; quid potuiſſet, ſi in meliora tempora incidiſſet.

*Tria bella ſimul adminiſtranda.*

VI. Tria ſimul bella adminiſtranda erant. *Hunni*, inſtigante Arnulpho, ſemel & iterum Germaniam vaſtarunt. Quantum potuit Conradus furorem ipſorum cohibuit; integris vero armis eum vlciſci non potuit, quod variæ illæ turbæ ingruerant. (*a*) Nam & *GI-*



(y) *Contin.* REGINONIS *ad ann.* IↃCCCCXIII.XIV. *Chronicon* S. GALLI *ad h. a.*

(z) WITTICHINDVS *Ann. lib.* I. DITMARVS *lib.* I. LIVTHPRANDVS, *&* SIGEBERTVS *loc. cit.*

(a) *Contin.* REGINONIS *ad ann.* IↃCCCCXV. XVI. XVII. LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* XV. HER-

Digitized by Google

*GISELBERTVS* Gallica arma oſtentabat: contra quem binis ſuſceptis expeditionibus, ſecuritas demum Germaniæ reddita eſt. (*b*) Sed magis bellum cum *HENRICO* adminiſtrandum regis omnem virtutem occupauit.

An. IↃCCCC-XV. VII. Iſtud varia fortuna geſtum eſt. *EBERHARDVS*, Conradi frater, prope Eresburgum grauiſſima clade affectus eſt. Henricus Gronnæ obſeſſus dolis effecit, vt ſolueretur obſidio. Ipſe, licet variis dolis, quorum *HATTONEM* Moguntinum quidam ſcriptores reùm agunt, petitus, non victus eſt, donec Conradus regnaret. (*c*)

VIII.

MANNVS CONTRACTVS *ad ann.* XVI. XVII. MARIANVS SCOTVS *ad ann.* XV. XVII. SIGEBERTVS *ad ann.* XVIII.

(b) *Chron.* S. GALLI *ad ann.* IↃCCCCXII. XIII.

(c) WITTICHINDVS *Annal. lib.* I. *pag.* 635. 636. DITMARVS *lib.* I. *pag.* 325. SIGEBERTVS *ad annum* IↃCCCC XIIX.

Digitized by Google

VIII. Quam quidem reliqui Germaniæ ordines regi fauerint, & ducum rebellionem inique tulerint, docent omnia. Bella cum *Giſelberto* & *Henrico* communibus ſtudiis geſta ſunt. *Lex* Conradi *de Publica Pace* lubenter ſuſcepta, & publice adprobata eſt. (*d*) Cum *Erchangerus* & *Bertholdus* rurſus res nouas tentaſſent, capti, & iudicio principum in Moguntinis comitiis capitis ſunt damnati. (*e*) Loco eorum *BVRCARDVS*, conſenſu principum, dux Alemanniæ conſtitutus eſt. Sed hoc etiam paulo poſt exeunte fidem, (*f*) natæ turbæ ſopiri parum potuerunt.

*Ordinum ſtudia erga regem.*

An. IↃCCCCXVI.

An. IↃCCCCXVII.

S 3 IX.

(d) Formulam Pacis exhibet GOLDASTVS *Conſtit. Imperial. Tom.* III. *pag.* 301.

(e) Eckardus *Iunior de Caſibus S. Galli cap.* I. HEPIDANNVS *&* *Chronicon* S. GALLI, *ad An.* IↃCCCCXVI. *Contin.* REGINONIS, *&* HERMANNVS CONTRACTVS, *ad ann.* XVII.

(f) ECKARDVS *&* *Chronicon* S. GALLI *loc. cit.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* IↃCCCCXIIX.

Digitized by Google

*Hunnicum bellum.*

An. IↃCCCC-XVIII.

IX. Ergo cetera bella leuiter ſuſtentans, extrema arma Hunnis, qui iterum in Germaniam, duce *Arnulpho* Duce, inuaſerant, intulit. (*g*) Ex hoc bello, an ſaucius, vtrum mœrore confectus? dubium; ægrotare cœpit. Tum priuatis odiis poſitis, vt oppreſſis motibus rite poſſet maieſtas ſecuritasque Germaniæ inſtaurari; neminem ratus negotio huic magis futurum parem, hoſtem *HENRICVM* Saxonem moribundus fratri principibusque impenſe commendavit, &, vt iſtum regem eligerent, petiit. Cujus rei ſpe facta, obiit optimus princeps, ſuique maximum deſiderium reliquit. (*h*)

IↃCCCC-XIX.

*Prouidum moribundi Conradi conſilium.*

X.

(g) WITTICHINDVS *Ann. lib.* I. qui & vulneratum Conradum ex hoc bello revertiſſe memorat.

(h) LIVTHPRANDVS *Hiſt. lib.* II. *cap.* VII. WITTICHINDVS *Annal. lib.* I. *pag.* 636. ECKARDVS *Iunior de Caſibus S. Galli cap.* V. OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* XVI. cum DITMARO *lib.* I. *ad ann.* IↃCCCCXX. HERMANNVS CONTRACTVS, MARIANVS SCOTVS, HEPIDANNVS, & *Chronicon* LEODIENSE *apud Labbeum ad ann.* IↃCCCCXIIX. Rectius

X. *Italiam* eo regnante varii Tyranni vexarunt. Licet autem Conradus, nec poſſet, nec vellet, Italiæ imperium vindicare; ea tamen dignatione ipſe ab Italis habitus eſſe legitur, vt non recuſauerint *HATTONI* Moguntino, ius regium in Italia exacturo, tributa ſoluere. (*i*) Nempe, perſtare etiamnum in Germania Francici regni integra iura, recte illi conſtituerunt: parum intereſſe, vtra illuſtris domus principem eligentibus dederit: ſane ſemper eum a reliquis populis, nuper ſtipendiariis, comiter obſeruandum eſſe.

*Maieſtas Germaniæ erigi cœpta.*

XI. *Imperatoris Romani* nomen, quam dignitatem ſuæ modo genti Carolus acquiſiuerat, non magis *Conradus*, quam ante eum *Ludouicus*, aut poſtea *Henricus*, ſuſcepit: (*k*) relin-



*Contin.* REGINONIS, LAMBERTVS, SIGEBERTVS, *Chronicon* METENSE, *&* ROTHOMAGENSE, *apud Labbeum Tom.* I. *ad ann.* IↃCCCCXIX.

(i) ECKARDVS *de caſibus S. Galli cap.* I. *pag.* 19.

(k) Perperam adeo *IMPERATOREM*

relinquentes hi omnes Romam ſuis turbis, donec ipſa adprime calamitoſa Germanorum imploraret fidem, ſeque prorſus Germaniæ clientelæ traderet.

*CAPVT III.*

# RES REGIS HENRICI AVCVPIS.

I.

*Electio Henrici.*

Ex *Conradi* voto ab eius morte continuo *Eberhardus* frater inſignia regni ad *HENRICVM* ducem, expoſitis regiis extremis mandatis, detulit, voluntatisque Francorum eum certiorem fecit. Accepta conditione Fridislariæ ſolennis fit conuentus *Francorum*, *Alemannorum*, *Boioariorum*, *Saxonum*, & *Thuringorum*: communibusque non tam ducum, quam populorum, votis Hen-

*CONRADVM* vocat DITMARVS MERSEBVRGENSIS *lib.* I. *pag.* 325. Rectius SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad ann.* IↃCCCCXII. GVIDO *apud* ALBERICVM *ad an.* IↃCCCCXIX.

Digitized by Google

Henricus rex conſtituitur. Coronari noluit: (*l*) qua cauſa motus, prorſus incertum.

II. Fuit HENRICVS *OTTONIS* filius, *LVDOLFI* nepos: an *WITTEKINDEA* ſtirpe ortus? prorſus dubium. Educatus ad optimas quasque virtutes, iis poſtea fuit commendatiſſimus. Generoſitas, manſuetudo, fortitudo, & prudentia, virtutes eius fuerunt propriæ. Non expers tamen eius fortitudo fertur fuiſſe iracundiae; nec manſuetudo voluptatis. (*m*) *Eius natales & ingenium.*

S 5 III.

(l) LIVTHPRANDVS *Hiſt. lib.* II. *cap.* VII. WITTICHINDVS *lib.* I. *pag.* 636. DITMARVS *lib.* I. *pag.* 325. ECKARDVS *de Caſibus S. Galli cap.* V. GOTFRIDVS VITERBIENSIS *P.* XVII. *pag.* 474. OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* XVI. HEPIDANNVS *ad an.* IↃCCCCXIIX. HERMANNVS CONTRACTVS, LAMBERTVS SCHAFFNAB. & SIGEBERTVS, *ad ann.* IↃCCCCXIX. *Continuator* REGINONIS *ad ann.* XX.

(m) Natales. WITTICHINDVS *Annal. lib.* I. *pag.* 634. DITMARVS *lib.* I. *init. Vita Mathildis cap.* I. *pag.* 193. OTTO FRISINGENSIS *lib.* VI. *cap.* XVI.

Digitized by Google

III. Bello cum rege *CONRADO* adminiſtrato ſatis clarus, vidit tamen protinus, cum rex eſſet, qua illud iniuria geſſerit. Regem priſcis Francicis iuribus pollere, ſatis iam doctus; nihil habuit potius aut antiquius, quam vt rebelles duces ad officia, priſcorumque iurium conſtantem obſeruationem, optimis rationibus adduceret, adeoque Germaniæ maieſtatem pene perditam inſtauraret.

*Duces reducti ad priſca iura.*

An. IↃCCCC-XX.

IV. Prima arma contra *BVRCARDVM*, Alemanniæ ducem, vertit. Hic autem, quod populus faueret regi, reſiſti ei poſſe deſperans

*Contin.* REGINONIS & SIGEBERTVS *ad ann.* IↃCCCCXIX. Male Conradi filium Henricum vocant DONNIZO *in Vita Mathildis Duc. lib.* I. *cap.* XII. *pag.* 648. *Chronicon Holſatiæ cap.* XI. *pag.* 18. WILHELMVS MALMESBVRIENSIS *Hiſt. Angl. lib.* II. *cap.* II. Præclarum ingenium. LIVTHPRANDVS *lib.* II. *cap.* VII. WITTICHINDVS *loc. cit.* DITMARVS *lib.* I. *pag.* 326. HROSWITHA *de Geſtis Ottonis pag.* 163. *Vita Mathildis Reg. cap.* II. *pag.* 195. *Contin.* REGINONIS *ad ann.* IↃCCCCXXXVI.

Digitized by Google

rans ſe dedidit. (*n*) Secundus *ARNVLPHVS*, Boioariæ dux, petitus, & Ratisbonæ obſeſſus, optimas pacis conditiones, ipſumque ius ſacrorum, regum proprium, ab Henrico accepit. Nempe ſuæ rebellionis memor ipſe rex noluit fortiſſimum ducem niſi beneficiis debellare. (*o*)

V. Tertium bellum contra *GISELBERTVM*, Lotharingiæ ducem, & *CAROLVM*, Galliarum regem, geſtum eſt. Huius fauore alter bellum a Conrado illatum defenderat. Nunc diſſidentibus inter ſe opportuno tempore interuenit Henricus: eoque Carolum adegit, vt prope

An. IↃCCCCXXI.

*Galli renunciant plane Lotharingiæ.*

(n) Pax publica Germaniæ reddita. *Contin.* REGINONIS *ad ann.* IↃCCCCXX. Bellum cum Burcardo. WITTICHINDVS *Annal. lib.* I. *pag.* 637. HEPIDANNVS *in Vita S. Wiboradæ cap.* XXVIII. ALBERTVS STADENSIS *&* ALBERICVS, *ad ann.* IↃCCCCXX.

(o) LIVTHPRANDVS *lib.* II. *cap.* VII. WITTICHINDVS *loc. cit.* OTTO FRISING. *lib.* VI. *cap.* XIIX. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, ALBERTVS STADENSIS, ALBERICVS, *ad ann.* IↃCCCCXX. Conf. DITMARVS *lib.* I. *pag.* 329.

prope Bonnam ſemel, & deinde eodem anno iterum, Lotharingiæ iuratus renunciaret, eaque prorſus cederet. (*p*) Rurſus *Carolus* nouas
IↃCCCC-XXII. res molitus a tergo *Roberti* rebellione premitur: vnde opem Henrici implorans ſe regnumque ſuum eius
IↃCCCC-XXIII. fidei tradidit. Mox Robertus & ipſe firmat pacta, & Lotharingiæ renunciat. (*q*) Eo autem cæſo, & Carolo capto, in Lotharingia *Giſelbertus* a *Chriſtiano* comite capitur,
An. IↃCCCC-XXIV. & Henrico traditur. Hinc belli finis; a quo *Giſelbertus* ducta *Gerberga* Henrici gener fit, eiusque beneficio Lotharingiae, nunc plane iuris

(p) Incerta huius hiſtoriæ exponit, & certa probat, OTTO FRISING. *lib.* VI. *Chron. cap.* XIIX. Conf. *Fragmentum Hiſtoricum apud Cheſnium Tom.* II. *pag.* 588. FRODOARDVS *ad ann.* IↃCCCCXXI. HVGO FLAVINIACENSIS *ad h. a.* SIGEBERTVS GEMBL. *ad ann.* XXIII. *Contin.* REGINONIS *ad ann.* XXIV.

(q) WITTICHINDVS *lib.* I. *pag.* 638. SIGEBERTVS *ad ann.* IↃCCCC-XXII.

iuris Germanici factæ, rurſus præficitur. (*r*)

VI. Id erat temporis, cum *Hunni* validiſſima manu in Germaniam inuaderent, omniaque igni ferroque miſcerent. Non par tanto hoſti rex, congredi non auſus eſt; ſed carptim eum adgreſſus ſummum eorum ducem cepit. Is non alio pacto Hunnis redditus eſt, niſi cum pacem integris nouem annis ſeruandam promitterent. (*s*) *Hunnica inducia.*

VII. Hoc facto, prudenterque æſtimato Germaniæ ſtatu, vt eum emendaret, tutumque ab hoſtium vi & impreſſione redderet, omni cura ſtuduit. Primum vrbibus condendis, munitionibusque exſtruendis, maximam dedit operam. Ex agris *Inſtituta eximia.* An. IↃCCCCXXV.

(r) WITTICHINDVS *lib.* I. *pag.* 638. FRODOARDVS *ad ann.* IↃCCCCXXV. XXVI. HVGO FLAVINIACENSIS *ad ann.* XXIV. *Contin.* REGINONIS *ad ann.* XXV. XXIX. SIGEBERTVS *ad ann.* XXVII.

(s) WITTICHINDVS *loc. cit.* LIVTHPRANDVS *lib.* II. *cap.* VIII. *Contin.* REGINONIS, & SIGEBERTVS, *ad ann.* IↃCCCCXXIV.

Digitized by Google

agris nonum quemlibet amandauit ad vrbes: in quibus & iuſſit, omnia fieri iudicia, omnes ſolennes conuentus celebrari, omnesque opes cuſtodiri. (*t*) Tum equeſtres inſtaurauit ludos, quos *Torneamenta* vocant; ſeriæ militiæ præparatus & auctoramenta. (*v*) Primus etiam mercede milites conduxit, & eis, qui latrociniis vitam tolerauerant, forti militia facinora expiandi poteſtatem fecit. (*x*)

An. IↃCCCC-XXVI. *Sclauica bella.* VIII. His rebus optime conſtitutis, quod expertus erat, *Sclauos* gentili in Germanos odio magis *Hunnis* fauere, quam fidem ſeruare: de

(t) WITTICHINDVS *Annal. lib.* I. *pag.* 639. SIGEBERTVS & ALBERICVS *ad ann.* IↃCCCCXXV.

(v) Equeſtres ludi iam Carolingica ætate vſu recepti. NITHARDVS *Hiſt. lib.* III. *fin.* Henrici conſilium. WITTICHINDVS *Ann. lib.* I. *pag.* 640. 641. ALBERTVS STADENSIS *ad annum* IↃCCCCXXXIV.

(x) WITTICHINDVS *Ann. lib.* II. *pag.* 643. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad an.* IↃCCCCXXII. LIVTHPRANDVS *lib.* II. *cap.* IX.

Digitized by Google

de eis opprimendis prudenter conſultauit. Capta occaſione ex *Hauellorum* rebellione, hos primos, capto caſtello Brennaburg, perdomuit: indeque verſis armis in *Dalemincios*, & hos prope deleuit. Proximo anno *Sorabos* debellauit:(*y*) An. IↃCCCC-XXVII.
tumque muniendis Saxoniæ limitibus primos duos Marchiones conſtituit; alterum *SIGFRIDVM* in Hauellorum regione, & *GERONEM* in Soraborum ditione. (*z*)

IX. A Sorabica victoria *Bohœmi* bello petiti, victique, & cum duce *Wenzeslao*, qui iam Pragæ obſeſſus erat, in deditionem ſunt accepti. (*a*) IↃCCCC-XXVIII.

Poſt

(y) WITTICHINDVS *Ann. lib.* I. *pag.* 639. DITMARVS *lib.* I. *pag.* 326. 327. LIVTHPRANDVS *Hiſtor. lib.* III. *cap.* V. SIGEBERTVS *ad ann.* IↃCCCC XXV. XXVIII.

(z) ANDR. HOPPENRODIVS *Annal. Gernrodenſ. ad an.* IↃCCCCXXVII. Conf. DITMARVS MERSEB. *lib.* II. *init.*

(a) WITTICHINDVS *loc. cit.* DITMARVS *lib.* I. *pag.* 326. *Contin.* REGINONIS *ad an.* IↃCCCCXXVIII. HERMANNVS CONTRACTVS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, *ad ann.* XXX.

Digitized by Google

Poſt nouam uictoriam *Redarii* adſcitis in ſocietatem *Obotritis*, *Wilcis*, *Hauellis*, graue bellum pararunt, & Lunkinum obſederunt. Miſſus contra eos *THIATMARVS*, licet inferior copiis, virtute tamen & fortuna ſuperior, ad internecionem prope Sclauos deleuit: reliquosque & tributa pendere, & auitam linquere ſuperſtitionem coegit. (*b*)

An. IↃCCCC-XXIX.

X. Tum *Danicum* bellum motum eſt: quod continuo Henricus tanta vi profligauit, vt demum ipſi Dani tributa penderent. Slesuicum occupatum nouum Marchionem contra Danos conſtituendi dedit conſilium: (*c*) quali etiam nuper in Dale-

An. IↃCCCC-XXX. *Danicum bellum.*

(b) WITTICHINDVS *Ann. lib.* I. *pag.* 639. 640. DITMARVS *lib.* I. *pag.* 326. HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib.* I. *cap.* VIII. *Contin.* REGINONIS, HERMANNVS CONTR. LAMBERTVS SCHAFFN. SIGEBERTVS GEMBL. *ad an.* IↃCCCC XXXI.

(c) WITTICHINDVS *Ann. lib.* I. *pag.* 641. *&* SIGEBERTVS *ad an.* IↃCCCCXXXV. minus rectum tempus adſignant Danicæ victoriæ. Rectius *Contin.* REGINONIS, HERMANNVS CONTRACTVS, MARIANVS SCOTVS, *&* rurſus

Dalemincia, & in Boioariæ extremis finibus, contra Bohœmos & Hunnos duos Marchiones conſtituerat. (*d*)

XI. Interea leues quidam motus in Lotharingia, & in Burgundiæ finibus, ſubinde nati erant: quos vero Henricus tanta ſemper fortuna & auctoritate compreſſit, vt & Galli & Burgundiæ reguli lubentes eius ſe clientelæ permitterent. *RVDOLFVS* Burgundus præter alia etiam munera Conſtantini Magni lanceam Henrico in perpetuæ clientelæ fidem donauit. (*e*) An. IↃCCCCXXXI. *Majeſtas Germaniæ ſtabilitur.*

T XII.

SIGEBERTVS, *ad ann.* IↃCCCCXXXI. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad h. a.* DITMARVS *lib. I. pag.* 327. LIVTHPRANDVS, *lib. III. cap. V.* HELMOLDVS *lib. I. Chron. Sclau. cap. VIII.* ADAMVS BREMENSIS, *Hiſt. Eccl. lib. I. cap. XLVIII.*

(d) DITMARVS *lib. I. pag.* 327.

(e) WITTICHINDVS *Ann. lib. I. fin.* OTTO FRISING. *Chron. lib. VI. cap. XIIX.* FRODOARDVS *ad ann.* IↃCCCCXXVIII. *XXIX. XXXI. XXXV. Contin.* REGINONIS *&* HERMANNVS CONTR. *ad ann. XXXI.* SIGEBERTVS *ad ann. XXIX.*

An. IↄCCCC-XXXIII. *Hunnorum grauis clades.*

XII. Cum Hunnicarum induciarum fine ſatis præparatum bellum viſum, adeoque in Erfordenſi conuentu decretum. Legati tributum ex veteribus pactis poſcentes, bellumque minitati, cum ignominia reiecti ſunt. *Hunni* vindicaturi iniuriam omnes cogunt exercitus, & trifariam diuiſis copiis Thuringiam, Saxoniam, Franconiam, & Alemanniam, quatiunt. Verum pars cæſa a Thuringiæ comitibus; pars maior prope Martisburgum incidit in Henricum regem, & ab eo penitus deleta eſt. Reliqui fuga, fame, gladio, paſſim periere. Henricus tanta potitus victoria, in loco prælii, more veteri, *Imperator, rerum dominus*, & *patriæ pater*, ab exercitu ſalutatus eſt; famaque ſui omnes vicinas nationes terruit. (*f*)

XIII.

(f) LIVTHPRANDVS *lib. II. cap. IIX. IX.* WITTICHINDVS *lib. I. pag.* 641. OTTO FRIS. *loc. cit. Contin.* REGINONIS, MARIANVS SCOTVS, SIGEBERTVS, *ad ann.* IↄCCCCXXXIV. FRODOARDVS *ad ann. XXXIII.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann. XXXII.*

XIII. Ita nec bellum vltra Henricum exercuit; pacatis Sclauis, ceteriſque nationibus vim eius venerantibus. Decreuerat paulo ante obitum in Italiam mouere, vſurpatamque a pluribus tyrannidem deſtruere. (*g*) Sed conſilia præuenit optimi regis obitus: ante quem iam æger Erfordiam contendit, ibique a principibus Germaniæ per ſumma merita impetrauit, vt *OTTO* filius rex ſucceſſorque in paternam dignitatem deſignaretur. Poſt aliquanto Mimlebam profectus ibi fatis functus eſt, & corpus Quedlinburgum delatum, ibique regio faſtu ſepultum eſt. (*h*) *Conſilium adeundi Italiam.* An. IↃCCCCXXXVI.

T 2 XIV.

(g) WITTICHINDVS *lib. I. fin.* OTTO FRISING. *Chron. loc. cit.*

(h) LIVTHPRANDVS *lib. IV. cap. VII.* WITTICHINDVS *lib. I. pag.* 641. DITMARVS *lib. I. pag.* 328. OTTO FRISING. *lib.* VI. *Chron. cap. XIIX. XIX.* GOTFRIDVS VITERB. *P. XVII. pag.* 474. *Contin.* REGINONIS, HERMANNVS CONTRACTVS, HEPIDANNVS, MARIANVS SCOTVS, FRODOARDVS, *ad ann. IↃCCCCXXXVI.* LAMBERTVS

*Familia Henrici.* XIV. Ex *HATTEBVRGE*, prima coniuge, TANCMARI; ex *MATHILDE*, Wittekindea ſtirpe proſata, OTTONIS, HENRICI, BRVNONIS, GERBERGÆ, & HADWIDÆ, pater exſtitit. (*i*) *Aucupem* dicunt, quod aucupiis adprime eſt delectatus, & fortaſſis illis intentus fuit, cum regia corona ab Eberhardo adferretur. (*k*)

## *CAPVT IV.*

# RES OTTONIS MAGNI IMPERATORIS.

I.

*Ottonis ingenium.* OTTO *HENRICI* filius, gloriæ ſtudioſiſſimus, fortis, genero-

SCAFFN. ALBERTVS STAD. *ad ann. XXXV. Chronicon* METENSE, *ad h. a.* SIGEBERTVS, ALBERICVS, *ad ann. XXXVII.*

(i) DITMARVS, *lib. I. pag.* 324. 326. AVCTOR *Vitæ Mathildis Reg. cap. I.* WITTICHINDVS *lib. I. pag.* 638. LIVTHPRANDVS, *lib. IV. cap. VII.* HROSWITHA *de Geſtis pag.* 164.

(k) GOTFRIDVS VITERB. *P. XVII. pag.* 474. SIFFRIDVS PRESBYTER *Epit. lib. I. ad ann.* IↃCCCCXXIV.

Digitized by Google

neroſus, prudens, præterea benignitatis, facilitatis, temperantiæ, & vigilantiæ, laude clariſſimus; vultuque ſimul & habitu ſummam maieſtatem ſpirans, princeps fuit. MAGNVS adpellatus, ob maximam virtutem, & fortunam, quam omnes eius res geſtæ declararunt. (*l*)

II. Statim ab obitu patris, poſt leuem principum de eligendo aut *OTTONE* aut *HENRICO* fratre, contentionem, iterum atque iterum rex deſignatus eſt, & deinde Aquisgranum ductus, ſolenni ritu ibi coronatus eſt. Treuirenſis & Colonienſis Pontifices vterque ſibi ius coronationis vindicarunt: ſed vterque demum ſuo iure ceſſere Moguntino *HILDIBERTO*. Ex ducibus omnia procurauit *GISELBERTVS*,

*Electio & coronatio ſolennis.*

An. IↃCCCC-XXXVI.



(l) LIVTHPRANDVS *lib. IV. Cap. VII.* WITTICHINDVS *Ann. lib. II fin.* DITMARVS *lib. II. pag.* 340. *MAGNI* nomen præfert *Diploma Eccleſiæ Patauinæ apud* SIGONIVM *de regno Italiæ lib. VII.* & *Diploma Eccleſiæ Hamburgenſis apud* MEIBOMIVM *Tom. I. pag.* 750.

*BERTVS*, dux prouinciæ: *EBERHARDVS*, Comes Palatinus, menſæ præerat; *HERMANNVS*, Francus, pincernis; *ARNVLFVS*, Bauariæ dux, equeſtri ordini, & eligendis locandisque caſtris. *SIGFRIDVS*, affinis regis, Saxoniæ eo tempore præfectus erat. (*m*)

*Bohœmicum & Hunnicum bellum.*

III. Prima ipſi bella cum *Bohœmis* & *Hunnis* fuere adminiſtranda. Vtrique victi ſemel & iterum. Bohœmi demum poſt quartum decimum annum perdomiti ſunt: & dux eorum *Boleslaus* perpetuam iurauit

(m) WITTICHINDVS *Ann. lib. I. fin. pag.* 641. *lib. II. pag.* 642. DITMARVS *lib. I. pag.* 328. *lib. II. pag.* 331. LIVTHPRANDVS *lib. IV. Cap. VII.* AVCTOR *Vitæ Mathildis Reg. cap. II.* HROSWITHA *de Geſtis Ott. pag.* 166. OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib. VI. cap. XIX.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *Chron. P. XVII. pag.* 475. *Contin.* REGINONIS, HVGO FLAVINIACENSIS, HERMANNVS CONTRACTVS, MARIANVS SCOTVS, HEPIDANNVS, *ad ann.* IↃCCCCXXXVI. LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS *ad ann. XXXV.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad ann. XXXVII.*

rauit fidem. (*n*) Hunni altero & tertio anno in Saxoniam irrupere, & inſignibus ſunt cladibus adfecti. Nono anno reduces in Germaniam non magis felices fuerunt. Decimo octauo & nono annis a *LVDOLFO* euocati, extremum proſtrati, & tam aſpere vindicati ſunt; vt vltra non ſint conati Germaniam tentare. (*o*)

IV. Interea vero parum quieuit Otto ab armis cum fratribus & affinibus committendis. In primum odium & offenſionem principum incurrit, cum *Eberhardum*, Comitem Palatinum, infractæ pacis causa *Ciuilia arma varia.*

T 4

(n) WITTICHINDVS *lib. II. pag.* 643. *lib. III. pag* 652. DITMARVS *lib. II. init.* OTTO FRISINGENSIS *loc. cit.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad ann.* I϶CCCCXXXVIII. XL. L. *Contin.* REGINONIS *ad ann. L.*

(o) WITTICHINDVS *lib. II. pag.* 644. 645. 654. *lib. III. pag.* 656. 657. DITMARVS *lib. II. pag.* 331. 332. *Continuatio* REGINONIS *ad ann.* I϶CCCCXXXVIII. *XLIV. LIV. LV.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad ann. XXXVIII. XXXIX. LV. LVII.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann. XXXVII. LIV. LV.* HEPIDANNVS *ad ann. XLIII. LV.*

Digitized by Google

An. IↃCCCC-XXXVII. cauſa, perſeuere cum ſociis puniuiſſet. (*p*) Iſte adſcito in ſocietatem *TANCMARO*, fratre regis, cui Otto Sigfridi comitis ditionem, maternaque bona, denegauerat, aperte rebellauit. Sed cæde Tancmari, nouaque deditione Eberhardi, An. IↃCCCC-XXXVIII iſta quidem ſeditio mox eſt compreſſa: (*q*) eodemque tempore rex Boioariam occupauit, filiosque Arnulfi ducis, nuper mortui, quod ſpreta fide inuaſerant in prouinciæ poſſeſſionem, mulctauit exſilio. (*r*)

V. Mox natæ grauiores turbæ: *Eberhardus Henrico*, fratri regis, promiſerat regnum, ſi cauſam cum ipſo

(p) WITTICHINDVS *Ann. lib. II. pag.* 644. *Contin.* REGINONIS *ad ann.* IↃCCCCXXXVII.

(q) WITTICHINDVS *lib. II. pag.* 645. LIVTHPRANDVS *lib. IV. cap. IX. Contin. Reginonis ad ann.* IↃCCCCXXIX. SIGEBERTVS *ad ann. XLI.*

(r) WITTICHINDVS *lib. II. pag.* 644. *Contin.* REGINONIS *ad ann.* IↃCCCC-XXXVIII. MARIANVS SCOTVS *ad h. a.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* XXXVII. XXXVIII. SIGEBERTVS GEMBL. *ad ann.* XXXIX.

Digitized by Google

ipſo & *Giſelberto* duce ſociaſſet. Accepta conditione, & *Ludovico*, Galliæ rege, vocato auxilio arma ſumta. Velocitate autem vſus Otto rebelles continuo profligauit; mox perſecutus victoriam Ludovicum regem fugauit, & reuerſus in Saxoniam, per *VDONEM* & *CONRADVM*, ſpe citius totum bellum, cæſis Andernaci *Eberhardo* & *Giſelberto* ducibus, oppreſſum vidit. (*s*) An. IↃCCCCXXXIX.

VI. *HENRICVS* ſupplex fratri factus inde Lotharingiæ præficitur. Rurſus autem nouas res molitus in Saxoniam ducitur: vbi iterum re- An. IↃCCCCXL. IↃCCCCXLI.

T 5 bellis,

(s) WITTICHINDVS *lib. II. pag.* 645. *vsque* 649. DITMARVS *lib. II. pag.* 338. LIVTHPRANDVS *Hiſt. lib. IV. cap. IIX. IX. X. XI. XVI.* OTTO FRISINGENSIS *lib. VI. Chron. cap. XIX.* ECKARDVS *de Caſibus S. Galli cap. V.* HROSWITHA *pag.* 166. 167. 168. *Continuatio* REGINONIS *ad ann.* IↃCCCCXXXIX. SIGEBERTVS GEMBL. *ad ann.* IↃCCCCXXXVIII. XL. XLI. XLII. XLIII. HERMANNVS CONTRACTVS, *&* MARIANVS SCOTVS, *ad ann. XXXVIII. XXXIX.* LAMBERTVS SCHAFENAB. *ad ann.* XXXVII. XXXVIII.

bellis, non modo benigniſſimo fratri reconciliatur, ſed etiam in Francofurtenſibus comitiis in demortui *BERTHOLDI* ſoceri, qui Boioariam gubernauerat, locum ſufficitur. (*t*) Lotharingiam *CONRADVS* accepit, & dignitatem Comitis Palatini *HERMANNVS*, filius Arnulſi, nuper exul, nunc in gratiam regis receptus. (*v*)

IↃCCCC-XLII.

*Gallicum bellum.*

An. IↃCCCC-XLVI.

VII. His ita conſtitutis, dum trahitur Bohœmicum bellum, & Sclaui ſubinde vincuntur, (*x*) ex Gallia nouæ res nunciantur. *LVDOVICVM* regem, qui *Gerbergam* poſt cæſum Giſelbertum duxerat, *HVGO MAGNVS* ceperat, imperatamque ab Ottone reſtitutionem nihili fecerat.

(t) *Contin.* REGINONIS *ad ann.* IↃCCCCXL. XLI. XLV. MARIANVS SCOTVS *ad ann.* XLV. SIGEBERTVS *ad ann.* XLVI. WITTICHINDVS *Ann. lib. II. pag.* 649. LIVTHPRANDVS *lib.* IV. *cap.* XIX. HROSWITHA *pag.* 169. 170. 171.

(v) *Contin.* REGINONIS *ad ann.* IↃCCCCXL. XLIII. SIGEBERTVS *ad ann.* XLIII. XLIV.

(x) WITTICHINDVS *lib. II. pag.* 647.

Digitized by Google

cerat. Vlturus itaque affinem intrauit in Gallias, eumque regno reſtituit. Bellum quatuor annos tractum, donec *Hugo* pacem impetraret, & ducta *Hadwide*, ſorore Ottonis, eius affinis fieret. Lotharingiæ plane a Gallis renunciatum, & Burgundia in nouam Germaniæ clientelam accepta. (*y*) IↃCCCC-XLVII.

VIII. Poſtea Danicum bellum feliciſſime geſtum eſt. Cæciderant *Dani* Saxonum trans Eidoram coloniam. Ducto ab Ottone exercitu non vetus modo recuperata prouincia, ſed & noua facta omnis Cimbrica cherſoneſus. *Haraldus* rex ſe clientelæ dedit, & cum ſuis ad verum cultum perductus eſt. Tres Epiſcopatus auctoritate Ottonis in cherſoneſo ſunt conditi; *Sles-* *Danicum bellum.* IↃCCCC-XLVIII.

(y) WITTICHINDVS *lib.* III. *init. lib.* II. *pag.* 649. OTTO FRISINGENSIS *lib.* VI. *cap.* XIX. SIGEBERTVS *ad ann.* IↃCCCCXLIX. HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* XLV. *Continuat.* REGINONIS *ad ann.* XLVI. FRODOARDVS *ad ann.* XXXIX. XL. XLIV. XLVI.

Digitized by Google

*Sleſvicenſis*, *Ripenſis*, & *Arbuſenſis*: omnes Hamburgenſi Eccleſiæ addicti. (z)

IX. Eo tempore, poſtquam Otto *LVDOLFVM* filium, cum forte ægrotaret, ſucceſſorem deſignaſſet, eidemque Alemanniæ ducatum, defuncto *HERMANNO*, Sueuiæ duce, eius ſocero, tradidiſſet: Italicæ turbæ ingentes, & variæ eum habuerunt exitum, vt *Berengarius*, necato *Lothario*, *Hugonis* filio, regnum Italiæ ſolus arriperet. Iſte perſequutus *ADELHEIDAM* viduam fecit, vt hæc Ottonem viduum ad regnum & coniugium inuitaret. Nec diu dubius Otto priſca Francorum iura vindicare, protinus in Italiam duxit, vique ac fama ſui Berengarium eo adduxit, vt reducem cum noua coniuge in Germaniam Ottonem ſtatim ſequeretur, & gratia implorata Auguſtæ in comi-

*Expeditio Italica I.* An. IↃCCCCL.

An. IↃCCCCLI.

IↃCCCCLII.

(z) HELMOLDVS *lib.* I. *cap.* IX. ADAMVS BREMENSIS *Hiſt. Eccl. lib. II. cap. II.* ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* IↃCCCCXLVIII. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* LII.

comitiis ſupplex fieret; nec niſi iurata fide & clientela in Italiam dimitteretur. (*a*)

X. Nouum Ottonis matrimonium maxime *LVDOLFVM* offendit, adeoque is, cum *FRIDERICO* Moguntino, *CONRADO* affine, *HERMANNO* & *ARNVLPHO*, Bauaris, Salfeldiæ communicatis conſiliis, aperte patri inſurgit. Primum *Henricum*, Bauariæ ducem, bello adgreſſus; mox ipſe a patre vbique premitur. Diffluere ſtatim ſocii ſeditionis. *Hermannus* primus ſupplex in plenam gratiam recipitur. Inde

*Bellum cum Ludolfo filio.*

An. IↃ CCCC-LIII.

(*a*) WITTICHINDVS *lib.* III. *Annal. pag.* 652. DITMARVS *lib.* II. *pag.* 331. 332. OTTO FRISING. *lib.* VI. *Chron. cap. XIX.* ODILO CLVNIACENSIS *Vita Adelheidæ cap.* II. III. LEO OSTIENSIS *Chron. Caſſin. Contin. lib. I. cap. VII.* HROSWITHA *de Geſtis Ott. pag.* 173. *vſque* 177. *Contin.* REGINONIS, FRODOARDVS, *ad ann.* IↃCCCCLI. LII. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad ann.* LIV. LV. HERMANNVS CONTR. & LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* L. LI. MARIANVS SCOTVS. *ad ann.* L. HEPIDANNVS *ad ann.* LI.

Digitized by Google

Inde *Fridericus* & *Conradus* reconciliantur: ſed hic perdit prouinciam. *Arnulphus* in obſidione Ratisbonæ cæditur. Extremus *Ludolfus* filius Salfeldiæ patri ſupplex fit. Alemannia autem cedit *BVRCARDO* duci. (*b*)

*Hunni & Sclaui vindicati.* An. IↃCCCCLIV. V.

XI. Tum *Hunni* bis & iterum, inuitati a *Ludolfo*, irrupere: verum ad Licum tam crudeliter habiti, vt non auderent vltra fines transgredi. (*c*) *Sclaui* etiam, ciuilium bel-

(b) WITTICHINDVS *Ann. lib.* III. *pag.* 652. 653. 655. DITMARVS *lib.* II. *pag.* 331. 332. OTTO FRISINGENSIS *loc. cit. Contin.* REGINONIS *ad ann.* IↃCCCCLII. LIII. LIV. FRODOARDVS *ad ann.* LIII. HERMANNVS CONTR. LAMBERTVS SCHAFFN. *ad h. a.* HEPIDANNVS *ad h. a.* MARIANVS SCOTVS *ad ann.* LIV. SIGEBERTVS GEMBL. *ad ann.* LII. LV.

(c) WITTICHINDVS *lib.* III. *Annal. pag.* 656. 657. DITMARVS *lib.* II. *pag.* 332. OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* XX. HROSWITHA *pag.* 171. *Continuat.* REGINONIS, *&* HEPIDANNVS, *ad ann.* IↃCCCCLV. LAMBERTVS SCHAFFN. *&* FRODOARDVS, *ad h. a.* MARIANVS SCOTVS *ad ann.* LV. LVI. SIGEBERTVS

bellorum occaſione rebellionem moliti, perdomantur: & poſt quartum annum repetitis expeditionibus continuis armis plane debellantur. (*d*)

XII. Rurſus nouæ res ex Italia, turbante cuncta *Berengario*, qui dudum fidem exuerat, nunciatæ. Primus *Ludolfus* filius in Italiam miſſus. Quo proſpere agente, ſed medio in curſu victoriarum exſtincto, a *Iohanne*, Pontifice Maximo, ipſe Otto in Italiam euocatur. (*e*) Ergo Wor- An. IↃCCCCLVI. *Noua turba in Italia.* An. IↃCCCCLX.

GEMBL. *ad an.* LV. LVII. HERMANNVS CONTR. *ad annum* LIV. LV.

(d) WITTICHINDVS *lib.* III. *pag.* 658. 659. DITMARVS *lib* II. *pag.* 333. ADAMVS BREMENSIS *lib.* II. *Hiſt. Eccl. cap.* III. OTTO FRISING. *lib.* VI. *Chron. cap.* XX. HELMOLDVS *lib.* I. *Chron. Sclav. cap.* IX. *Contin.* REGINONIS *ad ann.* IↃCCCCLV. LVII. LIX. LX. SIGEBERTVS *ad ann.* LV. LVIII. HEPIDANNVS *ad ann.* LV.

(e) OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* XIX. XXI. LIVTHPRANDVS. *lib.* VI. *cap.* VI. HROSWITHA *pag.* 178. 179. *Contin.* REGINONIS *ad ann.* IↃCCCCLII. LVI. LX. HERMANNVS CONTRACTVS *ad an.* LVI.

IↃCCCC-LXI. Wormatiæ indictis comitiis impetrauit, Otto, vti filius cognominis rex eligeretur: inde fidiſſimis ducibus Germaniæ, & Saxoniæ præſertim, curam commiſit: tum, iurata fide a Papa & Romanis accepta, cum valido exercitu Alpes migrauit. (*f*)

*Expeditio Italica II.* An. IↃCCCC-LXII. XIII. In Italia protinus victus *Berengarius* vbique latebras conquiſiuit. Otto regnum Italiæ ſolenni coronatione capeſſit. Inde Romam profectus Papam & P. R. in fidem accipit, & ROMANI IMPERATORIS nomen, inaugurante Papa, gaudente omni populo, ſuſcipit. (*g*) Ius ipſi tribuerat, & de-

*Otto Imperator Romanus.*

LVII. FRODOARDVS *ann.* LVII. HEPIDANNVS *ad ann.* LVI.

(f) LIVTHPRANDVS *lib.* VI. *cap.* VI. DITMARVS *lib.* II. *pag.* 333. OTTO FRIS. *lib.* VI. *Chron. cap.* XXI. *Contin.* REGINONIS, HERMANNVS CONTRACTVS, LAMBERTVS SCHAFFN. SIGEBERTVS GEMBL. *ad ann.* IↃCCCCLXI HEPIDANNVS *ad ann.* LXII. HELMOLDVS *Chron. Sclav. lib.* I. *cap.* X.

(g) LIVTHPRANDVS *lib.* VI. *cap.* VI. DITMARVS *lib.* II. *pag.* 333. OTTO

Digitized by Google

deditio Romanorum, dudum nunc a variis tyrannis vexatorum, & a Græcis imperatoribus deſertorum, vltronea; & ipſa ampliſſima frequensque repetita victoria. Et ipſe vero poſt Carolum non paruo beneficio adfecit Romanos, quod, cum, qua Germaniæ & Italiæ rex, Romam potuiſſet regere, eam tanta in dignatione, fortaſſis & ſingularibus motus rationibus, habuit, vt nomen imperio inde tribueret.

XIV. Diſceſſit modo imperator Roma, & iam Romani, ſuadente Papa, poſuerunt fidem. Redux Cæſar Romam, punit fœdifragos, & exauctorato *IOHANNE* Papa, ſuo vſus jure, *LEONEM* Pontificem *Varia Papæ & Romanorum perfidia.* An. IↃCCCCLXIII.

V Ma-

FRIS. *lib.* VI. *Chron. cap.* XXII. HROSWITHA *pag.* 179. *Contin.* REGINONIS, FRODOARDVS, HERMANNVS CONTRACTVS, LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* IↃCCCCLXII. MARIANVS SCOTVS, CHRONOGRAPHVS SAXO, *ad ann.* LXI. SIGEBERTVS GEMBL. *ad ann.* LXIII. ALBERICVS *Monachus Trium Fontium ad h. a.* HEPIDANNVS *ad ann.* LXIV.

Digitized by Google

Maximum conſtituit. (*h*) Quo denuo poſt abitum imperatoris ex vrbe expulſo, & in locum *Johannis* demortui nouo Papa *Benedicto* a Ro-
IↃCCCC-LXIV. manis conſtituto, tertia vice Otto Romam redit, Leonem reſtituit, & Romanorum perfidiam vlciſcitur. (*i*) Interea armis pacatur Italia, & captus *Berengarius* cum vxore in Boioariam mittitur; quem mox im-
An. IↃCCCC-LXV. perator, ſecum abducto Benedicto, in Germaniam ſequitur. (*k*)

XV.

(h) LIVTHPRANDVS *lib.* VI. *Hiſt. cap.* VI. *vsque* XI. DITMARVS *lib.* II. *pag.* 333. OTTO FRISING. *lib.* VI. *Chron. cap.* XXIII. HROSWITHA *pag.* 180. HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib.* I. *cap.* X, *Contin.* REGINONIS *ad ann.* IↃCCCCLXIII. LXIV. SIGEBERTVS, *&* CHRONOGRAPHVS SAXO, *ad h. a.* HERMANNVS CONTR. LAMBERTVS SCHAFFN. FRODOARDVS, *ad an.* LXIII.

(i) LIVTHPRANDVS *lib.* VI. *cap.* XI. SIGEBERTVS *ad an.* IↃCCCCLXIII. *Contin.* REGINONIS, LAMBERTVS SCHAFFNAB. HERMANNVS CONTR. *ad an.* LXIV. DITMARVS *lib.* II. *pag.* 337. OTTO FRIS. *lib.* VI. *Chron. cap.* XXIV.

(k) OTTO FRISING. *loc. cit.* DITMARVS *lib.* II. *pag.* 333. HROSWI-

XV. Pepererat modo in Romana ſynodo inſignia Germaniæ decora: vt æterno iure cum Germanorum regis dignitate imperatorium nomen coniunctum foret: vt omnia bona, Papis olim a Pipino & Carolo donata, imperio ſubeſſent regum Germaniæ: vt demum nemo Pontifex Maximus fieret, niſi volente & adprobante imperatore. His decoribus plurimisque victoriis clarus, tanto effuſiori gaudio in Germania exceptus eſt, quo magis Germaniæ maieſtatem nunc extulerat. (*l*)

*Decora Germaniæ in Synodo Romana ſtabilita.*

V 2 XVI.

THA *pag.* 180. *Contin.* REGINONIS, LAMBERTVS SCHAFFN. *ad an.* IↃCCCCLXIV.

(l) LIVTHPRANDVS *lib.* VI. *cap.* VI. XI. Pacti formulam exhibent THEODORICVS DE NIEM *de inueſtitura Epiſcoporum Regum Teutonicorum pag.* 249. IVO CARNOTENSIS *in Pannonia lib.* VIII. *cap.* CXXXVI. GRATIANVS *Diſt.* LXIII. *cap.* XXIII. Conf. OTTO FRISINGENSIS *lib.* VI. *Chron. cap.* XVII. XXIV. GOTFRIDVS VITERBIENSIS *Parte* XVII. *pag.* 477.

Digitized by Google

*Noui motus in Italia.* An. IↃCCCC-LXVI. XVI. Parum temporis actum in Germania. Longobardi rebelles *Adalbertum* contra Ottonem excitant. *Burcardus* dux in Italiam miſſus facile illam ſeditionem compreſſit. Verum & Romani paulo poſt rebellant. In *Leonis*, fatis functi, locum per Moguntinum & Colonienſem Ottonis auſpiciis *Iohannes* Papa conſtitutus erat. Hunc varia cauſati ex vrbe eiecerunt & cuſtodiæ tradiderunt. Tum poſt An. IↃCCCC-LXVII. Wormatienſia comitia tertium intrare in Italiam Ottoni viſum. (*m*)

*Expeditio Italica III.* XVII. Roma toties fœdifraga acerbiores hac vice pœnas dedit. Iuſſu imperatoris *OTTO II.* a Iohanne Papa imperator coronatus eſt: cum iam ante aliquot annos IↃCCCC-LXVIII. Germaniæ rex coronatus eſſet. (*n*) Tum

(m) LEO OSTIENSIS *Chron. Caſſin. lib.* II. *cap.* IX. *Continuator* REGINONIS *ad an.* IↃCCCCLXV. LXVI. LXVII. HERMANNVS CONTRACTVS, CHRONOGRAPHVS SAXO *ad h. a.*

(n) DITMARVS *lib.* II. *pag.* 333. OTTO FRISINGENSIS *lib.* VI. *Chron. cap.* XXIV. *Contin.* REGINONIS *ad ann.*

Digitized by Google

Tum de Calabria & Apulia cum reliqua Italia coniungenda cogitatum, & Græci Imperatoris filia Ottoni filio deſtinata eſt. Græci vero ampliſſima quæuis polliciti ſua fide nequiſſime egerunt. Ideo confeſtim armis prouincia occupata, quæ doti cedere debuerat. Græci crudeliter habiti, Nicephori imperatoris curant cædem. Eius ſucceſſor protinus *THEOPHANIAM* mittit Ottoni, & pacem firmat. Ita hic ſtrenuus partæ dignitatis vindex cum filio, eiusque Græca coniuge, per Galliam in Germaniam redit. (*o*)

*Apulia & Calabria occupata.*
An. IↃCCCC-LXIX.
IↃCCCC-LXX.
IↃCCCC-LXXI.

V 3 XVIII.

IↃCCCCLXVII. LAMBERTVS SCHAFFNAB. *ad ann.* LXVI. LXVII. MARIANVS SCOTVS *ad h. a.* SIGEBERTVS GEMBL. *ad an.* LXVIII. HERMANNVS CONTRACTVS *ad an.* LXX.

(o) WITTICHINDVS *lib.* III. *pag.* 661. DITMARVS *lib.* II. *pag.* 334. OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* XXIV. *Continuatio* REGINONIS, *&* CHRONOGRAPHVS SAXO, *ad ann.* IↃCCCCLXVII. SIGEBERTVS GEMBL. *ad ann.* IↃCCCCLXVIII. LXIX.

Digitized by Google

XVIII. Quieti extremi vitæ anni, quæ alioquin continuas turbas viderat. Otto ſatur gloriæ & ætatis in Monaſterio Mimleben placide obiit, & Magdeburgi ſepultus eſt; breui ſed egregio addito elogio:

An. IↃCCCC-LXXIII.

TRES LVCTVS CAVSÆ SVNT HOC SVB MARMORE CLAVSÆ;
REX, DECVS ECCLESIÆ, SVMMVS HONOR PATRIÆ; (*p*)

*Familia Ottonis.*

XIX. Ex *EDGIDA*, Anglica principe, LVDOLFI & LVITGARDÆ, *Con-*

(p) WITTICHINDVS *lib.* IIII. *fin.* DITMARVS *lib.* III. *pag.* 340. OTTO FRISINGENSIS *lib.* VI. *cap.* XXIV. HERMANNVS CONTRACTVS, LAMBERTVS SCHAFFN. SCOTVS, CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS, *ad an.* IↃCCCCLXXIII. SIGEBERTVS GEMBLAC. ALBERTVS STADENSIS, *Chronicon* S. VINCENTII *Metenſis*, *Chronicon* ROTHOMAGENSE, *ad an.* LXXII Perperam HEPIDANNVS *ad ann.* LXXVIII. Epitaphium habet *Chronicon* MAGDEBVRGENSE. *apud Meibomium Tom. II. pag.* 276.

Digitized by Google

*Conrado* duci nuptæ; ex *ADELHEIDA*, HENRICI, BRVNONIS, OTTONIS, ADELHEIDÆ, & MATHILDIS; & ex amica Sclauica WILHELMI, Moguntini, pater exſtitit. (*q*)

*CAPVT V.*

# RES OTTONIS II. IMPERATORIS.

I.

OTTO, *OTTONIS* filius non huic virtutis & fortitudinis laude, ſed felicitate, conceſſit; princeps fuit ambitioſus, fortis, prudens, ſeuerus: (*r*) *Rufus* dictus, ab habitu corporis vultuqe; *Sanguinarius*, ex crudeli conuiuio Romæ acto; *Pallida mors Saracenorum*, ex inſignibus victoriis a Saracenis reportatis. (*s*) *Ottonis II. ingenium.*

V 4 II.

(q) WITTICHINDVS *lib.* I. *pag.* 640. *lib.* II. *p.* 650. *lib.* III. *pag.* 652.

(r) DITMARVS *lib.* III. *pag.* 341. 347. *Auctor Vitæ Adalberti.* Natiuitatis Ottonis meminit *Contin.* REGINONIS *ad an.* IɔCCCCLV.

(s) ECKARDVS *de Caſibus S. Galli cap.*

Digitized by Google

*Succeſſio in paternam dignitatem.* II. Parente ſuis fatis functo non demum electus & coronatus noſter; ſed protinus ſuo nomine imperare cœpit, quod diu ante & Germaniæ Rex & Romanus Imperator inauguratus eſſet, eodemque nomine *Coimperator* iam diu audiiſſet. Et itaque annos regni & imperii non a parentis morte, verum ab inauguratione ſolenni, imputauit. (*t*)

*Varia bella.* An. IↃCCCC-LXXIII. *Expeditio I. Ital.* IↃCCCC-LXXIV. III. Primum ſtatim duxit in Italiam, & maxime Calabriam Apuliamque vindicauit, iuraque in ciuitatibus reddidit. (*v*) Inde redux *HENRICVM*, Henrici filium, *Rixoſum* dictum, habuit rebellem: mox cum ſociis in gratiam recepit. (*x*) Tum

X. HVGO FLAVINIACENSIS *ad an.* IↃCCCCLXXII. OTTO FRISINGENSIS *lic.* VI. *Chron. cap.* XXVI. GOTFRIDVS VITERB. *P.* XVII. *pag.* 481.

(t) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad* IↃCCCCLXXI *Diplomata apud* SCHATENIVM *Annal. Paderborn. lib.* IV. *ad an.* IↃCCCCLXVIII. *&* IↃCCCCLXXIV.

(v) LEO OSTIENSIS *Chron. Caſſin. lib.* II. *cap.* IX.

(x) LAMBERTVS SCHAFFNABVRG. SIGEBERTVS GEMBL. CHRONO-

Tum *Dania* petita, & nouo anno
*Bohœmia.* *Haraldus* rex Wismariæ, IↃCCCC-
& *Boleslaus* Bohœmiæ dux, Aquis- LXXV.
grani; hic tamen poſt ſemel & ite-
rum repetitos motus; datis obſidi-
bus & tributis, pactaque fide &
perpetua clientela, pacem impe-
trarunt. (*y*)

IV. Rurſus *Henricus*, Bauariæ An.
dux rebellis, Bohœmorum ope, ali- IↃCCCC-
quandiu quidem ſuſtentatur. Victo LXXVI.
autem Bohœmo, ipſe captus, pri-
uatus Boioaria, & in exilium depor-
tatus eſt. In eius dignitatem *OTTO*, IↃCCCC-
*Ludolfi* filius, ſucceſſit. (*z*) Interea LXXVII.
vehementer mota Lotharingia.

V 5 *Ra-*

GRAPHVS SAXO, ALBERICVS *Monachus Trium Fontium, ad ann.* IↃCCCCLXXIV. HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* LXXVI. HEPIDANNVS *ad an* LXXXII.

(y) DITMARVS *lib.* III. *pag.* 342. LAMBERTVS SCHAFFN. *ad an.* IↃCCCC-LXXIV. LXXV. LXXVII. LXXVIII. SIGEBERTVS *ad an.* LXXVI.

(z) DITMARVS MERSEB. *loc. cit.* SIGEBERTVS *ad ann.* IↃCCCCLXXV. LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* IↃCCCCLXXVI. LXXVII. LXXVIII.

*Raginerii Longicolli* filii omnia turbarunt, & Gallorum auxiliis fuerunt tuti: Otto imperator, vt placaret Gallos, *CAROLVM*, fratrem Lotharii regis, ducem Lotharingiæ conſtituit. Verum maiora conante Lothario, arma ſumta; penetrata Gallia; ad Pariſios ventum. In reditu quidem acceptum damnum non leue. Sed maluit paciſci Gallus; & ad Carum amnem rurſus Lotharingiæ iure prorſus ceſſit Germaniæ. (*a*)

An. IↃCCCC-LXXVIII. IX.

An. IↃCCCC-LXXX.

*Expeditio Ital. II.*

V. Deinde contra Romanos rebelles mouit Cæſar. In Roncaliis campis comitia habita. (*b*) Romæ duriſſimas pœnas dederunt perduelles. Volunt ſanguinarium conuiuium hac vice habitum. (*c*) A Romanis

An. IↃCCCC-LXXXI.

(a) DITMARVS *lib.* III. *pag.* 343. SIGEBERTVS GEMBL. *ad ann.* IↃCCCC-LXXVII. LXXVIII. LXXX. LAMBERTVS SCHAFFN. *ad an.* LXXVIII. HERMANNVS CONTRACTVS *ad h. a. Contin.* FRODOARDI *ad ann.* LXXVII. LXXX. HEPIDANNVS *ad ann.* LXXXIV.

(b) GOTFRIDVS VITERB. *Parte* XVII. *pag.* 480. *Contin.* FRODOARDI *ad ann.* IↃCCCCLXXX.

(c) GOTFRIDVS VITERB. *P.* XVII.

manis autem & Beneuentanis, in ſuſcepta contra Græcos & Saracenos expeditione, mox deſertus eſt Cæſar, adeoque magnam accepit cladem; & vix miris artibus, quas diuerſo modo alii & alii enarrant, ex Græcorum manibus ſe eripuit. (*d*)

VI. Tum igitur Romani acriter caſtigati, & Beneuentani prope deleti: Græci etiam cum Saracenis tanta ſtrage proſtrati, vt inde nomen Ottoni hæſerit. (*e*) Ab hac vi- An. IↃCCCCLXXXII.

*pag.* 480. SIFFRIDVS PRESBYTER *pag.* 688. ANDREAS PRESBYTER *Chron. Bau. pag.* 19.

(d) DITMARVS *lib.* III. *pag.* 346. OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* XXV. HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib.* I. *cap.* XIII. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad ann.* IↃCCCCLXXXI. LXXXII. LAMBERTVS SCHAFFN. ALBERICVS, *&* CHRONOGRAPHVS SAXO, *ad h. a. Contin.* FRODOARDI *ad ann.* LXXX. HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* LXXXII. MARIANVS SCOTVS, *&* LEO OSTIENSIS *Chron. Caſſ. lib.* II. *cap.* IX. *ad an.* LXXXIII. HEPIDANNVS *ad an.* LXXXVIII.

(e) OTTO FRISING. *lib.* VI. *Chron. cap.* XXVI.

Digitized by Google

*Veronenſis conuentus.* victoria Veronæ inſignis principum conuentus actus. Ibi OTTO, *OTTONIS* filius, a Germaniæ principibus rex electus & deſignatus: atque loco ducis *Ottonis*, qui in Italia occubuerat, Boioariæ dux dictus *Henricus minor*; ſiue is Ottonis filius, ſiue imperatoris frater, qui antea cum agnato Henrico ſimul rebellauerat, fuerit. (*f*)

An. IↃCCCC-LXXXIII.

VII. Reuerſus imperator Romam, conſtituit Papam, & ex mœrore, ſiue ex veneno accepto, exſtinguitur. (*g*) Ex *THEOPHANIA*, Græca, OTTONIS, & quatuor filiarum,

*Ottonis familia.*

(f) DITMARVS *lib.* III. *fin. pag.* 347. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* IↃCCCCLXXXIII.

(g) DITMARVS *lib.* III. fin. OTTO FRIS. *Chron. lib.* VI. *cap.* XXV. LEO OSTIENSIS *lib.* II. *cap.* IX. LAMBERTVS SCHAFFN. HERMANNVS CONTR. SIGEBERTVS GEMBL. MARIANVS SCOTVS, CHRONOGRAPHVS SAXO *&* ALBERICVS *Monachus Trium Fontium, ad ann.* IↃCCCCLXXXIII. Perperam HEPIDANNVS *ad ann.* LXXXIX excurrit. Fabulas narrat *Fragmentum* VRSTISIANVM *Tom.* II. *pag.* 82.

Digitized by Google

rum, SOPHIÆ, Gandersheimenſis, ADELHEIDÆ, Quedlinburgenſis, Abbatiſſarum, nec non IVDITÆ, *Bretislao*, Bohemiæ duci, & MATHILDIS, *Ezoni*, Palatino Comiti, nuptarum, pater exſtitit. (*h*)

*CAPVT VI.*

# RES OTTONIS III. IMPERATORIS.

I.

Euocauerat *OTTO* pater OTTONEM filium ex Germania, vt Romæ imperator coronaretur. Sed accepta patris morte, protinus Ottonem Aquisgranum reduxit *Iohannes*, Ravennas Epiſcopus, eumque cum Moguntino regiæ dignitati inaugurauit. (*i*) *Nouæ electionis rationes.*

II.

(h) SIGEBERTVS GEMBL. *ad ann.* IↃCCCCLXXI. DITMARVS MERSEB. *lib.* IV. *pag.* 349. MONACHVS HAMERSLEBIENSIS *de præclare geſtis Imperatorum apud Ill. Leibnitium pag.* 709.

(i) DITMARVS *lib.* III. *fin. pag.* 347. AVCTOR *Vitæ Meinwercki cap.* V.

Digitized by Google

II. Equidem de eius electione multa inter principes fuit diſſenſio: quibusdam ob odia Theophaniæ imperium *HENRICO*, Boioariæ duci, adhuc exuli deſtinantibus. (*k*) Ipſe etiam Henricus, commode vſus occaſione, Ottonem puerum in cu-

An. IↃCCCCLXXXIV.

ſtodia habebat, nec tecte affectabat imperium. Saxones eundem Quedlinburgi in comitiis regem ſalutabant. At vicit pars maior & melior principum, & Ottonem imperio, ſimulque tutelæ *Adelbeidis* auiæ, & *Theophaniæ* matris, reſtituit;

An. IↃCCCCLXXXV.

Henricum, vt quieſceret, Boioariæ reddidit. Educatio principis & imperii cura maxime *WILLEGISO*, Moguntino credita. (*l*)

III.

*pag.* 519. LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* IↃCCCCLXXXIV. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad h. a.*

(k) SIGEBERTVS GEMBL. CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS, *ad ann.* IↃCCCCLXXXIII.

(l) DITMARVS *lib.* III. *fin. lib.* IV. *init.* SIGEBERTVS GEMBL. *ad ann.* IↃCCCCLXXXIII. ALBERICVS *&* LAMBERTVS SCHAFFN. *ad h. a.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.*

Digitized by Google

III. Ad optimas virtutes inde educatus nullas non tanto principe dignas adultior oſtendit. Fuit, vt auus, paterque, ambitioſus, ſtrenuus, prudens: vt auus, benignus, liberalis, & felix; niſi quod maturioribus fatis ex viuis ereptus eſt. (*m*) *Mirabilia mundi* adpellatus, ob mirabile virtutis litterarumque ſtudium. Et *Magni* nomen geſſit, quod exigua ætate maxima patraſſet. (*n*)

IV. Primum cum *Lothario*, Gallorum rege, bellum adminiſtrandum *Gallicum bellum.*

LXXXIV. LXXXV. HEPIDANNVS *ad ann.* LXXXIX. Conf. DODECHINVS *App. ad Marianum Scotum ad ann.* cIɔCLX.

(m) OTTO FRISING. *lib.* VI. *Chron. cap.* XXVI. CHRONICON LAVRISHEIMENSE *pag.* 71. ADEMARVS MONACHVS S. *Eparchii pag.* 168.

(n) OTTO FRISING, *Chronicon* LAVRISHEIMENSE *loc. cit.* GOTFRIDVS VIT. P. XVII. *pag.* 481. *MAGNI* nomen habet *Diploma, quo anno* IɔCCCCXCVI. *ſorori Sophiæ, Gandersheimenſi Abbatiſſæ, Eſchwegam dono dedit, apud Leuckfeldum Antiquit. Gandersh. cap. XIV. pag.* 113.

dum fuit. Lotharingia ab hoc denuo tentata. Capto autem Viriduno Lotharius, viſa Ottoniani exercitus felicitate, ſanxit pacem, & nupera pacta confirmauit. (*o*)

*Sclauica bella.*

An. IɔCCCC-LXXXVI

V. Arma *Sclauis*, quos etiam Otto pater fortiter compreſſerat, illata diuturniora, & militiæ Ottonis rudimenta non ignobilia fuerunt. *Poloni* accepti in deditionem. *Bohœmi* perdomiti. *Abotriti* vindicati; & contra eos Brema munita, Brandeburgum recuperatum. Præterea a *BERNARDO* Saxone Normannorum furor, Germaniæ littoribus non leuiter infeſtus, repreſſus. (*p*)

VI.

(o) GVIL. NANGIVS *Contin. Frodoardi*, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, *&* ALBERICVS MONACHVS TRIVM FONTIVM, *ad an.* IɔCCCC-LXXXIV. LXXXV.

(p) DITMARVS *lib.* IV. *pag.* 352. HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib.* I. *cap. XV.* LAMBERTVS SGHAFFNAB. *ad an.* IɔCCCCLXXXVI. LXXXVII. XCII. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* LXXXVI. LXXXVII. XCIV. XCV. *Annales* HILDESHEIMENSES *ad an.*

Digitized by Google

VI. His feliciter actis prima vice ab Ottone intrata Italia. Capto Mediolano *Rex Italiæ*, mox Romæ a *Gregorio V*, quem creauerat Papam, *Imperator* coronatus eſt. Inſignia pacta de Romano imperio æternum cum Germaniæ regno copulando renouata ſunt. (*q*) Nihil vero de Electoribus, quod quidam cupiunt, tunc ſtatutum. Et lepidæ nugæ ſunt, quæ de coniugis *Mariæ* fatis ea ex ætate circumferuntur. (*r*) *Expeditio Ital. I.* An. IↃCCCC-XCV. IↃCCCC-XCVI.

X VII.

LXXXVI. LXXXVII. XCI. XCII. XCIII. XCV. HEPIDANNVS *ad an.* cIↃI.

(q) DITMARVS *lib.* IV. *pag.* 353. GLABER RODVLPHVS, *lib.* II. *cap.* IV. LAMBERTVS SCHAFFNAB. *ad ann.* IↃCCCCXCVI. HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* XCVI. XCVII. SIGEBERTVS GEMBL. *ad ann.* XCIII. XCVI. ALBERICVS *Monachus Trium Fontium ad ann.* XCIII. CHRONOGRAPHVS SAXO, *ad ann.* XCVI. Pactum æternum memorat PLATINA *in Vita Gregorii V.* & canit GVNTHERVS *Ligur. lib.* I. *pag.* 282. *&* *lib.* VIII. *pag.* 396.

(r) *Auctor Compilationis Hamerslebienſis de Gregorio V. apud Ill. Leibnitium pag.* 576. *&* MVTIVS *Chron. Rer. Germ.*

Digitized by Google

An. IↃCCCC-XCVII. IↃCCCC-XCVIII. *Expeditio Ital. II.* An. IↃCCCC-XCIX.

VII. Reuerſum ex Italia Ottonem ſtatim nuncii conſequuntur motæ a *Creſcentio*, cui Romæ gubernatio tradita erat, rebellionis, expulſique ex vrbe Gregorii Papæ. Reuertitur Otto Romam, &, diriſſimis ſuppliciis Creſcentium, nouumque Papam Iohannem excrucians, ſeueritatis exemplum bonum Romanis ſtatuit. Pacat deinde reliquam Italiam, & in locum *Gregorii* morientis *Syluestrum* II. Papam conſtituit: cum quo rurſus imperii iuribus firmatis, glorioſiſſime in Germaniam redit. (*s*)

VIII.

*pag.* 107. *lib. XIV.* narrant Electorum fabuloſa initia. De Maria Auguſta fabulæ vid. apud GOTFRIDVM VITERBIENSEM *P.* XVII. *pag.* 481. 482. *apud* ANDREAM PRESBYTERVM *Chron. Bau. pag.* 29. & SIFFRIDVM PRESBYTERVM *ad an.* IↃCCCC-LXXXVIII.

(s) DITMARVS *lib.* IV. *pag.* 354. GLABER RODVLPHVS *lib. I. cap. IV. Autor Vitæ Meinwerci, Epiſcopi Paderbornenſis, cap.* X. *p.* 520. LEO OSTIENSIS *Chron. Caſſin. lib. II. cap. XIIX.* ADEMARVS *Monachus S. Eparchii pag.* 169. HELGALDVS *in Vita Roberti Regis*

Digitized by Google

VIII. Ex Germania in Poloniam ad S. Adelberti, nuper a Pruſſis cæſi, viſenda limina profectus, *Boleslaum* ducem inſignibus beneficiis ornat, & Gnesnenſem Archiepiſcopatum in Polonia conſtituit. (*t*) Quidam, ſed ſine fido teſte, addunt, regiam dignitatem Boleslao ab Ottone tributam, & illum a tributis & clientela ſolutum eſſe. (*v*) *Polonica peregrinatio.*

IX. Cum mileſimum poſt Chriſtum natum annum Chriſtianus or- An. cIↃ.

X 2 bis

*pag.* 63. LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS *ad an.* IↃCCCCXCVII. XCVIII. SIGEBERTVS GEMBLAC. *&* ALBERICVS *Monachus Trium Fontium, ad ann.* XCIX *&* cIↃI. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* XCVIII. *Chronicon* RHEMENSE *ad an XCIX.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* cIↃ.

(t) DITMARVS *lib. IV. pag.* 357. *Vita Meinwerci Paderbornenſis cap. IX.* HELMOLDVS *lib. I. cap. XV.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* IↃCCCCXCVI. LAMBERTVS SCHAFFNAB. *ad ann.* cIↃ.

(v) ALEXANDER GVAGNINVS *Rerum Polon. Tom. I. pag.* 71. DLVGLOSSVS *Hiſt. Polon. lib. II. pag.* 131. NEVGEBAVERVS *Hiſt. Polon. lib. III. cap. LIII.*

Digitized by Google

bis ageret, ſolennia Otto comitia Aquiſgrani habuit: & aperto Caroli Magni monumento imperii inſignia nouis quibusdam ex ſepulchro ſumtis auxit. (*x*)

*Aquisgranenſis conuentus.*

An. cIↃI. *Expeditio Ital. III.*

X. Tum Saraceni in Calabriam inuaſerant. Ergo tertium Otto intrauit in Italiam, & Saracenis profligatis Romam contendit. (*y*) Ibi cum Romanis de iuribus imperii agens, magnum auctoritatis detrimentum paſſus eſt, & facilitate ad rebellionem Romanos mouit. Hac quidem compreſſa, Roma exceſſit cum *Syluestro* Papa: (*z*) ſed, dum properat in Germaniam, in itinere in caſtro Romanæ Paterno mortem op-

An. cIↃII.

(x) DITMARVS, *lib. IV. pag.* 357. ADEMARVS *Monachus S. Eparchii pag.* 169. LAMBERTVS SCHAFFNAB. MONACHVS HERVELDENSIS, & SIFFRIDVS PRESBYTER, *ad an.* cIↃ.

(y) DITMARVS *lib. IV. pag.* 357. LEO OSTIENSIS *Chron. lib.* II. *cap.* XXIV.

(z) DITMARVS *loc. cit.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad an.* cIↃI. SIGEBERTVS & ALBERICVS *ad ann.* cIↃII.

Digitized by Google

oppetiit. Ex veneno accelerata fata plurimi adſeuerant, & eius propinati ream Creſcentii viduam arguunt. (*a*)

## *CAPVT VII.*

# RES HENRICI II. IMPERATORIS.

### I.

OTTO, nulla relicta prole, nec fortaſſis vnquam ducta vxore, obierat, adeoque Germaniæ principibus plenam fecerat poteſtatem, *Libera Henrici electio.*

X 3 citra

(a) DITMARVS *lib. IV. pag.* 358. *Vita Meinwerci Paderborn. cap. X. pag.* 520. 521. TANGMARVS *in Vita Bernwardi Hildeshemenſis Epiſcopi cap. XXXIII. pag.* 457. LEO OSTIENSIS *Chron. lib. II. cap. XXIV.* ADEMARVS *Chron. pag.* 170. GLABER RODVLPHVS *lib. I. cap. IV.* OTTO FRISINGENSIS *lib. VI. Chron. cap. XXVI.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *P. XVII. pag.* 481. LAMBERTVS SCHAFFN. HERMANNVS CONTR. MARIANVS SCOTVS, SIGEBERTVS GEMBL. CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS, *Chronicon* LEODIENSE, *&* *Chronicon* ROTHOMAGENSE *ad ann.* cIↄII. Male HEPIDANNVS *ad an.* cIↄVIII.

Digitized by Google

citra paternorum meritorum reſpectum libere eligendi, quem digniſſimum imperio iudicaſſent. (*b*)

II. Cum itaque *HENRICVS*, Boioariæ dux, ductum per Boioariæ fines Ottonis funus honorifice proſequeretur, & ab *HERIBERTO*, Colonienſi, imperii inſignia, quæ iſte ab Ottone accepta *EZONI*, Comiti Palatino Rheni, deſtinabat, acciperet: continuo is, ab omni populo, agnita eius virtute, & inſigni dignitate, rex ſalutatus; &, cum adhuc conſultarent principes, populari concordique voce Werlæ in ſolenni conuentu electus eſt; plurimis inde ducibus in bonam ſententiam populi concedentibus, quibusdam nouas res, ſed parum prudenter proſpêreque, molientibus. (*c*)

III.

(b) Deſponſata Helena Græca. DITMARVS *lib. VII. pag.* 417. Nulli liberi. ADEMARVS *Chron. pag.* 170. MARIANVS SCOTVS *ad an.* cIↃII.

(c) DITMARVS *lib. IV. pag.* 358. 359. *lib. V. pag.* 365. RVPERTVS TVITIENSIS *in Vita S. Heriberti cap. X. Vita Meinwerci cap. XI. pag.* 521. ADELBOLDVS

Digitized by Google

III. Fuit HENRICVS, *Henrici Rixoſi* filius, *Henrici* nepos, *Henrici* regis pronepos, illuſtriſſimo Saxonum ſatu ortus; princeps ſtrenuus, prudens, patriæ iurium valde amans, ſeuerus, ad vsque ſuperſtitionem Clero deuotus, ad hæc ſuſpicioſus, & plus ſæpe iuſto triſtitiæ deditus. (*d*)

*Henrici natales & ingenium.*

IV. Poſt ſolennem electionem, haud ſimplici vice adprobatam, Moguntiæ a *Willigiſo* coronatus, deindeque ab *Heriberto* Colonienſi iterum Aquisgrani ſolenniter inauguratus eſt. Vxor ipſius *CVNIGVNDA* Pa-

*Coronatio.*

An. cIↃII.

An. cIↃIII.



*in Vita Henrici cap. III. IV. V.* TANGMARVS *in Vita Bernwardi Cap. XXXIV. pag.* 457. OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib. VI. cap. XXVII.* GOTFRIDVS VITERB. *pag.* 483. CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS, SIGEBERTVS GEMBL. HERMANNVS CONTRACTVS, LAMBERTVS SCHAFFNAB. *ad ann.* cIↃII.

(d) DITMARVS *Prolog. lib. V. pag.* 364. OTTO FRISING. *Chron. lib. VI. cap. XXVII.* ADELBOLDVS *in Vita Henrici cap. I.* ARNOLDVS *in Vita S. Godehardi Hildeſienſis cap. II. pag.* 486. SIGEBERTVS GEMBLAC. *ad an.* cIↃII.

Digitized by Google

Paderbornæ coronam ſuſcepit. (*e*) Ipſe in Saxoniam primum profectus, Martisburgi omnes Saxoniæ proceres in fidem accepit. (*f*) Breui etiam *HERMANNVM*, Sueuum, *EZONEM*, Palatinum, *BRVNONEM*, aliosque diſſentientes principes, ad officia reductos, & *ECKARDVM*, Miſniæ Marchionem, proſcriptum & oppreſſum vidit. (*g*)

*Æmuli compreſſi.*

*Sclauica arma.*

V. Inde protinus duxit contra Venedos & Bohœmos. Venedi facile

(e) DITMARVS *lib. V. pag.* 365. 367. 369. ADELBOLDVS *in Vita Henrici cap. VII. XI. XII.* TANGMARVS *Vita Bernwardi cap. XXXIV. XXXV. pag.* 457. SIGEBERTVS GEMBL. ALBERICVS, CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃII.

(f) DITMARVS *lib.* V. *pag.* 368. ADELBOLDVS *Vita Henrici Regis Cap. XI.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃII,

(g) DITMARVS *lib.* V. *pag.* 366. 370. ADELBOLDVS *Vita Henrici R. cap. V. XIII. XXXI. Vita Meinwerci Paderborn. cap. XI.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃII. SIGEBERTVS GEMBL. *&* HERMANNVS CONTR. *ad ann.* cIↃIII. LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIↃIII. IV. HEPIDANNVS *ad an.* cIↃVIII.

facile ad obſequia ſunt adducti. (*h*) Bohœmiæ dux *Boleslaus HEZILONI*, qui ob denegatam Boioariam rebellauerat, contra Henricum fauerat. Et quidem ille quoque non difficulter ex prouincia eſt eiectus. Verum, dum redit, & amiſſa recuperat, dumque Polonica miſcentur arma, per aliquot annos bellum trahitur. Vexillum, ſub quo tunc militatum, Georgio ſacrum fuit. (*h*)



(h) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, *&* ALBERICVS MONACHVS TRIVM FONTIVM, *ad ann.* cIↃIII.

(h) *HEZILONIS* & aliorum rebellio opibus Boleslai ſuſtentata. DITMARVS *lib.* V. *pag.* 368. 372. 373. *lib.* VI. *pag.* 376. 377. ADELBOLDVS *Vita Henrici R. cap.* X. XI. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. XXXI. HERMANNVS CONTR. *ad ann.* cIↃIII. LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIcIV. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃIII. Boleslai diuturna rebellio & oppreſſio. DITMARVS *lib.* V. *pag.* 369. 370. 371. *lib.* VI. *pag.* 376. 378. 379 384. 389 394. 395. 397. ADELBOLDVS *Vita Henrici R. cap.* XI. XIV. XXII. XXIII. XXIX. XXX. XLII. *vſque* XLVIII. NONNOSIVS PRESBYTER *de Geſtis Henrici* II. *cap.* III. MARIANVS SCOTVS, *&* HER-

An. cIↃIV. *Expeditio Ital. I.*

VI. Italia ſtatim ab obitu Ottonis III. vehementer mota erat. Itali cauſati, ius imperii exſtincta Ottonum familia ſimul exſtinctum eſſe, *Arduinum*, *Berengarii II.* nepotem, regem elegerant. (*i*) Igitur Henrico imperii ſacra iura, & Germaniæ maieſtatem vindicaturo in Italiam continuo, cum modo pacaſſet præcipua, properandum fuit. Eius impetum Arduinus, licet *OTTONEM* antea miſſum fugaſſet, non vltra ſuſtinere potuit, ſed quæſiit latebras. Henricus pacata leuiter Italia, & Ticinenſium tumultu ſeuere caſtigato, in Germaniam reuerſus eſt. (*k*)

VII.

MANNVS CONTRACTVS, *ad ann.* cIↃIV. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃIII. IV. V.

(i) DITMARVS *lib.* IV. *pag.* 359. *lib.* V. *pag.* 370. ADELBOLDVS *Vita Henrici R. cap.* XV. XVI.

(k) DITMARVS *lib.* VI. *pag.* 377. 378. ADELBOLDVS *Vita Henrici R. cap.* XXXII *vſque* XLII. ADEMARVS *Monachus S. Eparchii pag.* 171. HERMANNVS CONTR. MARIANVS SCOTVS, CHRONOGRAPHVS SAXO, *ad ann.* cIↃIV.

Digitized by Google

VII. Hanc porro pacauit, Sclauis vbique ad ſtipendia adactis; Bohœmo *Boleslao* pulſo, & in locum eius *Iaromiro* duce ſurrogato; Polonis repreſſis: ipſa quoque Germaniæ ſecuritate atque publica pace Turegenſi conuentu magis ſtabilita & firmata. (*l*) An. cIↃIV. V. *Turegenſis conuentus.*

VIII. Proximis annis Lotharingiæ res curandæ fuerunt. Dux *GODEFRIDVS* dux prouinciæ illi datus. Adſurrexere ei *BALDVINVS* Flandriæ Comes, cum *LAMBERTO*, & *RAGVINERIO*, Brabantinis: hosque *Robertus* Rex Galliæ tuebatur. Cæſo quidem Lamberto, fugatoque Balduino, ſeditio eſt compreſſa. At in cinere, non plane exſtincta, diu latuit; donec poſtera ætate vehementiores motus ederet. (*m*) An. cIↃVI. VII. *Lotharingicæ turbæ.*

IX.

(l) DITMARVS *lib.* VI. *pag.* 397. *lib.* VII. *pag.* 403. HERMANNVS *Contr. ad an.* cIↃIV. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad an.* cIↃIV.V. Turegenſis conuentus. ADELBOLDVS *Vita Henrici cap.* XLII.

(m) DITMARVS *lib.* VI. *pag.* 383. SIGEBERTVS GEMBLAC. *ad ann.* cIↃV.VI.

Digitized by Google

*Variæ turbæ.* An. cIↃIX. X.

IX. Succeſſerunt *THEODORICI*, Metenſis Epiſcopi, & *BENNONIS*, Saxonis, tumultus, prætereaque Venedorum Polonorumque ſeditiones: quibus omnibus vero facile aut ſopiendis, aut caſtigandis, Henricus par exſtitit. (*n*) Eodem etiam tempore Hungarorum dux *Weick* cum populo, ad Chriſti ſacra acceſſit, & ſumto *STEPHANI* nomine rex dictus, ductaque *GISELA* affinis Henrici factus eſt. (*o*)

*Hungaria Chriſto nomen dat.*

*Bambergenſis Epiſcopatus.*

X. Inter hæc Bambergenſis ædes dudum fundari cœpta perfecta ſtetit,

VII. CHRONOGRAPHVS SAXO & ALBERICVS, *ad ann.* cIↃVI.

(n) DITMARVS Merſ. *lib.* VI. *pag.* 388. SIGEBERTVS GEMBL. & ALBERICVS, *ad ann.* cIↃIX. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann. X. XI.*

(o) *Auctor Vitæ Henrici apud Caniſium pag* 390. *Auctor Hiſtoriæ Fundationis Cœnobii Melicenſis apud Lambecium Comm. Biblioth. Vindobon. lib. II. cap. VIII. pag.* 628. *Monachus* HAMERSLEBIENSIS, *de præclare geſtis Imperatorum pag.* 709. OTTO FRIS. *lib. VI. cap. XXVII.* GOTFRIDVS VITERB. *P. XVII pag.* 483. SIGEBERTVS GEMBL. *ad ann. cIↃX.*

tit, & ex voto Henrici ſolenni ritu nouo Epiſcopatui inaugurata eſt. (*p*) Tum indies magis turbatæ Italiæ, vocantibus Papa & Mediolanenſi Præſule, rurſus viſum ſuccurrere. *Arduinum* prima vis proſtrauit, & in monaſterium ſecedere deſperatum coegit. Henricus Mediolani Italiæ *rex*, & Romæ *imperator*, coronatus eſt: priſcaque officia & obſequia, cum in Roncaliis, tum Romæ, Italis imperauit. (*q*)

An. cIↃXII.

*Expeditio Ital. II.* cIↃXIIII.

XI.

(p) DITMARVS *lib. VI. pag.* 383. *&* *pag.* 390. *Auctor Vitæ Meinwerci cap. XXIIII. XXVII. Auctor Vitæ Henrici pag.* 389. LEO OSTIENSIS *Chron. Caſſin. lib. II. cap. XLVI.* BVRCKARDVS *de Caſibus S. Galli. Cap. IV.* SIGEBERTVS GEMBL. *ad ann. cIↃIV.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann. VII. XII.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann. VII.* MARIANVS SCOTVS *ad ann. XI.* LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann. XII.*

(q) DITMARVS *lib. VII. pag.* 400. LEO OSTIENSIS *Chron. Caſſin. lib. II. cap. XXXI. Auctor Vitæ S. Meinwerci c. XXVI. XXVII. pag.* 525. 526. SIGEBERTVS GEMBL. LAMBERTVS SCHAFFN. MARIANVS SCOTVS, HERMANNVS CONTR. ALBERICVS, CHRO-

Digitized by Google

An. cIↄ XV. XI. Redux in Germaniam nihil habuit potius, quam vt fractis Bohœmis & Polonis vsque in exitium inſiſteretur: quod autem, infeliciter fortuna belli tentata, precibus & iuratis ſtipendiis vtraque gens continuo præuenit, pacemque impetrauit. (r)

*Bohœmi & Poloni debellati.*

An. cIↄ XVI. XII. Abhinc proximo anno a *RVDOLPHO*, Burgundiæ rege, Henrici auunculo, per donationem mortis cauſa Burgundiæ regnum Henrico traditum eſt; ea lege, vt ſuperbos ordines ad officia reduceret. Quo facto, & noua pactione Germaniæ principum conſenſu firmata, (s) in Altſtedenſi conuentu variæ

*Rudolphus Burgundiam tradit.*

An. cIↄ XVII.

NOGRAPHVS SAXO, *ad an.* cIↄXIV. HEPIDANNVS *ad an.* cIↄXIX.

(r) DITMARVS *lib. VII. pag.* 402. 403. 413. *Annales* HILDESHEIMENSES, CHRONOGRAPHVS SAXO, *ad ann.* cIↄXV. LAMBERTVS SCHAFFN. *ad h. a.*

(s) DITMARVS *lib. VII. pag.* 407. *lib. VIII. pag.* 420. AVCTOR *Vitæ Henrici pag.* 390. WIPPO *Vita Conr. Sal. pag.* 431. Fallit adeoque SIGEBERTVS GEMBLAC. *ad ann.* cIↄXX. pacta non perfecta eſſe adſeuerans.

riæ ingenteſque inter aliquot principes controuerſiæ & lites ab imperatore amice ſunt compoſitæ; adeoque modus oſtenſus eſt, quo faciliime pax publica poſſet in Germania conſeruari. (*t*)

XIII. Sequuti ſunt grauiſſimi motus in Sclauorum partibus. *Miſteuoius* Sclauorum princeps, ignominioſe tulit repulſam, cum ad affinitatem *Bernardi* Ducis adſpiraret. Illam vlturus & Saxoniam atque Miſniam grauiſſime vaſtauit, & Brandenburgicum Marchionem plane ex ditione expulit. Cum illo demum pax ſancita. Hic inultus exulque ætatem egit. (*v*) An. cIↃXX. *Miſteuoii bellum.*

XIV. Tertium Italia intrata, & penetrata extrema, cum in ea rurſus Græci inuolaſſent. His fuſis, Apulia vindicata, & Normanni, proxime *Expeditio Ital. III.* An. cIↃXXII.

(t) DITMARVS *lib. VII. pag.* 412.

(v) HELMOLDVS *lib. I. Chron. Sclau. cap. XVI.* ADAMVS BREMENSIS *lib. II. cap. XXXII.* ALBERTVS STADENSIS *pag.* 221. 222. Conf. ALBERTVS KRANTZIVS *Saxon. lib. IV. cap. XXXIV.*

Digitized by Google

xime validi regionis poſſeſſores & domini futuri, tunc quidem in clientelam accepti, & agrorum parte ab Henrico rege donati ſunt. (*x*)

An. cIↄ XXIII. XV. Poſt reditum parum actum a Principe, per ætatem & ingenium multa ægritudine laborante. Ad Carum fluuium cum *Roberto*, Galliarum rege, conuentum, & de ſtatu regni, imperii & eccleſiæ, conſultatum eſt. (*y*) Iam æger, cum de ſucceſſore ſtatuendo ex eo quæreretur, *CONRADVM* maxime commendauit. (*z*) Ita obiit Grunæ laudibus partis nulli ſecundus princeps;

*Pax cum Roberto.*

cIↄXXIV.

(x) LEO OSTIENSIS *Chron. Caſſin. lib. II. cap. XXXIX. XLI. Auctor Vitæ Henrici pag.* 387. HERMANNVS CONTRACTVS, MARIANVS SCOTVS *ad an. cIↄXXII.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad h. a.* Præpoſtere hæc referunt SIGEBERTVS GEMBL. *ad ann. cIↄXIII.* & HEPIDANNVS *ad ann. cIↄXXVIII.*

(y) SIGEBERTVS GEMBLAC. *ad an. cIↄXXXIII.* ALBERICVS *Monachus Trium Fontium ad h. a.*

(z) SIGEBERTVS GEMBLAC. *ad ann.* cIↄXXIV. & ALBERICVS *ad h. a.*

Digitized by Google

ceps; modo non nimiam ſuperſtitionem monſtraſſet: (*a*) quæ quidem *Sancti* & *Monachorum Patris* titulos ei peperit, non æque vero eius maieſtatem decuit, & ornauit. (*b*) Ex *CVNIGVNDA* coniuge non liberos accepit: aliis incuſantibus eius impotentiam, aliis miram ſanctitatem concelebrantibus. (*c*) *Tituli regis.*

Y Et

(a) *Auctor Vitæ Meinwerci cap. LXXXIX. Auctor Vitæ Godehardi cap. IV.* OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib. VI. cap. XXVII. XXVIII.* GOTFRIDVS VITERB. *Part. XVII. pag.* 484. LEO OSTIENSIS *Chron. Caſſin. lib. II. cap. LVIII.* HERMANNVS CONTR. SIGEBERTVS GEMBL. LAMBERTVS SCHAFFN. MARIANVS SCOTVS, *Annales* HILDESHEIMENSES, CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS, *ad ann.* cIↃXXIV. HEPIDANNVS *ad ann.* cIↃXXX.

(b) AVCTOR *Vitæ Henrici init. SANCTI* dignitatem dedit *Eugenius* III. Papa Anno cIↃCLII. BARONIVS *Annal. Eccl. ad h. a. PATER MONACHORVM. Vita Meinwerci cap. XI. Chronicon* LAVRISHEIMENSE *pag.* 122. Votum Monaſticum Imperatoris. ALBERICVS *ad an.* cIↃXIX. *Chronicon Magnum* BELGICVM *pag.* 96.

(c) *Auctor Vitæ Henrici pag.* 386. 387. 391. *Auctor Vitæ Meinwerci cap.* XII. LEO OSTIENSIS *lib. II. Chron. Caſſin. cap.*

Digitized by Google

Et *Claudus* dictus Henricus eſt: cuius agnominis vero cauſa eſt dubia. (*d*)

## CAPVT VIII.

# IVRIVM PVBLICORVM ET CIVILIS STATVS CONSIDERATIO.

I.

*Status Germaniæ huius ætatis.*

Germania habuit parum maieſtatis, cum familia Carolingorum ad interitum rueret. Reſtituit eam poſt *Conradum*, qui, cum vellet, non poterat, plenæ dignitati *Henricus primus*. Hanc miris incrementis auxit *Otto Magnus*; & egregie tutati ſunt *Ottones*, filius, & nepos, cum agnato *Henrico*. Hoſtes vndique aut oppreſſi aut depulſi. Galli ad comem Germaniæ obſeruantiam, Burgundiones cum Italis ad clientelam traducti.

II.

XLVI. Impotentiam videtur ipſe Imperator confiteri apud DITMARVM *lib.* VI. *pag.* 383.

(d) Vid. BROWERVS *Antiquit. Fuld. lib.* III. *cap.* XV. *fin.*

II. Poſtquam illatum eſt in Germaniam Italiæ regni, & *ROMANI IVS IMPERII*; maieſtas omnis penes Germaniam manſit, ſolumque eius nomen cum Roma communicatum eſt; vt Romanum vocaretur imperium, quod Germanicum erat, & modo leuis inſtar acceſſionis Romam complectebatur. (*e*) Diuerſa vero fuerunt vtriusque regni iura. Germaniam priſcis Francicis iuribus regi fas erat. Italia Romaque, vt fere placuit regibus, libere & paucis exceptionibus regnatæ. (*f*) *Germanici imperii acceſſio, Italia, & Roma.*

III. In Germania penes prouincias *IVRIVM PVBLICORVM SVMMA* erat; cum quippe earum arbitrio *Territorium imperii proprium.*



(e) Egregie GVNTHERVS *Ligur. lib.* I. *pag.* 282. *lib.* VIII. *pag* 396. Conf. OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* XXII. XXIV.

(f) Libere regnata Roma & Italia: LIVTHPRANDVS *Hiſtor. lib.* VI. *cap.* VI. *Contin.* Reginonis *ad an.* IↄCCCCLXI. LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS *ad ann.* IↄCCCCXCVIII. legibus priſcis regnata Germania. DITMARVS *lib.* V. *pag.* 368. ADELBOLDVS *Vita Henrici cap.* X.

trio rex ſtatui conſueuiſſet. Fuerunt *Saxonia*, *Thuringia*, *Franconia*, *Sueuia*, *Boioaria*, & *Lotharingia*. Quam pars diuulſa fuerit; huius loci non eſt. Præcipuus populus viſus, qui regem dediſſet. Inter reliquos ordinis nulla ambitio. (*g*) *Sclauorum terræ* parebant Germanis, non cum eis iisdem iuribus vtebantur. Sic & clientelæ illuſtres, *Itali*, *Burgundiones*, *Poloni*, imo & aliquandiu *Hungari*; nunquam ad Germanicorum iurium conſortionem admiſſæ ſunt. (*h*)

*Franciæ iura conſtanter ſeruata.* IV. Prouinciis illis, dudum ad *FRANCIÆ PVBLICA IVRA* admiſſis, nihil magis placuit, quam iis conſtanter vti, licet a reliqua Francia diuellerentur. Sic exauctorato Ca-

(g) LIVTHPRANDVS *lib. II. Hiſtor. cap. VII. Contin.* REGINONIS *ad ann.* IↃCCCCXX. LIII. ECKARDVS *de Caſibus S. Galli cap. V.*

(h) DITMARVS *lib. I. pag.* 326. 327. *lib.* II. *pag.* 337. *lib.* V. *pag.* 366. ADELBOLDVS *Vita Henrici cap.* XLI. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* IↃCCCCLX.

Digitized by Google

Carolo Craſſo, ſtatim in eius ius locumque ſurrogatus Arnulphus. Sic Conradus, ſic Henricus, per electionem iura regum impetrarunt veterum. Imo *verior Francia*, ſi iura ſpectes, perſtitit *in Germania*: quæ, cum prior Franciam habuiſſet, vtique eius egregia iura & inſtituta ſibi maxime ſeruare potuit. (*i*)

*Nullas viciſſitudines Carolingicæ ſtirpis interitus attulit.*

V. Nihil ergo hic faciunt, qui regnatricis domus interitum, liberos duces, oblata, quæ vocant, feuda, & precarium imperium regum, contra hiſtoriæ nobis fidem narrant. Non regnarunt Carolingi, quam ex Francico iure. (*k*) Non ſeruierunt Germanicæ prouinciæ, ſed imperarunt. (*l*) Non magis duces prouin-



(i) OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* XI. XXIV. WITTICHINDVS *lib.* I. *Annal. pag.* 637. WIPPO *in Vita Conradi Sal. pag.* 423. Ipſi Galli in Germania veriorem Franciam agnouerunt. REGINO, & *Annales* FVLDENSES, *ad ann.* IↃCCCLXXXVIII.

(k) Id demonſtravit *lib.* III. *cap.* VII.

(l) *Annales* EGINHARDI. *ad ann.* IↃCCLXXXVIII. & IↃCCCXL. REGINO *ad an.* IↃCCCLXXXVII.

uinciarum domini, quam reges regni, fuerunt. (*m*) Omnes liberi priſcis moribus & inſtitutis libere vſi ſunt. (*n*) Per varias demum turbas diſceſſum a genuinis Francici imperii legibus.

***Status regius.***

***Electio.***

VI. REGES *electioni* imperandi ius debuere. Eligendi poteſtas non ducum propria, ſed omnium regni ordinum communis. Electo parendum fuit, quantum ipſe ſtaret pactis. (*o*) Vt ſemper vero, potentia quorundam regum fecit, vt imperarent liberius. Nec inde ſtatim

(m) Egregie HINCMARVS *Admonitione altera ad Epiſcopos regni pro Carolomanno Rege ad Sparnacum facta. cap.* XIV. *Operum Tom.* II. *pag.* 223.

(n) Præclarum teſtimonium Ordinum Alemanniæ apud WIPPONEM *Vita Conradi Salici pag.* 435. Conf. ADELBOLDVS *Vita Henrici R. cap.* X. & DITMARVS *lib.* V. *pag.* 368. de Boioariis & Saxonibus.

(o) LIVTHPRANDVS *Hiſt. lib.* II. *cap.* VII. DITMARVS *lib.* II. *pag.* 331. *lib.* V. *pag.* 368. REGINO *ad ann.* IↃCCCLXXXVII. IↃCCCC. IↃCCCCLXI. Electionis iura firmata in Rudolphi electione. BRVNO *Hiſt. Belli Sax. pag.* 212.

tim ius mutatum, aut tyrannis inuecta. Norant ordines priſca reſtituere iura. (*p*) Conſultatum omnino de electione, cuius iam fides facta morituris fuerat. (*q*)

VII. Electi reges Aquisgrani coronari conſueuerunt. (*r*) Vt Romæ *Coronatio.* & in Italia coronarentur, non neceſſe erat. Ius ibi imperandi ipſa dedit Germanorum electio. (*s*) Interim ex more dicti modo *Romanorum reges*, qui Romæ non inaugurati



(p) *Contin.* REGINONIS *ad an.* IↃCCCCLIV. ROTHGERVS *in Vita Brunonis Colon. Archiepiſcopi apud Surium* XI. *Oct. pag.* 173. *cap.* XL. LIVTHPRANDVS, *Hiſt. lib.* VI. *cap.* VI.

(q) WITTICHINDVS *lib.* II. *Annal. pag.* 642. DITMARVS *lib.* II. *pag.* 340.

(r) WITTICHINDVS *loc. cit. Contin.* REGINONIS *ad ann.* IↃCCCCLXI. ALBERICVS *Monachus Trium Fontium ad an.* cIↃCCXV. *pag.* 487. Aquisgranenſem coronationem ex *conſuetudine, quaſi lege inuiolabiliter obſervata*, commendat.

(s) GVNTHERVS *Ligur. lib.* I. *pag.* 282. Epiſtola Romanorum ad Conradum Regem apud OTTONEM FRISING. *de Geſtis Frid.* I. *lib.* I. *cap.* XXVIII. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad ann.* IↃCCCCLXXXIII.

*Archiofficia.* rati erant. (*t*) *Archiofficiorum*, quæ vocant, dignitatem, ex arbitrio rex vni alterique principi contulit. (*v*)

*Inſignia.* *Inſignium imperii*, a Carolo acceptorum, auctorumque ab Henrico & Ottone III, mira fuit religio: vt iam ampla ei regnandi ſpes eſſet, qui ea tuliſſet. (*x*)

*Reſeruata.* VIII. *REGIÆ POTESTATIS* modus æſtimandus ex iis iuribus, quæ comitiorum erant. Pauca ſolis regibus relicta erant: niſi quod ſacra dirigeret; Vicarios, cum forte in Ita-

(t) DITMARVS *lib.* VII. *pag.* 400. LEO OSTIENSIS *lib.* II. *cap.* XXXI. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* IↃCCCCXCVI OTTO FRISING. *Chron. lib.* VII. *cap.* XXXI. *Hiſt. Frid. I. lib.* I. *cap.* LXI. *Magnum Chronicon* BERGICVM *ad ann.* cIↃCCXXII. *pag.* 227. *Subſcriptio Diplomatis Henrici* VII. *an.* cIↃCCXXIII. *quo Canonicos Northuſanos S. Crucis confirmat, apud* LEVCKFELDVM *Antiquit. Walckenred. cap.* XIII. *pag.* 194

(v) WITTICHINDVS *lib.* II. *init.* DITMARVS *lib. IV. pag.* 349.

(x) WITTICHINDVS *lib.* I. *pag.* 636. DITMARVS *lib.* IV. *pag.* 358. SIGEBERTVS GEMBLAC. *ad ann.* cIↃII.

Digitized by Google

Italiam abiret, conſtitueret; bellum decretum gereret; comitia cogeret; dignitates largiretur; & optionem haberet in quibuslibet prouinciis agendi. (y) In ceteris multum quidem valuit auctoritate ſuadendi in comitiis; nihil iubendi poteſtate. Quod tamen decretum erat in comitiis, maieſtatis ergo regio nomine adminiſtratum. (z)

IX. Hæc COMITIA, vt olim, nunc frequenter habita; non certis autem locis, nec, vt olim, certis diebus. In cauſis ad illa referri ſolitis mutatum nihil. Principum cauſæ in illis diſceptatæ ſunt, & pœnæ dictatæ. Clientelæ etiam ibi iudicatæ. De legibus latis, reliquisque cauſis comitiorum, dicere porro nihil attinet. Vota nondum ad- *Comitiorum iura.*

 huc

(y) *Auctor Vitæ Meinwerci cap.* X. DITMARVS *lib.* II. *pag.* 337. *lib. VII. pag.* 412. 413. REGINO *Contin. ad ann.* IↃCCCCLII. LIV. LVI. LXI. WIPPO *Vita Conradi pag.* 429.

(z) WITTICHINDVS *Annal. lib. II. pag.* 644. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* IↃCCCCLIV.

Digitized by Google

huc numerata, ſed ponderata & æſtimata. (a)

*Ordines regni.*

X. ORDINES regni fuere *Epiſcopi, Abbates, Duces, Comites, & Vrbium principes.* (b) Omnes prouinciæ ſuos habuere DVCES, eosque eligendi poteſtatem, licet raro præterirent filios Ducum. (c) Adhuc tum officium erat Ducum & Comitum: ſed fere cœperat eſſe hæreditarium. (d) Huius Ducalis officii

*Officium Ducum.*

(a) DITMARVS *lib. IV. pag.* 351. *lib. VII. pag.* 402. 412. WITTICHINDVS *Ann. lib. II. pag.* 644. LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* IↃCCCCLXXVII. *Diploma Ottonis de ann.* IↃCCCCLXVI. *apud* SAGITTARIVM *Antiquit. Magdeburg. num.* LXXXIX. *pag.* 54.

(b) *Vita S. Meinwerci cap.* XLII. ADELBOLDVS *Vita Henrici S. cap.* VI. Natu maiores. Senatus. Primatus. WITTICHINDVS *Ann. lib.* I. *pag.* 637. DITMARVS, *lib.* I. *pag.* 328. *lib.* II. *pag.* 331. *lib. VI. pag.* 390 *Contin.* REGINONIS *ad ann.* IↃCCCCLXVI. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃXXIV.

(c) ECKARDVS *Iun. de Caſibus S. Galli cap. I.* DITMARVS *lib.* V. *pag.* 368.

(d) CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* IↃCCCCLXXXV. DITMARVS *lib.* VI. *pag.* 376. 378.

Digitized by Google

ficii inſignia quandoque erant, & variis modis augebantur, iura. Prouinciæ nomine bella ſubinde a Ducibus geſta; fœdera ſancita; caſtella exſtructa; comitia ſingularia habita. (*e*) Tarde per maximas turbas a Ducibus ventum ad oppreſſionem Comitum, & prouinciarum plenum occupatum imperium: quod alieno modo nomine antea tractabatur.

XI. COMITVM iam multiplicati ſunt gradus. *COMES PALATINVS RHENI* in principis dignatione ſemper habitus; nullique ſubiectus prouinciæ Duci. (*f*) *MARCHIONES* Marcis, ſeu limitibus, defendendis dati: nondum vero hac ætate ex Ducum prouinciis ſunt exemti. (*g*) Vt olim, iudiciis comites

*Gradus & officium comitum.*

(e) HEPIDANNVS *ad ann.* IↃCCCCXIII. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* IↃCCCCLXXXVII. DITMARVS *lib.* V. *init. pag.* 365. ECKARDVS *de Caſibus S. Galli cap.* X.

(f) WITTICHINDVS *Annal. lib. II. pag.* 642. OTTO FRISINGENSIS *de Geſtis Frid. I. lib. II. cap.* XXVIII. *pag.* 470.

(g) ADELBOLDVS *Vita Henrici S.*

Digitized by Google

tes præſederunt: verum & amplioris poteſtatis arripiendæ non inde defuerunt occaſiones. (*h*) VRBIVM PRINCIPES adpello miſſos ad comitia ex vrbibus, quæ regi ſuberant & imperio, absque intermedia Ducis Comitisue poteſtate. (*i*)

*Ciuitates imperii.*

*Leges, Conſuetudines.*

XII. Nouas LEGES & ſanctiones nunc quidem paucas reperimus. Priſcis placuit ſtare moribus & inſtitutis. Laudantur Francica, Saxonica, iura; imo & ſingulare ius Suſaticum. Legem de pace publica ſolennem, & Conradus, & Henricus, reges tulerunt. Sæpe etiam in comitiis de ea ſeruanda actum. (*k*) Me-

*Cap. V. coll. cum* DITMARO *lib. V. pag.* 368. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* IↃCCCCXCIV.

(h) DITMARVS *lib.* V. *pag.* 368. *lib.* VII. *pag.* 412. *Auctor Vitæ Henrici S. apud* GRETSERVM *de Diuis Bamberg. cap.* XI.

(i) ADELBOLDVS *Vita Henrici cap.* XLII. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃXXI.

(k) DITMARVS *lib.* V. *pag.* 368. WITTICHINDVS *lib.* II. *pag.* 645. OTTO FRISINGENSIS *Hiſt. Frid. I. lib. II. cap.* XXVIII. ADELBOLDVS

Memorabilis ceteroquin fuit diſceptatio controuerſiæ gladiatoria, quæ Ottoni Steilæ placuit, cum dubitaretur, an nepotes parentum locum in hæreditatibus repræſentare poſſint? (*l*)

XIII. MILITIAM Henricus Auceps non parum emendauit. Cum ante ſolum prope penes peditem robur fuiſſet: & equitem hic copioſum optimeque inſtructum adiecit. Quod ſera etiam eſſent auxilia, cum ſoli militarent ingenui atque nobiles: mercede placuit conducere, qui ſemper præſto forent. (*m*) Idem non vrbes modo condidit, ſed & eas muniuit, adeoque hoſtibus vaſtandi Germaniam occaſionem ademit. (*n*) *Militiam.*

XIV.

*in Vita Henrici S. cap.* XLII. GOLDASTVS *Conſtit. Imper. Tom. III. pag.* 301.

(l) WITTICHINDVS *Annal. lib.* II. *pag.* 644. SIGEBERTVS GEMBLAC. *ad ann.* IↃCCCCXLII.

(m) WITTICHINDVS *lib.* II. *pag.* 643. SIGEBERTVS GEMBLAC. *ad ann.* IↃCCCCXXII.

(n) WITTICHINDVS *lib.* I. *pag.* 639.

Digitized by Google

*Iudicia.* XIV. IVDICIORVM priſcæ rationes non mutatæ ſunt. Reges ipſos pro iudiciis in vrbibus præſediſſe, paſſim exempla obuia ſunt. (*o*) Qui in vrbes traducti ſunt nobiles, & ingenui, maxime magiſtratus cœperunt gerere. Inde *Patriciatus* honore ornatarum familiarum in non paucis vrbibus origines. (*p*)

*Inſtituta priuata.* XV. In PRIVATIS Germanorum INSTITVTIS, quod abludat a priſcis Germaniæ moribus, parum adhuc quicquam repereris. *Κυνοφορίας rationes.* Κυνοφορία, ſiue canum portatio, ideo videtur pœnæ loco principibus ſubinde dictata eſſe; vt meminerint, non recedi impune ab auita fide & integritate, eiusque negligentes merito ad canes doctores amandari. (*q*)

XVI.

(o) CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃII. *Auctor Vitæ Henrici cap.* XI. WIPPO *in Vita Conradi Salici. pag.* 429. 442.

(p) *Patricii* more Romanorum dicti. LIVIVS *lib.* X. *cap. VIII.*

(q) WITTICHINDVS *lib.* II. *pag.* 644. OTTO FRISINGENSIS *de Geſtis Frid.* I. *lib.* II. *cap.* XXIIX.

Digitized by Google

XVI. VRBES plurimas condidiſſe Henricum, non ideo incommode THESEVM GERMANIÆ adpellatum, ſatis notum eſt. (*r*) Harum aliæ in Ducum erant prouinciis; aliæ datæ epiſcopis, vt in vrbibus habitarent; aliæ imperio ſuberant, & ſoli regi. Omnes commercia bene a regibus curata reddiderunt opulentiores. (*s*) *Argentifodinæ*, in Hercyniis montibus imperante Ottone Magno primum apertæ, largam etiam opes augendi dederunt copiam. (*t*) *Vrbium rationes & Commercia.*

XVII. PRINCIPVM GERMANIÆ modo maior & illuſtrior ſurgit memoria. *Boioaria* poſt Arnulphi filios exauctoratos ſolos fere regii ſanguinis principes duces habuit: *HENRICVM*, Ottonis M. fratrem, *HENRICVMQVE RIXOSVM*, filium, *Germaniæ principis notitia.*

(r) DITMARVS *lib.* I. *pag.* 328.
(s) DITMARVS *lib.* V. *pag.* 368. HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib.* 1. *cap.* XI.
(t) DITMARVS *lib.* II. *pag.* 333 OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* XXIV. SIGEBERTVS GEMBLAC. *ad ann.* IↃCCCCLXVIII.

Digitized by Google

filium, imperatoris Henrici patrem. Loco Rixoſi Henrici aliquando etiam *OTTO*, Ludolfi filius, Ottonis M. nepos, & illius filius *HENRICVS*, Boioariam rexere; donec reſtitueretur Henricus Rixoſus. *HENRICVS* factus Imperator, affini *HENRICO* Boioariam adminiſtrandam dedit. (*v*) Boioariorum præcipue ius fuit proprium, vt ducem eligerent.

XVIII. *Alemannia* varios habuit principes; *HERMANNOS*, *BVRCARDOS*, & *LVDOLFVM*, Ottonis M. filium. (*x*) In *Lotharingia* fuere *GISELBERTVS*, *OTTO*, *CONRADVS*, *CAROLVS*, *OTTO*, *GODEFRIDVS*: præter quod Colonienſis Præſul aliquandiu rexit Lo-

(v) WITTICHINDVS *lib.* II. *pag.* 644. 649. LAMBERTVS SCHAFFNAB. *ad ann.* IↃCCCCLXXIV. VI. SIGEBERTVS GEMBLAC. *ad ann.* cIↃII. ADELBOLDVS *Vita Henrici S. cap.* XXXII.

(x) WITTICHINDVS *lib.* III. *init.* *Contin.* REGINONIS *ad ann.* IↃCCCCLIV. HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* cIↃIV.

Digitized by Google

Lotharingiam. (*y*) *Saxonia* præter ipſos reges, qui Saxoniæ duces fuere, habuit ducem *HERMANNVM BILLINGIVM*, ab Ottone M. in Saxonia conſtitutum ducem ; eius porro filium, *BERNONEM*, & *BENNONEM*, ſeu *Bernhardum*, nepotem. (*z*) Nec parum fuere illuſtres *FRIDERICVS*, Miſniæ Marchio; cum *Brunonis* fratris filio *RIDACO*, & *Guntheri* filio *ECKARDO*, æmulo Henrici imperatoris : cui cæſo *ECKARDVS II.* filius ſucceſſit. (*a*)

XIX. In *Franconia*, poſt *EBERHARDVM*, *CONRADVS SAPIENS*, idem Lotharingiæ ac Franconiæ, dux fuit.

Z Eius

(y) *Continuator* REGINONIS *ad ann.* IↃCCCCXXXIX. XL. XLIII. LIII. LIV. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad an.* IↃCCCCLXXVII. XCI. cIↃV. Bruno Colonienſis Dux Lotharingiæ. *Contin.* REGINONIS *ad ann.* IↃCCCCLIII.

(z) WITTICHINDVS *lib. III. Annal. fin.* DITMARVS *lib.* II. *pag.* 337. *lib.* IV. *pag.* 349. ADELBOLDVS *Vita Henrici S. cap.* V.

(a) DITMARVS *Merſeburgenſis lib. IV. pag.* 348. *lib. V. pag* 365. ADELBOLDVS *Vita Henrici S. Cap. V.*

Digitized by Google

Eius filius *OTTO*, & nepos *HENRICVS*, *CONRADI* imperatoris pater, non minus auitam dignitatem tenuerunt. (*b*) *Ad Rhenum Palatini Comites*, præter *EBERHARDVM*, Francum, *HERMANNVS*, Arnulphi Bauari filius, cum *EZONE* filio, celebrantur. (*c*)

## *CAPVT IX.*

# STATVS SACRARVM RERVM.

I.

*Cura prolatandi veram religionem.*

Non erat tunc in Germania præter Sclauicas quasdam terras regio, quæ non purioribus ſacris imbuta eſſet. Ipſis Sclauis ad veritatem adducendis multa data, nec fruſtra, opera. Hoc etiam decus Germaniam ex hac ætate manet, eius

(b) REGINO *ad ann.* IↃCCCCXXXVII. *Vetus Chronicon apud Lambecium Tom.* II. *pag.* 194. WIPPO *Vita Conradi Sal. pag.* 425.

(c) DITMARVS *lib.* IV. *pag.* 360. *Monachus* BRVNWILLERENSIS *de Ezone, Comite Palatino Rheni, in Prologo pag.* 313. *& ibi Interpolator.*

eius ſolertia inluminatos Danos, Suecos, Polonos, & denique Hungaros, Chriſto dediſſe nomina. (*d*)

II. Multam autem & laudabilem noſtri reges geſſerunt curam, vt religionem quam maxime puram redderent. Id, quantum & ad doctrinam, & ad Cleri mores, pertinuit, conati efficere in SYNODIS, quas frequenter habuerunt. Notum concilium *Erfurtinum*, in quo Henrici auſpiciis de Simonia tollenda actum. Nota etiam *Ingelhemenſe*, *Auguſtanum*, *Tremonienſe*, aliaque concilia, variis doctrinis diſputandis data. (*e*) *Synodi Germ.*

III. Et quidem valde erat opus, vt non doctrina modo expurgaretur, *Mores improbi ſacerdotum.*



(*d*) HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib.* I. *cap.* XI. ADAMVS BREMENSIS *Hiſt. Eccl. lib.* II. *cap.* II. III. SIGEBERTVS GEMBL. *ad an.* cIↃX. LAMBERTVS SCHAFFNABVRG. *ad an.* IↃCCCCLX. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* IↃCCCCLVII. LIX. LX.

(*e*) *Contin.* REGINONIS *ad ann.* IↃCCCCXXXVI. XLVIII. GLABER RODVLPHVS *lib.* V. *cap.* V. SIGEBERTVS GEMBL. *ad ann.* IↃCCCCXXII. DITMARVS *lib.* VI. *pag.* 380.

tur, quæ multis modis inquinari cœperat, ſed vt maxime vita ſacerdotum, quæ modo peſſima eſſe cœperat, emendaretur. Romæ nequiſſimi hominum non pauci Pontifices Maximi erant. (*f*) Quid ſperari poterat a reliquis ſacerdotibus, quorum mores exempla ſummorum ſacerdotum, qui Romæ agebant, plerumque formabant?

IV. Sane in noſtra Germania paucos nunc ſacerdotos, aut vita, aut eruditio, commendarunt. Donis & muneribus ad præcipua ſacrorum miniſteria graſſari, ſeculum vocarunt. Opes voluptatibus, honores ſuperbiæ, laxarunt frena. Canonici, quos vocant, cum ante vna egiſſent, ſacrisque vacaſſent laboribus,

(f) LIVTHPRANDVS *Hiſtor. lib.* VI. *cap.* VII. IX. ALBERICVS MONACHVS TRIVM FONTIVM *ad ann.* IↃCCCCXCVIII. XCIX. PLATINA *in Vitis Paparum huius æui.* ROLEWINCK *Faſcicul. Temporum. Æt.* VI. *ad ann.* IↃCCCCIV. *pag.* 68 *ad ann.* IↃCCCCLIV. *pag.* 69. *ſequ.* BARONIVS *Ann. Eccleſ. ad an.* IↃCCCC. IↃCCCCXXXIII. *& paſſim alibi.*

Digitized by Google

bus, agere cœperunt ſeparatim, & genio, vt liberet, indulgere. (*g*) *Scholæ*, a Carolo imperatæ & inſtitutæ, bonæque adeo omnes litteræ, maximam partem deſeri, & ignorantia fere in laude haberi. Vnde non male *ferreum & plumbeum ſeculum*, noſtrum hoc plures adpellarunt. (*h*)

V. Vitiis Cleri ab ipſis optimis imperatoribus multam datam eſſe occaſionem, diſſimulari nequit. Copia & omnium rerum adfluentia non potuit non mores corrumpere, & incitare ambitionem, quæ non parum alioquin alebatur. Otto Epiſcopos non ditiſſimos modo, ſed & po- *Vitiorum cleri moralis cauſa.*



(g) GLABER RODVLPHVS *lib.* II. *cap.* VI. *lib.* V. *cap.* IV. V. GVIL. TYRIVS *lib.* I. *cap.* VIII. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃXIV. WERN. ROLEWINCK *Faſcic. Temp. Æt.* VI. *ad ann.* cIↃ. *pag.* 72. BARONIVS *Ann. Eccl. ad ann.* IↃCCCCLXV. *num.* VIII.

(h) GVILH. MALMESBVRIENSIS *Hiſt. Angl. lib.* III. BARONIVS *Ann. Eccl. ad ann.* IↃCCCC. ROLEWINCK *Faſcic. Temp. Æt.* VI. *ad ann.* IↃCCCCIV. *pag.* 68.

Digitized by Google

potentiſſimos, reddidit. Data eis integra territoria: data lata potentia. Principes facti, qui principes dudum audierant. (*i*) Hactenus illi reges optimo animo & conſilio, ſed peſſimo, ſi rem vere æſtimes, euentu.

*Epiſcopatus noui.* VI. Crebri nunc porro conditi EPISCOPATVS in regionibus Sclauicis. Otto Magnus ſolus ſeptem erexit; BRANDENBVRGENSEM, HAVELBERGENSEM, SLESVICENSEM, OLDENBORGENSEM, MAGDEBVRGENSEM, MARTISBVRGENSEM, CIZENSEM, MISNENSEM. MAGDEBVRGI Archiepiſcopatus omnino conſtitutus, eique Primatus Germaniæ tributus. (*k*) Henricus Sanctus BAMBER-

(i) *Chronicon* BELGICVM *Magnum pag.* 80. WITTICHINDVS *lib.* I. *pag.* 638. *Chronicon* MAGDEBVRGICVM *pag.* 274. *Auctor Vitæ Henrici S. apud Caniſium Tom. VI. pag.* 384.

(k) HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib. I. cap. XI.* DITMARVS *lib. II. pag.* 335. *Hiſtoria Erectionis Magdeburgenſis apud Meibomium Tom. I. pag.* 735.

Digitized by Google

BERGENSEM condidit Epiſcopatum, eumque ex omni Archiepiſcopi poteſtate exemtum ſoli Papæ ſubiecit, ſummisque auxit priuilegiis. (*l*) QVEDLINBVRGI ab Henrico Aucupe inſigne monaſterium conditum, illuſtribusque fœminis datum. (*m*)

VII. Quod olim, nunc quoque Epiſcopi præcipua aulæ miniſteria geſſerunt; quot nempe litterarum quædam ſtudia poſcerent. Cupiunt auctores, ab Ottone III. tribus Archiepiſcopis ad Rhenum *ARCHICANCELLARIATVS*, quos adpellant, datos eſſe: vt foret nimirum, quod Archiofficiis ſecularium, quales vocant, principum æquipolleret. (*n*) *Dignitates Eccl.*

VIII. IVRA SACRORVM reges adhuc integra ſeruarunt. Quanta- *Ius ſacrorum.*



(l) DITMARVS *lib.* VI. *pag.* 383. SIGEBERTVS GEMBLAC. *ad ann.* cIↃIV. LEO OSTIENSIS *Chron. Caſſin. lib. II. cap. XLVI.*

(m) *Auctor Vitæ Mathildis Reginæ cap. II. pag.* 196.

(n) ONVPHRIVS PANVINIVS *de Comit. Imper. Cap. VI. num. XXVI ſequ.*

Ottonum Romæ in ſtatuendis Papis fuerit auctoritas; declarauit hiſtoria. In Germania Epiſcopi a regibus ex arbitrio conſtituti ſunt. (*o*) Senſim tamen pedetentimque, nec renuentibus Epiſcopis, Papa cœpit cauſas Epiſcoporum tentare, pallium eis imperare, & his ſimiles ſacræ iurisdictionis actus exercere. Negligentibus ita Regibus modo nondum nunc obſeruata Germaniæ Paparum ſacra tyrannis cœpit adrepere. (*p*)

*LIBER*

(o) LIVTHPRANDVS *lib. VI. Cap. X. XI. Auctor Vitæ Meinwerci cap. X. Hiſtoria Erectionis Magdeb. pag.* 735.

(p) ADAMVS BREMENSIS *Hiſt. Eccl. lib. II. cap. I. XXXIII.* LEO OSTIENSIS *Chron. lib. II. cap. XLVI.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* ccIↃLXIX. *pag.* 177.

Digitized by Google

# LIBER V.

# RES GERMANIÆ SVB FRANCONICIS IMPERATORIBVS, ET LOTHARIO SAXONE.

## CAPVT I.

## FINIVM ET REGIONVM CONSIDERATIO.

I.

Quod noua ætate noſtræ regionis fines fuerint mutati; admodum parum eſt. *Ad occaſum*, Burgundiæ integro regno Germaniæ reddito, rurſus ARARIS, RHODANVSQVE, indeque MOSA, vt olim, & SCALDIS, fluuii, termini contra Gallias fuerunt. (*a*) *Ad auſtrum* ALPIBVS, porro diſterminata eſt Italia. (*b*)

*Raræ finium viciſſitudines.*

 II.

(a) WIPPO *Vita Conradi Salici pag.* 439.
(b) LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS *ad ann.* cIↃLXXVII. *pag.* 247.

II. *Ad ortum* ſeruati eo magis priſci limites, quo impenſius Hungari Sclauicæque gentes premerentur. Sane adhuc VISTVLAM fuiſſe noſtrum, id docet, quod Polonia Ciſuiſtulana, non ſecus ac reliqua Sclauica terra, tractaretur, & omnino ex arbitrio a noſtris regibus diuideretur. (*c*) *Contra ſeptentriones* vltra EIDORAM, quod Germanici eſſet iuris, fertur plane dimiſſum, adeoque priſcis pactionibus conſtitutus terminus eſſe reſtitutus. (*d*)

*Prouinciarum ſtatus.*

*Integræ ſeruatæ prouinciæ.*

III. Prouinciarum quædam admodum diuulſæ ſunt: pars ſeruauit plenam integritatem. Sane ALEMANNIA, quos habuit fines, non legitur mutaſſe. Nec FRANCONIÆ termini, niſi quos *PALATINATVS*

*AD*

(c) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad ann.* cIↃIII. *Reges Winidorum in interiori Germania* : nempe inter Albim & Viſtulam. WIPPO *in Vita Conradi Sal.* *pag.* 438.

(d) ADAMVS BREMENSIS *lib.* II. *cap.* XXXIX. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃXXVI.

Digitized by Google

*AD RHENVM* nuper conditus occupauerat, variati ſunt. BOIOARIA & ipſa manſit integra, qualis quondam fuerat, & omnino acceſſiones ſeruauit, ex Pannonia nuper factas. Quam vero Ludouicus Pius adiecerat *CARINTHIAM*, Italiæ ademtam; reſecaſſe videntur noui reges, & ſingularis ducis adminiſtrationi permiſiſſe. (*e*)

IV. LOTHARINGIA in duas partes abiit diſcreta. Alter Ducatus *LOTHARINGIÆ* porro dictus; alteri Ducatus *RIPVARIORVM* factum nomen. (*f*) FRISIÆ nomen vt olim Belgicæ inſulas & littora late tenuiſſe legitur; adeoque in Lotharingiam fuiſſe admodum protentum. (*g*) Quod in partibus hiſce *Diuulſæ prouinciæ.*

(e) HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* cIↄXLVIII. LAMBERTVS SCHAFFNAB. *ad ann.* cIↄLXXIII. *pag.* 189.

(f) ALBERICVS *ad ann.* cIↄXLIII. XLVIII. WIPPO *Vita Conradi Sal. pag.* 429. *Chronicon* BELGICVM *Magnum pag.* 101.

(g) ALBERICVS *ad an* cIↄLXIIX. XIX. LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.*

Digitized by Google

hiſce admodum potentes comites ſurgerent, mox eorum regiones ſingularia nomina cœperunt gerere. (*b*)

*Saxoniæ rationes.* V. SAXONIA, præter plurimos Epiſcopatus, qui territoria diſtinguendi dederant occaſionem, iam in plures regiones diuiſa eſt: non duce vno, ſed *binis Ducibus*, adhæc *Marchione*, *Palatinoque Comite*, ſuas ſeparatim terras regentibus. (*i*) Iam etiam THVRINGIA, plane rurſus a Saxonia auulſa, præter *Comites* plures, *Marchionem* habuit. A Lothario Landgrafiatus dignitate Thuringia donata eſt. (*k*) *SLESVICENSIS MARCHIONATVS* redditus Danis, adeoque etiam aquilonares Saxoniæ

cIↃLXXI. *pag.* 183. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃCII.

(h) HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* cIↃXLVII. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃCXXIII.

(i) BRVNO *Hiſt. Belli Saxonici ad ann.* cIↃLXXV. DITMARVS MERSEBVRG. *lib.* V. *pag.* 368.

(k) CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃLXI. LXII. LXXXV. *Appendix ad* MARIANVM SCOTVM *ad ann.* cIↃCXXX.

niæ nuper datæ partes mutilatæ ſunt. (*l*)

VI. SCLAVORVM terræ, vt liberet, a noſtris regibus tractatæ ſunt. *MARCHIONATVS BRANDENBVRGICVS* a Miſteuoio II. pene oppreſſus iacuit; nec omni hoc tempore, niſi nomine tenus, potuit reſtitui. (*m*) *POLONI* Sclaui caput iam admodum extulere: nec plenam autem libertatem, licet ſæpe tentatam, ante triſte Germaniæ interregnum potuerunt capeſſere. Polonia a Conrado trifariam diuiſa eſt. (*n*) *Sclauorum terra.*

VII. Noua prouincia BVRGVNDIA *Rheno*, *Alpibus*, *Rhodano*, *Arari* que, contenta, ſine regio nomine, Germanicæ inſtar alius prouinciæ habita eſt. (*o*) Breui autem per ingentes *Burgundiæ ſtatus.*

(l) CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃXXVI.

(m) CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃXXXI. cIↃCI.

(n) WIPPO *Vita Conradi pag.* 438. LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIↃLXXVII. *pag.* 246.

(o) SIGEBERTVS *ad ann.* cIↃXXXIV.

Digitized by Google

gentes Germaniæ turbas Comites Burgundiæ, nouas moliti res, vt fere Lotharingiæ Inferioris Comites, effecere, vt ſinguli ſingulas regiones libere, & vix ſeruata Germaniæ regibus debita clientela, regere viderentur. (*p*)

*Nomina generalia Germaniæ.* VIII. GERMANIÆ, TEVTONIÆ, & TEVTONICORVM REGNI, generalia nomina paſſim adhuc promiſcui fuere vſus. (*q*) Nec deſitum FRANCOS Germanos, & ORIENTALEM FRANCIAM Germaniam adpellare. (*r*) Cœpit etiam ALEMANNIÆ vocabulum

(p) OTTO FRISINGENSIS *Hiſt. Frid.* I. *lib.* I. *cap.* XI.

(q) DITMARVS *lib.* VII. *pag.* 418. LAMBERTVS SCHAFFNAB. *ad ann.* cIↄLXXVII. *pag.* 246. BERTOLDVS CONSTANTIENSIS *ad ann.* cIↄLXXXI. CONRADVS VRSPERGENSIS *Chron. ad ann.* cIↄCXVI *pag.* 199. *THEOTISCI Vita S. Bernwardi Hildeſienſis Epiſcopi cap.* XXV. *pag.* 453.

(r) WIPPO *Vita Conradi Sal. pag.* 423. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↄXL.

Digitized by Google

lum cum tota Germania modo communicari. (*s*)

*CAPVT II.*

# RES CONRADI SALICI IMPERATORIS.

I.

CONRADVS ab Henrico, non alioquin dum viueret, eius amico, optimo, dum moreretur, animo & conſilio principibus commendatus; continuo ab omnibus Germaniæ populis, in planitie quadam inter Moguntiam & Wormatiam, electus eſt: electionem dirigentibus Epiſcopis, ordinantibus ducibus, probantibus vtroque *Conradorum*, & *Maiore* & *Minore*; quorum mutuæ de adprobanda populi voluntate pactiones ſolennem electionem præceſſerant. Electus Maior Conradus a Moguntino inauguratus eſt. Reginam Giſelam Colonienſis coronavit. (*t*)

*Electio Conradi.*

An. cIɔXXIV.

II.

(s) BERTOLDVS *ad ann.* cIɔXCI. XCV. *pag.* 365. 374. OTTO FRISINGENSIS *Hiſt. Frid. I. lib. I. cap. VIII.*

(t) WIPPO *Vita Conradi Salici pag.* 424.

Digitized by Google

*Eius natales & ingenium.* II. Fuit *CONRADVS* ex nobiliſſima, Saliorum Francorum ſtirpe profecta, domo oriundus; *HENRICI* filius, *OTTONIS* nepos, *CONRADI* pronepos, *OTTONIS* M. ex *Luitgarde* abnepos (v) & ipſe non minus, ac coniux *GISELA*, cum Saxonicam, tum Carolingicam, imperatorum familiam multa neceſſitudine contingens: vnde etiam nimia cum coniuge propinquitas ei legi-

*vſque* 428. OTTO FRISINGENSIS *lib.* VI. *cap.* XXVIII. LEO OSTIENSIS *lib. II. cap. LVIII. Vita S. Meinwerci Paderborn. cap.* XCIII. *pag.* 557. GOTFRIDVS VITERB. *P. XVII. pag.* 484. SIGEBERTVS GEMBL. HERMANNVS CONTR. CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS, *ad ann.* cIↄXXIV. LAMBERTVS SCHAFFN. *&* MARIANVS SCOTVS, *ad h. a.* ALBERTVS STADENSIS *&* CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* cIↄXXV.

(v) *Vetus Chronicon apud* LAMBECIVM *Bibl. Vindob. Comment. Tom. II. pag.* 194. WIPPO *pag.* 425. OTTO FRIS. *Chron. lib. VI. cap. XXVIII. XXXII.* HERMANNVS CONTR. *&* ALBERICVS *ad ann.* cIↄXXIV.

Digitized by Google

legitur exprobata eſſe. (*x*) Animo fuit tanto principe dignisſimo: veræ laudis cupido, forti, prouido, benigno, & præcipue liberali. Imperium invenit tutum, & egregiæ maieſtatis; nec modo conſeruatum tale, ſed etiam auctius dignitate, obiens dimiſit. (*y*)

III. Primum ipſi per Germaniæ regiones & Aquasgrani iter fuit; vt laudabili regum exemplo præſens curaret iuſtitiam. (*z*) Conſtantiæ Italorum legati in fidem ſunt accepti: ſed Ticinenſibus, qui protinus ab obitu Henrici regium palatium deſtruxerant, pœna denunciata eſt. (*a*) Inde quidem *Boleslaus*, & hoc fatis functo, *Miſeio* filius, Poloniam turbabat: (*b*) *Prima negotia.* An. cIↃXXV.



(x) WIPPO *pag.* 428. OTTO FRIS. *loc. cit.* DITMARVS *lib. VIII. pag.* 415. ALBERICVS *ad ann.* cIↃXXIV.

(y) WIPPO *pag.* 427. OTTO FRISING. *lib.* VI. *Chron. cap.* XXVIII.

(z) WIPPO *Vita Conr. Sal. pag.* 429.

(a) WIPPO *Vita Conr. S. pag.* 424. 430.

(b) WIPPO *pag.* 431. OTTO FRIS. *lib.* VI. *Chron. cap.* XXVIII. CHRONO-

Digitized by Google

in Germania *CONRADVS* Francus, *ERNESTVS* Sueuus, *FRIDERICVS* Lotharingus, res nouas moliebantur. (*c*) Hiſce tamen ſpretis motibus, bona cauſa ceterorumque principum fauore fretus, impetrauit, vt filius *HENRICVS* ſucceſſor deſignaretur; (*d*) ipſeque pro imperii maieſtate propugnaturus per Burgundiam intrauit in Italiam.

An. cIↃXXVI.

*Expeditio Ital. I.*

IV. Multa ibi glorioſe acta. Caſtigati rebelles. Iura noua in Roncaliis lata. Corona & Mediolani & Modoetiæ ſuſcepta. Inde Romam ven-

GRAPHVS SAXO *&* ALBERICVS *ad ann.* cIↃXXV.

(c) WIPPO *in Vita Conr. S. pag.* 431. OTTO FRIS. *loc. cit.* HERMANNVS CONTR. *&* ALBERTVS STAD. *ad ann.* cIↃXXV. ALBERICVS *ad ann.* cIↃXXVII. HEPIDANNVS *ad ann.* cIↃXXXI.

(d) WIPPO *pag.* 432. OTTO FRISING. *loc. cit.* HERMANNVS CONTRACTVS, MARIANVS SCOTVS, CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS, *ad ann.* cIↃXXVI. VITA *S. Godehardi Hildeſienſis cap. IV. pag.* 493.

Digitized by Google

ventum; & imperatoriæ dignitati Conradus cum coniuge inauguratus. Romanorum mala fides ſeuere compreſſa. Denique extrema Italiæ penetrata, & Normanni accepti in clientelam, parteque regionis donati. Quibus rebus proſpere geſtis repetita eſt Germania, natisque & adhuc flagrantibus turbis mature ſubuentum. (*e*) An. cIↄXXVII

V. Auguſtæ Vindelicorum in comitiis patriæ proditores accuſati, & damnati. (*f*) *Erneſtus*, priuignus *Auguſtana Comitia.*

 Con-

(e) WIPPO *Vita Conr. S.* 432. *pag.* 433. 434. OTTO FRISING. *lib.* VI. *Chron. cap.* XXVIII. XXIX. WIBERTVS *in Vita Leonis* IX. *lib.* I. *cap.* VII. *apud Surium* XIX. *April. pag.* 195. *Auctor Vitæ Meinwerci cap.* XCVII. *pag.* 558. ARNOLDVS *in Vita S. Godehardi Hildeſienſis cap. IV. pag.* 493. HERMANNVS CONTR. LAMBERTVS SCHAFFNAB. SIGEBERTVS GEMBL. CHRONOGRAPHVS SAXO, *ad ann.* cIↄXXVII. MARIANVS SCOTVS *ad h. a.* ALBERICVS *ad ann.* cIↄXXVIII. HEPIDANNVS *ad ann.* cIↄXXXII. XXXIII. ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS, *ad ann.* cIↄXXVI.

(f) WIPPO *Vita Conradi pag.* 434.

Conradi, poſtquam in itinere Italico in gratiam eſſet receptus, iterum rebellis factus, nunc, cum ſe dedere coactus eſſet, Gibichenſteinum ductus eſt. (g) *Conradus* & *Fridericus* deprecati iniuriam, & benignius habiti. *Adelbero*, dux Carinthiæ, mulctatus exilio. (h) Inde ductum contra *Miſeconem* Polonum, isque ex prouincia expulſus, quæ *Ottoni*, Miſeconis fratri, tradita eſt. (i)

*Henricus filius Rex.* An. cIɔ-XXVIII. VI. Proximo anno Henricus, Conradi filius, Aquisgrani regiæ dignitati inauguratus eſt. (k) Tum bel-

(g) WIPPO *Vita Conradi pag.* 431. 434. HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* cIɔXXVIII.

(h) WIPPO *pag.* 435. CHRONOGRAPHVS SAXO *&* *Annales* HILDESHEIMENSES *ad ann.* cIɔXXXVI.

(i) OTTO FRISINGENSIS *lib. VI. Chron. cap. XXIIX.* ALBERICVS *ad ann. cIɔXXVI.* ALBERTVS STADENSIS *ad ann. cIɔXXVII.*

(k) WIPPO *Vita Conr. Sal. pag.* 436. *Vita Meinwerci cap. XCIX. Vita S. Godehardi Hildeſienſis Cap. IV. pag.* 493. SIGEBERTVS *&* ALBERICVS *ad ann. cIɔXXVII.* LAMBERTVS SCHAFFN. HERMANNVS CONTRACTVS, CHRONOGRAPHVS

Digitized by Google

bellum cum Sclauis & Bohœmo duce adminiſtratum, & aliquot continuos annos proſpere geſtum. (*l*) Interea Erneſtus dux, Alemanniæ reſtitutus, iterum mouit ſeditionem: ſed protinus captus, conſilio principum proſcriptus, & ab Epiſcopis omnino, quod aiunt, excommunicatus eſt. *HERMANNVS*, Erneſti mox cæſi frater, Alemanniæ præficitur. (*m*)

cIↃ XXIX.

An. cIↃ XXX.

*Erneſtus rebellis proſcriptus.*

VII. Succeſſit Hungaricum bellum, quod *Stephanus*, nouus Rex, ma-

*Hungaricum bellum.*



SAXO, *ad ann. cIↃXXVIII.* HEPIDANNVS *ad ann. cIↃXXXIV.*

(l) WIPPO *Vita Conr. Sal. pag.* 439. 440. AVCTOR *Vitæ Meinwerci cap. CVIII.* HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib. I. cap. XIX.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad ann. cIↃXXIX.* HERMANNVS CONTRACTVS, *Annales* HILDESHEIMENSES, CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann. cIↃXXXV.* ALBERTVS STADENSIS *ad ann. cIↃXXXII. XXXVI.*

(m) WIPPO *pag.* 436. OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib. VI. cap. XXIX.* ALBERICVS *ad ann. cIↃXXIX.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann. XXX.* HEPIDANNVS *ad an. XXXVI.*

Digitized by Google

manum inferre Boioariæ, conaretur: quaſi ea, ob ductam Henrici Imperatoris ſororem Giſelam, filio deberetur. Vix autem ſumta arma, cum ponerentur: re per Epiſcopos compoſita, & Stephano per Henricum regem Conrado reconciliato. Boioaria relicta *HENRICO*, Henrici, quem ducem Henricus imperator conſtituerat, filio. (*n*)

An. cIɔXXXI.

*Burgundia vindicata.* cIɔXXXII

VIII. Paulo poſt obiit *RVDOLPHVS*, Rex Burgundiæ: cum quo varia pacta, & ab Henrico, & a noſtro Conrado, de Burgundia interceſſerant. Conradus, ſcriptus a Rudolfo regni hæres, confeſtim adiit illud; & oppreſſo *Odone*, Campaniæ Co-

(n) WIPPO *pag.* 436. AVCTOR *Vitæ Meinwerci. cap.* CV. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad ann.* cIɔXXIX. MARIANVS SCOTVS *ad ann.* XXIX. *&* XXXI. HERMANNVS CONTRACTVS, ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS, *& Annales* HILDESHEIMENSES, *ad an.* XXX. XXXI. LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS, ALBERICVS, ALBERTVS STADENSIS, *ad an.* XXX. HEPIDANNVS *ad ann.* XXXVI.

Digitized by Google

Comite, ipſe rex coronatus eſt, omnemque populum in fidem accepit. (o) Nouas deinde iterum res molitus Odo ex Burgundia Germanorum virtute expellitur, & demum poſt aliquot annos a Lotharingis cæditur. Burgundia pacata in Germanici imperii complexionem accipitur. (p) An. cIↄXXXIII

Aa 4 IX.

(o) WIPPO *Vita Conr. Sal. pag.* 431. 433. 435. 438. 439. OTTO FRISINGENSIS *lib. VI. cap. XXX.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *P. XVII. pag.* 486. HERMANNVS CONTRACTVS, *&* MARIANVS SCOTVS, *ad ann cIↄXXXII.* ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS, *ad h. a.* SIGEBERTVS *&* ALBERICVS *ad ann.* cIↄXXXIV. HEPIDANNVS *ad ann.* cIↄXXXVIII.

(p) WIPPO *pag.* 439. 441. HVGO FLAVINIACENSIS *Chron. num.* XXIX. *pag.* 185. HERMANNVS CONTRACTVS, LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS, MARIANVS SCOTVS *&* CHRONOGRAPHVS SAXO, *ad ann.* cIↄXXXIII. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, *&* ALBERICVS, *ad ann.* XXXV. HEPIDANNVS *ad ann.* XXXIX. XL. ALBERTVS STADENSIS, *&* CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* XXXIII. XXXIV.

Digitized by Google

*Bohemicum & Polonicum bellum.* IX. Eodem tempore & *Sclaui* bellis premuntur, & ex iis *Poloni Bohemique* plane debellantur. *Miſeco*, Polonus, non alia lege reſtituitur, niſi vt tertia Poloniæ contentus parte reliquis cederet; quas ſingulis principibus Conradus gubernandas tradidit. (*q*) *Vdalricus*, Bohœmus, miſſus in exilium, poſt biennium demum prouinciæ redditur. (*r*) Extremi *Lutizi*, ſeu *Wilſi*, Sclaui, acri bello fatigati perdomantur; & leges victoris ſubeunt. (*s*)

An. cIɔ-XXXIV.

cIɔ-XXXV. VI.

X.

(q) WIPPO *Vita Conradi Sal. pag.* 438. OTTO FRISINGENSIS *lib. VI. Chron. cap. XXIIX. Monachus* BRVNWILLERENSIS *de Ezone & Mathilde C. P. R. cap. III. pag.* 320. CHRONOGRAPHVS SAXO & *Annales* HILDESHEIMENSES. *ad ann.* cIɔXXXII. Perperam ALBERICVS *ad ann.* cIɔXXVI.

(r) CHRONOGRAPHVS SAXO & *Annales* HILDESHEIMENSES, *ad ann.* cIɔXXXII.

(s) WIPPO *Vita Conr. Sal. pag.* 439. *Auctor Vitæ S. Meinwerci cap.* CVIII. ADAMVS BREMENSIS *lib. II. cap.* XXXIX. *Monachus* BRVNWILLERENSIS, *loc. cit.* HERMANNVS CONTRACTVS, *Annales* HILDES-

X. Inter hæc graues ex Italia motus nunciati: quos compreſſurus Conradus, poſtquam Henrico filio *Canuti* Danorum Regis filiam deſponſaſſet, eademque occaſione Transeidoranam prouinciam Danis reſtituiſſet, in Italiam mouit. (*t*) Imperatorio ibi iure acta omnia. Compreſſi & ſeuere vindicati rebelles: nec impuniti manſere Epiſcopi. In Apulia Normannis pax imperata, & nuper conſtituta clientela ſtrenue defenſa. (*v*)

*Expeditio Ital. II.* An. cIↄ-XXXVII. cIↄ-XXXIIX.

Aa 5 XI.

HEIMENSES, CHRONOGRAPHVS SAXO, *ad ann.* cIↄXXXV. ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* cIↄXXXVI.

(t) ADAMVS BREMENSIS *lib.* II. *cap.* XXXIX. CHRONOGRAPHVS SAXO, *ad ann.* cIↄXXVI. ALBERTVS STADENSIS *&* CONRADVS VRSPERG. *ad ann* cIↄXXXVI. HEPIDANNVS *ad ann* XL. XLII.

(v) WIPPO *Vita Conradi Sal. pag.* 440. 441. OTTO FRISINGENSIS *lib. VI. Chron. cap. XXXI.* LEO OSTIENSIS *Chron. Caſſin. lib. II. cap.* LV. HERMANNVS CONTRACTVS, *Annales* HILDESHEIMENSES, CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS, *ad ann.* cIↄXXXVII.

Digitized by Google

*Reditus per Burgundiam in Germaniam.*

cIↄ-XXXIX.

XI. Hiſce in Italia actis per Burgundiam in Germaniam rediit. In Burgundia Henricum filium regem conſtituit, nouasque Burgundionibus leges ſanxit. (*x*) In Germania vltra memorabile nihil geſtum, niſi quod Goslariæ Ludouico Comiti varia in Thuringia prædia donata ſunt: quæ celebris Landgrafiatus fuere initia. (*y*) Conradus Traiectum ad Rhenum profectus ibi obiit, Spiramque corpus deduci iuſſit. (*z*) Ex

*Obitus & familia Conradi.*

ALBERICVS *ad ann.* cIↄXXXVIII. SIGEBERTVS GEMBL. *ad ann.* cIↄ-XXXIX. HEPIDANNVS *ad an.* XLIII.

(x) WIPPO *pag.* 442.

(y) CHRONOGRAPHVS SAXO *ad an.* cIↄXXXIX. *Hiſtoria Land-Graf. Thuringiæ cap. XI. pag.* 913.

(z) WIPPO *Vita Conr. Sal. pag.* 442. 443. OTTO FRISINGENSIS *lib. VI. Chron. cap.* XXXI. HERMANNVS CONTRACTVS, LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS, MARIANVS SCOTVS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS, *Annales* HILDESHEIMENSES, ALBERTVS STADENSIS, *&* CONRADVS VRSPERGENSIS, *ad ann.* cIↄXXXIX. Male HEPIDANNVS *ad ann.* cIↄXLV.

Ex coniuge *GISELA*, HENRICI regis, & filiarum MATHILDIS, atque BEATRICIS, illius ante conſummatum cum *Henrico* Galliæ rege matrimonium exſtinctæ, huius, quod quidam cupiunt, *Bonifacio*, Tuſciæ duci, nuptæ, pater exſtitit. (*a*)

## *CAPVT III.*

# RES HENRICI III. IMPERATORIS.

### I.

HENRICVS, Conradi filius, ex corporis habitu *Niger* dictus; (*b*) vt pater, fortis, prudensque *Henrici ingenium.*

(a) WIPPO *Vita Conradi Sal. pag.* 439.

(b) *HENRICVS* Conradi filius. WIPPO *Vita Conr Sal. pag.* 436. *Vita Meinwerci cap.* CXVII. *pag.* 562. *Ipſe* HENRICVS *in Diplomate Monaſterio Goslarienſi dato an* cIↃL. *apud Leuckfeldum in Append. Antiquit. Pœldenſium. pag.* 277. *Num. V.* Fabulas adeoque narrant GOTFRIDVS VITERBIENSIS P. XVII. *pag.* 487. 488. SIFFRIDVS PRESBYTER *ad ann.* cIↃXXV. *pag.* 690. 691. *NIGER* vocatur ab ENGELHVSIO *in Chron. pag.* 1085.

Digitized by Google

que fuit princeps, optimeque imperii ſeruauit maieſtatem: ſed ambitione, auaritia, nimiaque auſteritate & ſeueritate, fecit, vt, cum ipſe omnibus eſſet metui, paucis amori, paſſim ſererentur odia, in Henrici filii imperio, maximo Germaniæ maieſtatis detrimento, commodo data occaſione eruptura. (*c*)

An. cIↃ-XXXIX. *Bohœmicum bellum.* cIↃXL. XLI.

II. A Patris obitu, poſt funus honorifice Spiram ductum, continuo Goslariam profectus eſt, Saxonesque in ampliorem accepit fidem. (*d*) Inde Bohœmia intrata, cuius dux *Bretislaus* Poloniam vaſtauerat. Primo anno parum feliciter bellum, ſed noua æſtate feliciſſime, adminiſtratum: coactusque Bretislaus dux

(c) OTTO FRISINGENSIS *lib. VI. Chron. cap.* XXXII. GOTFRIDVS VITERBIENSIS *Parte* XVII. *Chron. pag.* 491. HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* cIↃXLIII. LIII. ALBERICVS *ad ann.* cIↃXL.

(d) Teſtimonio ſunt Diplomata Henrici III. apud SCHATENIVM *lib. VI. Annal. Paderborn. pag.* 518. *ſequ.*

Digitized by Google

dux pacem rogare, & ſuppliciter regem Ratisbonæ venerari. (*e*)

III. Hungaricum, quod ex Bohœmico tractum eſt, bellum fuit diuturnius. *Petrus* rex contra Henricum Bohœmis miſerat auxilia: inde odia. Ipſe quidem Petrus mox expulſus ex regno ad Cæſarem confugit, & in gratiam accipitur. Sed bellum ſumtum contra Hungaros, & regni vſurpatorem *Ouonem*. Victi Germanicum acceperunt principem: quo fugato ab Ouone, repetitum bellum; & poſt repetitam victoriam Petrus, exul rex, reſtitutus, atque Hungaria in Germaniæ clientelam plene traducta (*f*)

*Hungaricum bellum.* cIↃXLII.

An. cIↃXLIII. IV.

IV.

(e) OTTO FRISINGENSIS *lib.* VI. *cap.* XXXII. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, HERMANNVS CONTRACTVS *&* LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS, *ad ann.* cIↃXL. XLI. MARIANVS SCOTVS, *Annales* HILDESHEIMENSES, ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS, *ad ann.* cIↃXLI. XLII. ALBERICVS *ad ann.* cIↃXL. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃXL. XLII. HEPIDANNVS *ad an.* cIↃXLVI. XLVII.

(f) OTTO FRISINGENSIS *lib.* VI.

Digitized by Google

*Burgundici & Lotharingici motus.*

IV. Interea Burgundia mota, & turbata Lotharingia. Illam eodem tempore, quo Hungaros primum petiit, pacauit. (*g*) Lotharingiam integram patre exſtincto *GODEFRIDVS* popoſcerat, & non impetrato voto rebellauerat. Sed oppreſſi motus; cum, poſt publicam pacem Conſtantiæ ſancitam, ſe Gofridus, deſertus a ſociis, dedidiſſet,

An. cIↃ XLV.

*Chron. cap.* XXXII. HERMANNVS CONTRACTVS, *&* LAMBERTVS, SCAFFNABVRGENSIS, *ad ann.* cIↃXLI. XLII. XLIII. XLIV. MARIANVS SCOTVS *ad h. a. & ann.* XLV. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad ann.* cIↃXLII. XLIII. *Annales* HILDESHEIMENSES *ad ann.* cIↃXLII. XLIII. XLIV. XLV. ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS, *ad h. a.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃXLIII. XLIV. XLV. XLVI. ALBERICVS *ad ann.* cIↃXLV. HEPIDANNVS *ad ann.* cIↃXLVII. XLVIII. XLIX. L.

(g) WIPPO *Vita Conradi Salici pag.* 424. *Tetralogus* WIPPONIS *apud Caniſium Tom. II. pag.* 190. DONNIZO *Vita Mathildis cap. XII.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* cIↃXLII.

ſet, & cuſtodiæ datus, dignitateque exutus eſſet. (*h*)

V. Henricus hoc tempore adeo grauiter decubuit Francofurti, vt quaſi deſperata eius vita de ſucceſſore deſignando conſultaretur. (*i*) Mox reſtituta valetudine, parat Italicam expeditionem: ante quam Godefridum Lotharingiæ reſtituit, & pro *GOZELONE*, alterius Lotharingiæ duce, *FRIDERICVM* An.
ſubſtituit. (*k*) cIↃXLVI.

VI. In Italiam eum vocarunt *Expeditio*
crebræ ſeditiones, quas & ceteræ *Ital. I.*
regiones mouebant, tum maxime Roma ciebat. In ſedem Petri ſimul tunc tres Papæ inuolauerant: ſuum *Papæ ex-*
ſinguli ius optimum adſerentes. *auctorati.*
Omnes Henricus contra iura conſtitutos

(h) HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* cIↃXLIV. XLV. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃXLVI.

(i) HERMANNVS CONTR. *ad ann.* cIↃXLV. *Vid.* AVENTINVS *Annal. Boi. lib.* V. *cap.* VII. *num.* XXXV.

(k) HERMANNVS CONTRACTVS & LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS *ad ann.* cIↃXXLVI.

Digitized by Google

ſtitutos adſeuerat, dignitateque priuat, quam in Sutrienſi Synodo *CLEMENTI II.* tradit: a quo cum *AGNETE* coniuge, poſtquam iam ante Mediolani rex coronatus erat, imperatorio nomini inauguratur. (*l*)

An. cIↃXLVII VII. Accepta a Romanis iurata fide, vt nunquam Papam, niſi conſentiente Cæſare conſtitutum, ſuſciperent; res Normannicas, ceteraſque Italicas omnes, inde ordinauit, &, nouis in Germania turbis eum reuocantibus, continuo eo reuerſus eſt, exauctoratum Papam *Gregorium* ſecum abducens. (*m*)

VIII.

(l) OTTO FRISINGENSIS *lib.* VI. *Chron. cap.* XXXII. XXXIII. GOTFRIDVS VITERBIENSIS *Chron. P.* XVII. *pag.* 492. 493. HERMANNVS CONTRACTVS, *&* *Annales* HILDESHEIMENSES *ad ann.* cIↃXLVI. XLVII. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, MARIANVS SCOTVS, ALBERICVS, ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS, *ad ann.* cIↃXLVI. LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS *&* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad an.* cIↃXLVII.

(m) OTTO FRISINGENSIS *loc. cit.* LEO OSTIENSIS *lib.* II. *cap.* LXXX.

VIII. In Germania *Godefridus*, Dux, cum *Balduino*, Flandriæ Comite, apertum bellum molitus erat: præter quod Hungari etiam, cæcato Petro rege, rebellauerant, & *Andream* regem elegerant. Hungaricum bellum ſegnius adminiſtratum, donec ipſe Andreas æquis conditionibus in fidem reciperetur. (*n*) Lotharingia rurſus Godefridus priuatus *ADELBERTVM* habuit ſucceſſorem: quem ille vero prælio aperto ſuſtulit. Ita parum Henrici arma, licet diſſociata per pacem ſancitam Gallorum cauſa, in Lotharingia profecere, donec proſcriptio a Cæſare prin-

*Lotharingiæ noui motus.*

An. cIɔ-XLVIII.



WALTHRAMVS *de Inueſtitura Epiſcoporum apud Schardium de Iuriſdict. Imper. pag.* 74. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad ann.* cIɔXLVI. HERMANNVS CONTRACTVS *&* ALBERICVS *ad ann.* XLVII.

(n) HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* cIɔXVLII. L. LII. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad h. a.* ALBERICVS *ad ann.* LI. SIGEBERTVS GEMBL. *ad ann.* LII. ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* XLVII. LII. CONRADVS VRSPERGENSIS, *ad ann.* XLVII. L. LI. LII.

principibus ſimul a Papa ſacris interdiceretur: vnde compulſus Godefridus cum Balduino Henrici gratiam implorarunt, & denuo impetrarunt. Godefridus dux cum Papa in Italiam eſt profectus. (*o*)

cIↃXLIX. *Papa improbæ artes & fraudes.*

IX. Hic Papa *Leo IX.* erat, ſurrogatus nuper *Damaſo II*, qui *Clementem* cito fatis functum exceperat. Vt erat ſacerdotum ingenium; qui ad ſummam illam ſacram dignitatem adſpirarunt, continuo noua adoptarunt decreta & placita. Sic, cum modo plena Papalis dignitatis de Cæſarum arbitrio exemtio deſtinaretur, nouus Papa Leo, antea Cæſari amiciſſimus, noluit Wormatiæ oblatum a Cæſare Pontificatum ſumere, niſi ſimul de Romani

(o) OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* XXXIII. HERMANNVS CONTRACTVS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, *&* CHRONOGRAPHVS SAXO, *ad ann.* cIↃXLVII. XLVIII. XLIX. ALBERICVS *ad ann.* XLIX. L. LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS *ad ann.* XLVII. L.

Digitized by Google

ni Cleri & populi conſtaret voluntate. (*p*) Poſt Leonem *Victoris II.* conſtitutio pluribus dolis & artibus, per harum ſolertem artificem *Hildebrandum*, tentata eſt. Rogatus Epiſcopus Eichſtædenſis; quem fauore ſummo Cæſar complexus, licet inuictus, Romanis dedit. Acceptus, viſus quodammodo libere a Romanis electus eſſe. (*q*) Quod & maxima idem in Germania polleret auctoritate, & Germaniam adprime noſſet; mirum, quantum inde Pontificatus augendæ potentiæ incrementi acceſſerit.



(p) OTTO FRISINGENSIS *loc. cit.* LEO OSTIENSIS *Chron. Caſſin. lib.* II. *cap.* LXXXII. WIBERTVS *in Vita Leonis lib.* II. *cap.* II. HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* cIↃXLVIII. XLIX.

(q) OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* XXXIII. LEO OSTIENSIS *Chron. Caſſin. lib.* II. *cap.* LXXXIX. LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS, BERTOLDVS CONSTANTIENSIS *continuator Hermanni Contracti*, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, *Annales* HILDESHEIMENSES, *ad ann.* cIↃLIV. MARIANVS SCOTVS *&* ALBERICVS *ad ann.* cIↃLV.

An. cIↄL. X. Hæc inter maximam partem tuta erat Germania. Poloniæ dux, *Gazmerus*, nuper rebellis, ſponte ad
cIↄLI. II. priſcam fidem rediit. Hungari, modo armis infeſtis preſſi, ſe demum
cIↄLIII. dedidere. (*r*) Mox vero,
*Odia in Henricum.* cum Martisburgi *CONRADVM*, Boioariæ ducem, perduellionis reum, non ſatis cognita re, quorundam principum iudicio, Henricus exuiſſet prouincia; & cum paulo poſt in Tribarienſi conuentu filium cognominem regem & futurum ſucceſſorem eligi, eumque Aquisgrani a Colonienſi Archiepiſcopo *HERMANNO*, repugnante licet *LVIPOLDO*, Moguntino, coronari, curaſſet, eundemque Boioaria donaſſet; (*s*) res viſæ Germaniæ principibus

(r) CHRONOGRAPHVS SAXO *&* ALBERICVS *ad ann.* cIↄLII. HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* cIↄL. LI.

(s) HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* cIↄLIII. BERTOLDVS CONSTANTIENSIS *ad h. a.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* LIV. LVII. LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIↄLII. LIV. SIGEBERTVS GEMBL.

Digitized by Google

pibus indigniſſimæ, & contra publica iura actæ: vnde iam grauia orta odia, & ad ſtabiliendam ſumendamque maiorem poteſtatem ab ordinibus conſpiratum, cum maiorem, quam eſſet æquum, Cæſarem ſibi tribuere auctoritatem ſentirent, plenamque olim a pluribus iſtius ingenii Cæſaribus metuerent oppreſſionem. (*t*)

XI. Dum hæc contraria principum ſtudia feruent, rebus imperator intentus omnibus, Godefridi in Italia molitiones metuit, adeoque in Italiam contendit. Florentiæ Papa Victore præſente Synodus celebratur, & cum ſacræ tum ciuiles res ordinantur. Reuerſurus in Germaniam Henricus ſecum *Beatricem*, Bonifacii viduam, quæ nuper inſcio An. cIↃLV. *Expeditio Ital. II.*

Bb 3 ipſo

ALBERICVS, MARIANVS SCOTVS, *Annales* HILDESHEIMENSES, *ad ann.* cIↃLIV. *Monachus* BRVNWILLERENSIS *Vita Ezonis pag.* 316.

(t) HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* cIↃLIII. MARIANVS SCOTVS *ad ann.* cIↃLVI.

ipſo & inuito Godefrido nupſerat, deduxit. (*v*)

*Conuentus Ciuoenſis.* An. cIↄLVI.

XII. Paulo ante obitum Ciuois in Franciæ & Germaniæ confinio cum Galliæ Rege Henricus noſter acriter de quibusdam prouinciis, quas ſuas eſſe ille adſeuerauit, contendit: & ventum foret ad ſingulare certamen, niſi Gallus propere aufugiſſet. (*x*) Henricus redux in Saxoniam Botfeldiæ obiit ſupremum diem, & Spiræ ſepultus eſt. (*y*) Duas

(v) OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* XXXIIII. *Continuator* ANONYMVS *Hermanni Contracti ad ann.* cIↄLIV. LV. BERTOLDVS CONSTANTIENSIS *ad h. a.* CHRONOGRAPHVS SAXO, CONRADVS VRSPERGENSIS, *ad ann.* cIↄLV. ALBERICVS *ad ann.* LVI. LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* LIII. LV.

(x) LAMBERTVS SCHAFFNAB. *ad ann.* cIↄLVI.

(y) OTTO FRISINGENSIS *lib.* VI. *Chron. cap.* XXXIIII. WILHELMVS MALMESBVRIENSIS *Chron. Reg. Angl. lib. II. cap. XII.* LAMBERTVS SCHAFFN. *Annales* HILDESHEIMENSES, *Continuator* ANONYMVS *Hermanni Contr.* SIGEBERTVS

Digitized by Google

Duas coniuges habuit; *CHVNIGVNDAM*, *Canuti*, Danorum & Anglorum regis, filiam, & illa mortua *AGNETEM*, *Wilhelmi* Pictauienſis filiam. Ex hac genuit *HENRICVM*, & imperii, & paternorum odiorum, infelicem hæredem. Filiarum natu maior ſacris initiata; altera MATHILDIS, *Rudolpho* Sueuo, tertia *IVDITA Boleslao*, Polono, nupta. De quarta, quæ Hungariæ regi fuerit deſponſata, non ſatis conſtat. (z) *Familia Henrici.*



GEMBL. MARIANVS SCOTVS, CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS, ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS, *ad ann.* cIↄLVI. BERTOLDVS CONSTANTIENSIS *ad ann.* cIↄLVII. Conf. DODECHINVS *ad an.* cIↄCVI.

(z) WIPPO *Vita Conradi Sal. pag.* 440. 442. HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* cIↄXXXVI. XXXVIII. XLIII. XLV. XLVIII. L. LII. LAMBERTVS SCHAFFNAB. *ad ann.* cIↄLVIII. & LXIII. *pag.* 170. ANDREAS ABBAS *Vita Ottonis Bambergenſis lib. I. cap. I.*

## CAPVT IV.

# RES HENRICI IV. IMPERATORIS.

### I.

*Status Germaniæ.* Infeſtis Germaniæ principum regiæ poteſtati ſtudiis vere frena laxauit obitus Henrici; ſeueri prorſus & aſperi regis, & contra quem ſtatuere videbatur admodum periculoſum. Iam diuerſis animis res nouæ magisque proficuæ tentatæ.(*a*) Duces comitesque minuere poteſtatem regis, priſcisque Francici regni inſtitutis temperare, conati; per ſummas turbas maius quid, non & demum, quod dixerim, iniquo iure, tulerunt acceptum. Epiſcopi, ſuis moti ſingularibus rationibus, & ceteris principibus conſenſere, & Papæ. Hic omnia miſcebat & turbabat, vt deſtinatæ potiretur dominationis. Cui tenendo fini nihil tam con-

(a) HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* cIↄLIII. LAMBERTVS SCHAFFNAB. *ad ann.* cIↄLVII. MONACHVS HERVELDENSIS *ad h. a.*

Digitized by Google

conſultum, quam vt opprimerentur iura Cæſarum, & Germaniæ Epiſcopi in clientelam traducerentur. Miris vtrumque dolis & artibus demum peractum.

II. In tale tempus incidit HENRICVS IV, admodum adhuc puer, cum in patris locum ſuccederet; (*b*) adeoque per infirmiſſimam ætatem magis adhuc alens incendia, quæ firmus animus facile alioquin, quantum videtur, potuiſſet reſtinguere. Acceſſit malorum inchoando ordini educatio improba, quæ optimo principi obtigit, ac quæ non inconſulto ad eum finem erat directa, vt omnia tentandi opportunior foret copia.

An. cIↃ LVI.

III. Nempe fuit Henricus Princeps, cum ad omnes virtutes promtiſſimo animo, tum non minus capaci vitiorum, ſi commen- *Henrici ingenium.*

Bb 5 data

(b) CONTINVATOR *Hermanni Contracti ad ann.* cIↃLVI. LAMBERTVS SCHAFFNAB. *&* MARIANVS SCOTVS, *ad h. a.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃLVII. BRVNO *Hiſtoria Belli Saxonici init.*

data eſſent, ſaltem non improbata. Fuit laudis cupidus, fortis, prudens, benignus, generoſus, ſi quisquam maxime. (*c*) Praua educatio reddidit libidinoſiorem, inconſideratum, inconſtantem; quibus vitiis non parum inde ſuas calamitates Germania debuit. (*d*)

*Tutela Henrici Agneti matri relicta.*

IV. Primum Henricus matri *AGNETI* ex priſco more relictus educandus, non incommode primam ætatem egit: matre prudenter admodum & virili mentis conſtantia omnia curante, & *HENRICI*, Auguſtani Epiſcopi, prouidi viri, conſiliis gubernante. (*e*) Turbæ pro-

(c) OTBERTVS LEODIENSIS, qualem GOLDASTVS ſtatuit, ſive ANONYMVS *Coreuus in Vita Henrici pag.* 183. DODECHINVS *ad ann.* cIↃCVI. ALBERICVS *ad ann.* cIↃLXXXIII. *pag.* 127.

(d) BRVNO *Hiſtoria Belli Saxon. de Adelberto Bremenſi* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃLXVIII.

(e) OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* XXXIV. *Auctor Vitæ Henrici init.* BRVNO *Hiſt. Belli Saxon. init. Contin.* HERMANNI CONTRACTI *ad ann.* cIↃLVI. LVII. LAMBERTVS

proximæ, quas parentis odia dedere, bene ſedatæ ſunt. *OTTO*, Saxo, non tecte adfectans regnum, in primis cæſus eſt molitionibus. Socii rebellionis in fidem recepti ſunt. (*f*) *GODEFRIDVS*, Lotharingus, & *BALDVINVS*, Flander, facti amici regis; *RVDOLPHVS*, Sueuus, modo ſucceſſor Ottonis patris, factus affinis. Friſii adhuc rebelles armis perdomiti. (*g*) An. cIↃLVII. cIↃLVIII.

V. Romæ interea multi circa obtinendum finem facti ambitus. Poſt Victorem ſurrogatus *Stephanus*: quo functo fatis *Benedictus* quidam, inuito Cæſare, inuitisque Romanis, in *Paparum varii doli.*

SCHAFFNAB. *ad ann.* LVI. & LXII. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* LVI. ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS, *ad h. a.*

(f) LAMBERTVS SCHAFFNAB. *ad ann.* cIↃLVII. MONACHVS HERVELDENSIS *ad h. a.* CHRONOGRAPHVS *ad ann.* cIↃLVII. LX.

(g) SIGEBERTVS GEMBL. & ALBERICVS *ad ann.* cIↃLVII. LVIII. LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS *ad ann.* cIↃLVIII.

Digitized by Google

in Pontificatum inuaſit; ſed mox
An. *Nicolao*, a Cæſare miſſo, cedere di-
cIↃLIX. gnitate coactus eſt. Hunc libere
elegiſſe Romani viſi ſunt, quod ro-
gaſſent & commendaſſent. (*h*) In
cIↃLXI. Nicolai locum *Honorius* Baſileæ in
conuentu a Cæſare ſuffectus: quo
tempore etiam accepta a Romanis
corona, & ſumtus *Patricii Romanorum* titulus. Sed nunc varia criminati Romani *Alexandrum II.* Honorio auſi opponere. Illum ſtrenue Imperatrix pro filio impugnans, & pro imperii iuribus propugnans, nunc peſſimis Papæ artibus tutela filii egregie geſta excidit. (*i*)

VI.

(h) LEO OSTIENSIS *Chron. Caſſin. lib. III. cap. XIII.* LAMBERTVS SCHAFFNABVRG. *&* *Monachus* HERVELDENSIS, *ad ann.* cIↃLVIII. LIX. BERTOLDVS CONSTANTIENSIS *ad ann. cIↃLVIII.*

(i) OTTO FRISINGENSIS *lib. VI. cap. XXXIV.* LEO OSTIENSIS *Chron. Caſſin. lib. III. cap. XXI.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *P. XVII. Chron. pag.* 498. BERTOLDVS CONSTANTIENSIS, MARIANVS SCOTVS, *Contin.* HERMANI CONTRACTI *ad*

VI. Cauſatus *ANNO*, Color	nienſis, re cum aliquot principibus communicata, muliebris imperii dedecus, malamque principis educationem; rapuit data occaſione Henricum, & ægre ex aquis, in quas ſe, vt fugeret, præcipitem dederat, extractum Coloniam duxit: (*k*) ita iam ordinata republica, vt ille Epiſcopus, in cuius diœceſi princeps futurus eſſet, eius ætatem & imperium moderaretur. (*l*) Tum ſtatim Colonienſis, regiorum proditor iurium, Hono-

*Henricus rapitur matri.*

An. cIↃ LXII.

*ann.* cIↃLXI. LAMBERTVS SCHAFFNAB. *ad ann.* cIↃLXIII. LXIV. *Monachus* HERVELDENSIS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, CHRONOGRAPHVS SAXO, *&* ALBERICVS, *ad ann.* cIↃLXIII.

(k) OTTO FRISING. *lib.* VI. *Chron. cap.* XXXIV. BRVNO *Hiſtoria Belli Sax. init.* LAMBERTVS SCHAFFN. SIGEBERTVS GEMBL. *Continuator* HERMANNI CONTR. MONACHVS HERVELDENSIS, *&* ALBERICVS, *ad ann.* cIↃLXII. ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* cIↃLVI. CONRADVS VRSPERGENSIS *ad h. a.*

(l) LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS, *ad ann.* cIↃLXII. *pag.* 167. *ad ann.* cIↃLXIII. *pag.* 170.

Digitized by Google

norium Papam ipſe damnauit, & Alexandrum pro imperatore adprobauit. Imperatrix Agnes, viſis his Germaniæ calamitatibus, triſtiſſima Germaniam miſerumque filium dereliquit. (*m*)

*Noua Regis educatio.*
An. clↄLXIII.

VII. Cum eo nunc cœptum agi peſſime. Omnes ad rerum adſpirarunt ſummam, & parum ætas Henrici curata. (*n*) Præualuit demum *ADELBERTI*, Præſulis Bremenſis, fortuna; illeque ſolus cum *Wernero*, Comite, regium animum occupauit. Rex, illis ducibus, voluptatibus laudatis & oblatis ſe totum dedit. Ipſi intolerabili faſtu omnia

(m) OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap. XXXIV.* NICOLAVS ARRAGONIVS *de Geſtis Pontificum Rom. apud Baronium Ann. Eccles. ad an. clↄLXIV.* LAMBERTVS SCHAFFN. *& Monachus.* HERVELDENSIS *ad h. a.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann. clↄLXIII.*

(n) ANONYMVS *Vita Henrici pag.* 183. ADAMVS BREMENSIS *Hiſt. Eccl. lib. III. cap. XXXV.* LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann. clↄLXII. pag.* 167. ALBERTVS STADENSIS *ad ann. clↄLVII. pag.* 235.

Digitized by Google

omnia agere; diripere ſacra & profana, omniaque habere venalia. (o) Eadem plures infecit licentia: cuius præſertim ſanguinaria Hildeſienſis Epiſcopi & Fuldenſis Abbatis de primo loco contentio illuſtre documentum exſtat. (p) Regni ordines diuerſis animis ad hæc omnia ſunt contuiti.

IIX. Adminiſtratum eſt hoc tempore Hungaricum bellum; & *Salomon*, Rex Hungariæ, armis regiis regno reſtitutus eſt. Quibus editis rudimentis militiæ rex iuuenis ſolenni ritu armis eſt indutus: primum dato gladio contra Colonienſem Annonem vſurus, ni cohibuiſſent amici impetum. (q) Inde nuptias

*Hungaricum bellum.*
An. cIↃLXIV.
An. cIↃLXVI.

(o) LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* *cIↃLXIII. pag.* 170. BRVNO *Hiſtoria Belli Saxonici pag.*175. 176. ALBERTVS STAD. *ad ann. cIↃLXVI.*

(p) LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIↃLXIII. *pag.* 167. BERTOLDVS *&* *Monachus* HERVELDENSIS *ad h. a.* *Chronicon* GOSLARIENSE *apud Ill.* *Leibnitium Tom. III.* 536.

(q) LAMBERTVS SCHAFFNAB. *ad ann.* cIↃLXIII. *pag.* 170, LXV. *pag.* 171.

cIↄLXVI. ptias cum *BERTHA*, *Ottonis*, Italiæ Marchionis, filia, rex celebrauit: ſed, vſus perpetuis Adelberti & Werneri conſiliis, tam cito improbum habuit matrimonium, quam intutum imperium. (*r*)

*Triburienſis conuentus.* IX. Cooritur graviſſima principum in Triburienſi conuentu ſeditio. Aut cedere rego, aut dimittere Adelbertum, & nefarios ſocios, Henricus iuſſus; hoc demum elegit, & reliquos Epiſcopos rurſus ad conſilia admiſit. (*s*) Mox, inter bella cum

An. cIↄLXVII. VIII.

BERTOLDVS CONSTANTIENSIS *ad ann.* cIↄLXIII. LXIV. *Monachus* HERVELDENSIS *ad h. a. Contin.* HERMANNI CONTRACTI *ad ann.* cIↄLXV. ALBERTVS STADENSIS, *ad ann.* cIↄLXII. *pag.* 237.

(r) OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VI. *cap.* XXXV. BRVNO *Hiſtoria Belli Saxon.* LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann* cIↄLXVI. *pag.* 176. *Monachus* HERVELDENSIS *&* BERTOLDVS CONSTANTIENSIS *ad h. a.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↄLXVII. ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS *ad h. a.*

(s) LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIↄLXVII. *pag.* 175. *Monachus* HER-

Digitized by Google

cum Liuticis Sclauis feliciter adminiſtrata, & inter varios tumultus in Saxonia editos, & maxime inter vagas frequentesque libidines, pertædere prorſus regem ductæ coniugis, & maxime is quærere cœpit, quo modo eam liceret repudiare. (*t*)

X. Re primum delata ad Moguntinum, is ſe curaturum promittit diuortium, ſi decimas, iam olim in Thuringia, quod vrgebat, conſtitutas, impetraſſet. (*v*) Annuente rege, Moguntiam indicta Synodo, præter ſpem a *Petro Damiano*, Alexandri Papæ legato, prohibetur rex a deſtinato diuortio, multaque eius improbe acta ſeuere arguuntur. (*x*) *Cauſa diuortii tentati.* An. cIↄLXIX.

Cc Rex

VELDENSIS & ALBERTVS STADENSIS *ad h. a.*

(t) BERTOLDVS CONSTANTIENSIS *ad ann.* cIↄLXVII. LXVIII. LXIX. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↄLXVIII. SIGEBERTVS GEMBLAC. *ad ann.* cIↄLXIX.

(v) LAMBERTVS SCHAFFNAB. *ad ann.* cIↄLXIX. *pag.* 177. MONACHVS HERVELDENSIS *ad h. a.*

(x) LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIↄLXIX. *pag.* 178. *Monachus* HERVELDENSIS *ad h. a.*

Digitized by Google

Rex Francofurtum principes vocauit Moguntia, vt obtineret vota. Verum rurſus re ab omnibus principibus improbata demum abſtitit. (*y*) Videtur inde Adelbertum Bremenſem in ſecretius recepiſſe conſilium, aut magis in regni conſortium: cum eius conſiliis ſe futurum feliciorem arbitraretur. Et triumphatis æmulis ſeruauit integram Adelbertus regis gratiam, donec communibus odiis morte ſatisfaceret. (*z*)

An. cIↃLXX.

*Acta duriora Henrici.*

XI. Inter hæc propius acceſſum ad funeſtiores turbas. Præter crebras leuitatis notas, prauis inductus conſiliis, multa ſuperbius & durius rex egiſſe multis viſus. Thuringi acriter conqueſti imperatas decimas. (*a*) *OTTO*, Boioariæ dux, ab

(y) LAMBERTVS *&* *Monachus* HERVELDENSIS *loc. cit.*

(z) LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIↃLXXII. *pag.* 187. *Monachus* HERVELDENSIS *ad h. a.* ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* cIↃLXVIII. LXXII.

(a) LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIↃLXXIII. *pag.* 189. BERTOLDVS

ab *Eginone* quodam maieſtatis reus poſtulatus, non ſatis cognita cauſa, ſeuerſus. (*b*) Et *MAGNVS*, Saxoniæ dux, & *DEDI*, Marchio, ingentes ſibi illatas iniurias incuſarunt. (*c*) An. cIↃLXXI.

XII. Rex ſane maturior ætate & prudentia patrio exemplo multa conari cœpit. Capto Ottone Boioariæ duce, Ducatum *WELFO* tradidit. In Lotharingia quæuis ex

Cc 2 ar-

CONSTANTIENSIS *ad ann.* cIↃLXXII. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃLXVIII. ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS, *ad h. a.*

(b) BRVNO *Hiſtoria Belli Saxon. pag.* 180. LAMBERTVS SCHAFFN. *Monachus* HERVELDENSIS, BERTOLDVS CONSTANTIENSIS, *ad ann.* cIↃLXX. CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERTVS STADENSIS, *Annales* HILDESHEIMENSES, *ad ann.* cIↃLXXI. CONRADVS VRSPERGENSIS *ad h. a.*

(c) BERTOLDVS CONST. *ad ann.* cIↃLXIX. LXX. LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIↃLXX. *pag.* 181. CHRONOGRAPHVS SAXO *&* *Annales* HILDESHEIMENSES, *ad h. a.*

arbitrio ſtatuit. (*d*) Polonum & Bohœmum, Duces, Miſenam euocatos ob diſſenſiones grauiter obiurgauit. (*e*) In Saxonia licentiam nationis correcturus, caſtella condidit, præſidia impoſuit, tributa imperauit. (*f*) *BERTHOLDVM*, Carinthiæ ducem, quod nouas res moliri videretur, prouincia exuit. (*g*)

An. cIↃLXXII

*Saxonicum bellum.*

XIII. Potuerunt etiam principum diſſenſiones, & odia Saxonum, vt aliquandiu diſſimularentur omnia hæc acta regis, & omnino inter va-

(d) AVCTOR *Vitæ Henrici init. Monachus* HAMERSLEBIENSIS *pag.* 709. HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib.* I. *cap.* XXVII. LAMBERTVS SCHAFFN. BERTOLDVS CONST. *Monachus* HERVELDENSIS, *ad ann.* cIↃLXXI.

(e) LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIↃLXXI. *pag.* 186. MONACHVS HERVELDENSIS, *ad h. a.*

(f) AVCTOR *Vitæ Henrici loc. cit.* POETA *in Hiſtor. Belli Saxon. pag.* 202. BERTOLDVS *Conſt. ad ann.* cIↃLXXII. MARIANVS SCOTVS *ad ann.* cIↃLXXV. *pag.* 454.

(g) LAMBERTVS SCHAFFN. *& Monachus* HERVELDENSIS *ad ann.* cIↃLXXIII.

Digitized by Google

varias turbas bellum contra Saxones commune decerneretur. Saxones quippe cum Thuringis, vt defenderent, aut licentiam, aut libertatem; expedierant arma, caſtella deſtruxerant, vim vi repreſſerant.(*h*) Tum rex, quorundam principum opibus iuuatus poſt pacis conſilia fruſtra tractata, ſemel, &, mox rupta quæ dabatur pace, iterum, grauiſſimo prælio Saxones deuicit; &, vt ſe omnes principes dederent, virtute

cIↃ-LXXIII.

cIↃ-LXXIV.

An. cIↃLXXV



(h) Vario animo rebellionem Saxonum enarrant; Henriciani ſcriptores, AVCTOR *Vita Henrici pag.* 183. POETA *Hiſt. Belli Saxonici. lib. I. pag.* 204. Papales auctores; BRVNO *Hiſtoria Belli Saxon. pag.* 180. 181. 182. 183. 185. BERTOLDVS CONSTANT. *ad ann.* cIↃLXXIII. LXXIV. Modeſtior Papæ adiecta, LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIↃLXXIII LXXIV. Inconſtantes auctores, variaque iudicia hiſtoriæ interponentes; SIGEBERTVS GEMBLAC. CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS, ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS, *Annales* HILDESHEIMENSES, *ad ann.* cIↃLXXIII. OTTO FRISINGENSIS *Hiſt. Frid. I. lib. I. Cap. IV.* HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib. I. cap.* XXVII.

tute & fortuna impetrauit ſua. (*i*) Præterea eodem fere tempore in Hungaria & Lotharingia felicia bella adminiſtrauit. (*k*)

*Hildebrandi molimina.* XIV. Sic felix victorque erat, cum Roma turbo ingrueret ingens, & Germaniæ maieſtati prope fatalis. Ante hos tres annos *Hildebrandus*, ille in ſacris cauſis veterator, in Pontificatum inuaſerat, & regis, licet admoniti, ne improbum hominem probaret, conſenſum doloſe impetra-

cIↄ-LXXVI.

tra-

(i) Exitus belli Saxonici idem Hiſtoricis omnibus. LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIↄLXXIV. LXXV. BERTOLDVS CONST. *Monachus* HERVELDENSIS, *ad h. a.* BRVNO *Hiſtoria Belli Saxon. pag.* 191. AVCTOR *Vitæ Henrici IV. pag.* 183. 184. OTTO FRIS. *Chron. lib. VI. cap.* XXXIV. *Hiſtor. Frid. I. lib. I. cap. VI.* MARIANVS SCOTVS, CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS, SIGEBERTVS GEMBL. *ad ann.* cIↄLXXV. *Annales* HILDESHEIMENSES, ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS, *ad h. a.* POETA *Hiſtor. Belli Saxon. lib. II. III.* HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib. I. cap. XXVII.*

(k) LAMBERTVS SCHAFFNAB. *pag.* 210. 211. 212.

trauerat. (*l*) Iſte, ſumto *GREGORII VII.* nomine, protinus maieſtatis regiæ ruinas, per quas ad ſummam dominationem ſcanderet, meditatus eſt. Primum ſatis habuit incuſare regis vitia, & damnare Simoniam, quam adpellant, ſtabili quodammodo vſu in Germania receptam. (*m*) Mox inter turbas Saxonicas, quod rex apud eum Saxones inconſiderate accuſaſſet, factus audentior, quaſi legitimus conſtitutus iudex, omnes ſacerdotes



(l) OTTO FRISING. *Chron. lib. VI. cap. XXXIV.* LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann. clↄLXXIII. pag.* 191. *Monachus* HERVELDENSIS *ad h. a.* BERTOLDVS CONSTANT. *ad h. a.* ALBERICVS *ad h. a.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann. clↄLXXIV.* ALBERTVS STADENSIS, *&* CONRADVS VRSPERGENSIS, *ad h. a.*

(m) LAMBERTVS SCHAFFN. *pag.* 214. *ad ann. clↄLXXV.* BERTOLDVS CONST. *ad ann. clↄLXXIV. LXXV.* SIGEBERTVS *&* ALBERICVS *ad an. LXXIV.* MARIANVS SCOTVS, ALBERTVS STADENSIS, *ad h. a. Geſta Treuerorum. cap. LIX.*

Simoniacos exauctorauit; omnem Germaniæ clerum, repugnantem licet, a coniugiis prohibuit: (*n*) porro, cum a Saxonibus mutata vice rex accuſaretur, eam lubens cauſam ſibi ſumſit, &, quod regem crederet aliquid tempori daturum, iam pro imperio decreuit, *Inueſtituram*, qualem vocamus, *Epiſcoporum* ad ſolum ſpectare Romanum Papam. (*o*)

XV. Legati Gregoriani, regem ad iudicium Romam citaturi, & nouam expoſituri ſanctionem, ſuperuenere Goslarienſi conuentui; in quo victor rex cuncta diſponebat, filiumque *CONRADVM* principibus commendabat. Diriſſimarum rerum

(n) LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann. cIↃLXXIV. pag.* 212. *Monachus* HERVELDENSIS, MARIANVS SCOTVS, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, ALBERICVS, *ad h. a. Geſta Treuerorum loc. cit.*

(o) LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann. cIↃLXVI. pag.* 233. BERTOLDVS CONST. *Monachus* HERVELDENSIS, *ad h. a.* BRVNO *Hiſt. Belli Saxon. pag.* 196.

Digitized by Google

rum nuncii dure accepti, & cum ignominia reiecti: Wormatiam indicta ſynodus exauctorandum Papam cenſuit. Ipſe rex, ſcriptis ad Papam litteris, ſatis ſe gnarum regiorum iurium oſtendit, tyrannidemque Papalem ſeuere increpat.(p) Verum mira rerum viciſſitudine, dum caſurus votis ipſaque dignitate Gregorius videretur, dolis & audacia rerum potitus eſt maximarum.

*Rex pro ſuis iuribus ſtrenue propugnat.*

XVI. Interdicit Cæſari Romæ ſacris; omnium iuratam fidem ſoluit; nouum eligendum regem edicit.(q)

*Papæ auſus nefarii.*

Cc 5 Quid

(p) *Vita Henrici IV. pag.* 184. *Epiſtola* HENRICI *ad Annonem & alios, pag.* 195. LAMBERTVS SCHAFFN. *ad an.* *cIↃLXXVI. pag.* 234. *Monachus* HERVELDENSIS, BERTOLDVS CONSTANTIENSIS, CHRONOGRAPHVS SAXO, *Annales* HILDESHEIMENSES, ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS, *ad h. a.* MARIANVS SCOTVS, ALBERICVS, & SIGEBERTVS, *ad ann.* cIↃLXXVII. BRVNO *Hiſt. Belli Saxon. pag.* 197. 198.

(q) Narrant factum; LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIↃLXXVI. *pag.*

Digitized by Google

Quid poterant latentia principum odia & deſideria, per temporis ſuperſtitionem inſtigata; nunc viſum. Wormatiam & Moguntiam fruſtra rex ordines conuocat. Sero nimis dimittit captiuos principes. Triburiis conuentum, inſcio & inuito rege; & de eo exauctorando conſultatum. (r) Ceſſit rex tempori; &,

*Henrici inconſtantia.*

234. *Monachus* HERVELDENSIS, BERTOLDVS CONSTANTIENSIS, CHRONOGRAPHVS SAXO, *ad h. a.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, *&* ALBERICVS, *ad ann.* cIↃLXXVII. *Geſta Treuerorum cap. LIX.* Laudant & commendant; MARIANVS SCOTVS *ad ann.* cIↃLXXV. *pag.* 454. BRVNO *Hiſtoria Belli Saxonici pag* 200. *Ipſe* PAPA *in Epiſtola ad Hermannum, Epiſcopum Metenſem, apud Brunonem pag.* 204. AVCTOR *Vitæ S. Gebehardi, Salisburgenſis, apud Caniſium Tom. VI.* HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib. I. Cap. XXVIII.* LEO OSTIENSIS *Chron. Caſſin. lib. III. cap. XLIX.* Improbant & damnant; BENNO *Vitâ Hildebrandi lib. I.* AVCTOR *Vitæ Henrici pag.* 184. OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib. VI. cap. XXXV. Hiſtoria Frid. I. lib. I. cap. I. VI.* ALBERTVS STADENSIS, *&* CONRADVS VRSPERGENSIS *in Chronico, ad ann. cIↃLXXVI.*

(r) BRVNO *Hiſtoria Belli Saxon. pag.*

Digitized by Google

&, fruſtra deprecatus ordinum odia, inconſtantiæ nunc turpe exemplum edit. Canuſium abit, &, abiectiſſimo cultu Papam veneratus, vix in ſacram fidem recipitur; (s) nec mi-

An. cIↃ-LXXVII.

*In Italiam abit*

210. 211. LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIↃLXXVI. *pag.* 240. *vſque* 245. *Monachus* HERVELDENSIS, BERTOLDVS CONSTANTIENSIS, *ad h. a.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad h. a.* SIGEBERTVS GEMBL. *&* ALBERICVS *ad ann.* cIↃLXXVII. ALBERTVS STADENSIS, *&* CONRADVS VRSPERGENSIS, *ad ann.* cIↃLXXVI.

(s) LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIↃLXXVII. *pag.* 246. *vſque* 250. *Monachus* HERVELDENSIS, BERTOLDVS CONST. SIGEBERTVS GEMBL. *ad h. a.* CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* cIↃLXXVI. MARIANVS SCOTVS *ad ann.* cIↃLXXVIII. BRVNO *Hiſt. Belli Sax. pag.* 211. LEO OSTIENSIS *lib.* III. *cap.* XLIX. BENNO *in Vita Hildebrandi lib.* II. AVCTOR *Vita Henrici pag.* 184. *Epiſtola* HILDEBRANDI *ad Germania Proceres, apud Baronium Ann. Eccl. ad ann.* cIↃLXXVII. *num.* XVI. Perperam, Romam iuiſſe Henricum, narrat HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib.* I. *cap.* XXVIII.

minus tamen interea dolis Papæ Forchhemi regno exuitur. (*t*)

*Rudolphi electio.* XVII. Eligunt principes RVDOLPHVM, Sueuum, affinem Henrici, nunc hoſtem præcipue ei infenſum. Tot autem conditionibus nouum regem circumſcribunt, vt vere precarium haberet regnum, nec vltra tantum in regno poſſet, quantum Dux in prouincia. (*v*) Henricus, ac-

(t) ALBERICVS *ad ann.* cIↃLXXVII. LAMBERTVS SCHAFFN. *pag.* 252. ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* cIↃLXXVI. CONRADVS VRSPERGENSIS *ad h. a.*

(v) Electio Rudolphi Sueui LAMBERTVS SCHAEFN. *ad ann.* cIↃLXXVII. *pag.* 252. MONACHVS HERVELDENSIS. BERTOLDVS CONST. MARIANVS SCOTVS, *Contin.* LAMBERTI SCAFFN. SIGEBERTVS GEMBL. CHRONOHRAPHVS SAXO, ALBERICVS, ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS, ANNALES HILDESHEIMENSES, *ad h. a. Auctor Vitæ Henrici pag.* 184. OTTO FRIS. *lib. I. Hiſt. Frid. I. cap. VII. Chron. lib. VI. cap.* XXXV. LEO OSTIENSIS *lib. III. cap.* XLIX. HELMOLDVS *lib. I. cap.* XXVIII. Conditiones additæ BRVNO *Hiſt. Belli Sax. pag.* 212.

accepto electionis factæ nuncio, Italicis adiutus opibus, ſumſit animum; & Papæ renunciauit male fidam amicitiam, & Rudolpho, principibusque Germaniæ perfidis, pro ſuis iuribus propugnaturus, bellum indixit. (*x*)

XVIII. Bellum geſtum non infeliciter. Semel, iterum, & tertium, cum Rudolpho conflixit Henricus: ſemper victor, ſaltem non victus, ex prælio diſceſſit. (*y*) Corona a Papa

An. cIɔ-LXXVIII. IX. *Bellum cum Rudolpho felix.*

(x) LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIɔLXXVII. *pag.* 250. 251. 252. *Monachus* HERVELDENSIS, SIGEBERTVS GEMBL. BERTOLDVS, ALBERICVS, ALBERTVS STAD. *ad h. a.* BRVNO *Hiſt. Belli Sax. pag.* 211. HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib. I. cap.* XXIX. Franci & Rhenani Principes & ciuitates Henricum tuentur. ALBERTVS STAD. *ad ann.* cIɔLXXVI. HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib. I. cap.* XXVIII.

(y) Victoriam Henrico tribuunt; AVCTOR *Vitæ Henrici pag.* 185. SIGEBERTVS GEMBL. *ad ann.* cIɔLXXVII. LXXVIII. ALBERICVS *ad h. a.* CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERTVS STAD. CONRADVS VRSPERG. *ad ann.* cIɔLXXVII. LXXVIII. LXXIX. HELMOLDVS *Chron. Sclau.*

Digitized by Google

Papa Rudolpho miſſa parum eum tutata eſt: nec magis Henricus adflictus, cum denuo diris deuoueretur. Ipſi ſibi Vlmæ impoſuit coronam: (z) & mox, cum quarto prælio Rudolphus cæderetur, (a) Bri-

An. cIↄ-LXXX.

*lib. I. cap.* XXIX. Rudolpho victoriam aſsignant; BERTOLDVS CONST. *ad ann.* cIↄLXXVII. LXXVIII. MARIANVS SCOTVS *ad ann.* cIↄLXXVIII. LXXIX. *Contin.* LAMBERTVS SCHAFFN. *ad h. a.* BRVNO *Hiſt. Belli Sax. pag.* 214. 215. Neutri parti fauent; *Annales* HILDESHEIMENSES *ad ann.* cIↄLXXVIII. LXXIX.

(z) OTTO FRIS. *Hiſt. Frid. I. lib. I. cap. VII.* GOTFRIDVS VITERB. P. XVII. *pag.* 500. LEO OSTIENSIS *lib.* III. *cap.* XLIX. ALBERTVS STAD. *ad ann.* cIↄLXXVI. HELMOLDVS *lib.* I. *cap.* XXIIX. Iterata excommunicatio MARIANVS SCOTVS *ad ann.* cIↄLXXIIX. BERTOLDVS *ad ann.* cIↄLXXX. Vlmenſis coronatio. BERTOLDVS CONST. *ad ann.* cIↄ-LXXVII. *pag.* 348.

(a) OTTO FRIS. *lib. I. Hiſt. Frid. I. cap. VII.* GOTFRIDVS VIT. *P. XVII. pag.* 501 *Auctor Vitæ Henrici pag.* 185. LEO OST. *lib. III. cap. XLIX.* BVRCKARDVS *de caſibus S. Galli. cap. VII.* BRVNO *pag.* 227. 228. BERTOLDVS CONST. *Contin.* LAMBERTI

Brixiæ Gregorium exauctorandum curauit, eiusque loco *CLEMENTEM* Papam conſtituit. Multi etiam Germaniæ principes ad Henrici fidem redeunt, eiusque fauore maximis acceſſionibus ſuas opes augent. (*b*) *Papa Clemens contra Gregorium.*

XIX. Intrata nunc Italia, & facile in fidem accepta. Roma tres continuos annos obſeſſa tandem expugnata eſt. Gregorius in exilium abiit. Clemens Romæ Henricum im- *Expeditio Ital. II.* An. cIↃ-LXXXI.

SCHAFFN. MARIANVS SCOTVS, SIGEBERTVS, CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS, *Annales* HILDESHEIMENSES, *ad ann.* cIↃLXXX. De Pœnitentia Rudolphi ſimul narrant; HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib. I. cap. XXIX.* ALBERTVS STAD. & CONRADVS VRSPERGENS. *ad an.* cIↃLXXX.

(b) OTTO FRIS. *Hiſt. Frid. I. lib. I. cap. I.* BERTOLDVS, MARIANVS SCOTVS CHRONOGRAPHVS SAXO, ANNALES HILDESHEIMENSES, *ad ann.* cIↃLXXX. SIGEBERTVS *ad ann.* cIↃLXXIX. ALBERTVS STAD. CONRADVS VRSPERG. *ad ann.* LXXX.

Digitized by Google

imperatorem coronauit. (*c*) Hic tamen, *Roberti*, Normanni, bellum veritus, ad turbatiſſimas Germaniæ res curandas mox eo conceſſit. (*d*)

cIↄLXXXIV

*Bellum cum Hermanno nouo rege.*

XX. Pars principum elegerat poſt cæſum Rudolphum HERMANNVM, Luzelburgicum; eumque Moguntinus inaugurauerat. Vario Marte cum eo diu bellatum eſt. Modo ad Henricum, modo ad Hermannum, principes deſciuere; vt ſua

(c) OTTO FRIS. *Hiſt. Frid. I. lib. I. cap. II.* LEO OSTIENSIS *lib. III. cap. L. Auctor Vitæ Henrici pag.* 186. 187. *Epiſtola* HENRICI *ad Theodoricum. Verdun. Epiſcopum, apud* GOLSCHERVM *Geſt. Treuer. cap. LXI.* HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib. I. cap.* XXX. BERTOLDVS CONST. & ALBERICVS *ad ann.* cIↄLXXXI. LXXXII. LXXXIII. LXXXIV. SIGEBERTVS GEMBL. ALBERTVS STAD. CONRADVS VRSPERG. *ad ann.* cIↄLXXXI. LXXXIII. LXXXIV. MARIANVS SCOTVS, CHRONOGRAPHVS SAXO, *Annales* HILDESHEIMENSES, *ad ann.* cIↄLXXXI. LXXXIII.

(d) OTTO FRIS. *loc. cit.* BERTOLDVS CONST *ad ann.* cIↄLXXXIV.

Digitized by Google

vt ſua id e re arbitrarentur fore. (*e*) Quedlinburgi contra Henricum conuentum, & de eo opprimendo actum. Contra Moguntiæ Epiſcopi & Principes plures conuenerunt, & Henrici probata cauſa Papæ neſarios auſus, per quos tot cædibus atque incendiis Germania erat inuoluta, damnarunt. (*f*)

An. cIↃ-LXXXV.

*Moguntinus conuentus.*

XXI. Hoc tempore Gregorius Papa Salerni exſtinguitur; motarum calamitatum multam pœnitentiam,

Dd quod

(e) AVCTOR *Vitæ Henrici pag.* 185. BRVNO *Hiſt. Belli Sax. pag.* 231. BERTOLDVS CONST. *ad ann.* cIↃLXXXI. LXXXII. LXXXV. MARIANVS SCOTVS, *Contin.* LAMBERTI SCHAFFN. SIGEBERTVS GEMBL. CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS, ALBERTVS STAD. CONRADVS VRSPERG. *Annales* HILDESHEIMENSES, *ad ann.* cIↃLXXXII. HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib. I. cap. XXX.*

(f) BERTOLDVS CONST. DODECHINVS, SIGEBERTVS, CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS, ALBERTVS STAD. CONRADVS VRSPERGENSIS *Annales* HILDESHEIMENSES *ad ann.* cIↃLXXXV.

Digitized by Google

quod aiunt, teſtatus. (*g*) Contra Clementem vero ab Hildebrandina parte *VICTOR*, deinde *VRBANVS*, & vertente ſeculo *PASCHALIS II.* conſtituuntur; omnes Papæ, eiusdemque adeo ingenii atque animi. (*h*) In Germania Saxonum & aliorum principum leuitatis pertædere Hermannum cœpit; adeoque deſerto imperio conceſſit in Lotharingiam, & ibi periit. (*i*)

*Poſt Gregorium noui contra Clementem Papæ.*

An. cIɔLXXXVI.

XXII.

(g) Obitus Hildebrandi. BERTOLDVS, CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS, ALBERTVS STAD. CONRADVS VRSPERG. *ad ann.* cIɔLXXXV. LEO OSTIENSIS *Chron. Caſſin. lib. III. cap. LXIX.* Eius pœnitentiam teſtatur SIGEBERTVS *ad ann. cIɔLXXXV.* ALBERICVS *ad h. a.*

(h) OTTO FRISING. *Chron. lib. VII. Cap. I. VI.* BERTOLDVS CONST. *ad ann. cIɔLXXXVII. LXXXVIII. XCIX.*

(i) OTTO FRIS. *lib. VI. Chron. cap. XXXV. Auctor Vitæ Henrici pag.* 185. HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib. I. cap. XXX.* BERTOLDVS CONST. *ad ann. cIɔLXXXVII. LXXXVIII. Contin.* LAMBERTI SCHAFFN. *Annales* HILDESHEIMENSES *ad ann.* LXXXVI. DODECHINVS CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERTVS STAD. CONRADVS VRSPERG. *ad*

Digitized by Google

XXII. Tum redituri ad Henricum omnes populi videbantur, & ſerio Spiræ de reconciliatione actum. Sed Papæ conſilia Germaniam adhuc pacatam noluerunt. Iterum diris Cæſarem deuouit. ECBERTVM, Marchionem, eligi regem curauit. *Mathildem*, vt *WELPHO* nuberet, adeoque Italia excluderet Cæſarem, permouit. (*k*) cIɔ-LXXX-VII. *Ecberti motus.*

XXIII. Henricus, his ſpretis conſiliis, reiecta etiam turpi pacis formula, quam Principes, vt ex ea ſtaretur, obtulerant, in Italiam redit, & victricia arma vbique oſtentat. Ab eius etiam amicis Ecbertus in Germania cæditur. (*l*) Sed nefariis ar- *Expeditio Ital. III.* An. cIɔ-LXXXIX. XC. cIɔ XCI. XCII.



*ann. LXXXVII.* SIGEBERTVS GEMBLAC. *&* ALBERICVS, *ad ann. XC.*

(k) BERTOLDVS CONST. *ad ann. cIɔLXXXVIII. LXXXIX. Contin.* LAMBERTI SCHAFFN. DODECHINVS, CHRONOGRAPHVS SAXO, *Annales* HILDESHEIMENSES, ALBERTVS, STAD. CONRADVS VRSPERG. *ad ann.* cIɔLXXXIX.

(l) BERTOLDVS CONST. *ad ann. cIɔLXXXIX. XC.* XCI. *XCII.* CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS,

Digitized by Google

cIↃXCIII. IV. artibus Papæ, nunc *CONRADVS* filius, ipſaque coniux *PRAXEDIS*, Henricum deſeruere. Ille occupato Italiæ regno, nefarie inſurrexit patri. Hæc in Placentina Synodo turpiſſimorum criminum maritum arguit. Henricus interea multa prudentia & virtute pro ſua propugnat cauſa, & deſerta Italia extremum in Germaniam redit. (*m*)

*Conradi filii rebellio.*

An. cIↃXCVI. VII.

*Moguntina Comitia.*

XXIV. Moguntina comitia, ipſo Welpho placato, pleroſque principes reconciliarunt regi. Conſenſerunt omnino, vt exauctorato Conrado

*ad an.* XC. *XCI. XCII.* SIGEBERTVS, *Annales* HILDESHEIMENSES, *ad ann.* XC. XCI. ALBERTVS STAD. *&* CONRADVS VRSPERG. *ad ann.* XC. AVCTOR *Vitæ Henrici IV. pag.* 186.

(m) AVCTOR *Vitæ Henrici pag.* 187. 188. DONNIZO *Vita Mathildis lib. II. cap. XI. pag.* 674. BERTOLDVS CONST. *ad ann.* cIↃXCIII. XCIV. XCV. XCVII. DODECHINVS *ad ann.* XCIII. XCVII. CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS *ad h. a.* SIGEBERTVS GEMBL. ALBERICVS, *ad ann.* XCIII. *Annales*

rado rege *HENRICVS* eius frater rex deſignaretur. Interdicta Papæ nunc fere ludibrio habita. (*n*) Plerique animum ad ſacras in Palæſtinam expeditiones, quas Vrbanus Papa decreuerat, attenderunt. Vertente ſeculo Henricus filius Aquisgrani coronatus eſt, & nouo anno Conradus in Italia obiit. (*o*) An. cIↃC. cIↃCI.



HILDESHEIMENSES *ad ann.* XCVII.

(n) AVCTOR *Vitæ Henrici pag.* 188. BERTOLDVS *ad ann.* cIↃXCV. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* XCVI. XCVII. ALBERTVS STAD. CONRADVS VRSPERG. *ad ann.* XCVII.

(o) Expeditionum ſacrarum initium. BERTOLDVS CONST. DODECHINVS, *ad ann.* cIↃXCVI. OTTO FRISING. *lib.* VII. *Chron. cap.* II. Henrici coronatio. OTTO FRIS. *lib.* VII. *Chron. cap.* VIII. *Annales* HILDESHEIMENSES, ALBERTVS STAD. CONRADVS VRSPERGENSIS, *ad ann.* cIↃXCIX. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃC. ALBERICVS *ad ann.* cIↃCIII. Mors Conradi. OTTO FRIS. *lib.* VII. *Chron. Cap.* VII. DONNIZO *Vita Mathildis lib. II. Cap. XIII. pag.* 676. DODECHINVS, SIGEBERTVS, ALBERICVS, ALBERTVS STADENSIS,

Digitized by Google

*Quietius regimen.* XXV. Henricus Pater, cum iam per maximas turbas nouam quodammodo faciem Germania, fatis feſſa calamitatum, induerat, publicæ paci proſpicere, & reliquos motus ſedare, ſolerter cœpit. Ita Flandriam pacauit; Saxoniam intus tutiorem reddidit: quæ ipſa nuper Luiticorum furores egregie vindicauerat, foriſque pacem pepererat. (*p*) Rurſus vero fatalis turbo egregia Henrici conſilia ſubruit, calamitoſumque Cæſarem demum euertit.

An. cIↄ CII. III.

An. cIↄCV.

*Henrici filii rebellio.* XXVI. Cognominis filius, iiſdem Papæ artibus expugnatus, contra ſancte datam fidem, inſurgit patri, eumque infeſtis armis premit. Miſer pater, a pluribus deſertus, a Saxonibus

CONRADVS VRSPERGENSIS, *ad an.* cIↄCI. CHRONOGRAPHVS SAXO, *ad ann.* cIↄCII.

(p) AVCTOR *Vitæ Henrici pag.* 188. BERTOLDVS *ad ann.* cIↄC. DODECHINVS *ad ann.* cIↄCII. SIGEBERTVS, ALBERICVS, *ad ann.* cIↄCII. III. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↄCI. II. *Contin.* LAMBERTI SCHAFFN. *ad ann.* cIↄCIII.

nibus prope ſolis defenſus eſt. (q) Sed cum non poſſet aperta vi de imperio deiici, dolis demum deiectus eſt. Dum quippe Moguntiam ad indicta comitia, cauſam contra filium acturus, proficiſcitur; ab impio filio callide circumuentus, & in quoddam caſtellum ductus eſt. In hoc ſpoliatus eſt imperatoriis ornamentis, & Moguntiæ in Comitiis, improba principum conſenſione, ipſo regno priuatus. (r)

*Exauctoratio Henrici Patris.*

An. XXVII. cIↃCVI.



(q) AVCTOR *Vitæ Henrici pag.* 189. 190. OTTO FRISING. *Chron. lib.* VII. *cap.* IIX. IX. SIGEBERTVS, DODECHINVS, ALBERTVS STAD. ALBERICVS, CONRADVS VRSPERG. *Annales* HILDESHEIMENSES, *ad ann.* cIↃCV. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃCVI. *Contin.* LAMBERTI SCHAFFN. *ad ann.* cIↃCIII.

(r) AVCTOR *Vitæ Henrici pag.* 190. 191. OTTO FRIS. *lib. VII. Chron. cap.* X. XI. HENRICI IV. *Epiſtola ad Philippum R. G. pag.* 197. SVGERIVS *in Vita Ludouici Groſſi pag.* 288. HELMOLDVS *lib. I. cap.* XXXII. GOTFRIDVS VITERB. *P.* XVII. *pag.* 503. SIGEBERTVS, DODECHINVS, ALBERICVS, *Annales* HILDESHEIMENSES, ALBERTVS STADENSIS, CONRA-

Digitized by Google

XXVII. Ita ad priuatam redactus ſortem Spiram, indeque Coloniam & extremum Leodium, conceſſit. Lotharingi & alii principes miſerti fortunæ Cæſaris auxilia obtulerunt. Verum, vt fractæ patris fortunæ vsque ad exitium filius inſiſteret, protinus in Lotharingiam duxit. Sed triſtiſſima morte vlterius filii bellum anteuertit Henricus pater; ſi quisquam, tota vita miris fortunæ ludibriis exagitatus princeps. (*s*) Sepultus regio cultu Leodii; in ipſum eius funus Pontificia rabie ſæuiente, extractus eſt ex monumento, & Spi-

*Extrema eius fata.*

DVS VRSPERGENSIS, *ad ann.* cIↃCVI. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃCVII.

(*s*) AVCTOR *Vitæ Henrici pag.* 191. 192. 193. 194. OTTO FRISING. *Chron. lib.* VII. *cap.* XII. HELMOLDVS *lib.* I. *cap.* XXXIII. GOTFRIDVS VITERBIENSIS *P.* XVII. *pag.* 504. DODECHINVS, SIGEBERTVS, *Contin.* LAMBERTI, ALBERICVS, ALBERTVS STAD. CONRADVS VRSPERG. *Annales* HILDESHEIMENSES, *ad ann.* cIↃCVI. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃCVII.

Digitized by Google

Spiram ductus: vbi per quinque annos inhumatus in arena ſtetit. (*t*) Ex *BERTHA* coniuge CONRADVM, HENRICVM, & AGNETEM, *Friderico*, Hohenſtaufio, nuptam; ex *ADELHEIDA*, ſiue *PRAXEDE*, quod vtrumque habetur eius nomen, nullos liberos genuit. (*v*) *Familia.*

*CAPVT V.*

# RES HENRICI V. IMPERATORIS.

## I.

Quod nimius fuiſſet Henricus Tertius in iactanda poteſtate re- *Status Germaniæ.*



(t) HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib.* I. *cap.* XXXIII. GOTFRIDVS VIT. *P.* XVII. *pag.* 504. *Annales* HILDESHEIMENSES, *&* DODECHINVS, *ad ann.* cIↄCVI. ALBERTVS STAD. *&* CONRADVS VRSPERG. *ad h. a.*

(v) OTTO FRIS. *lib.* I. *Hiſt. Frid.* I. *cap.* VIII. X. *lib.* VII. *Chron. cap.* IX. LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIↄLXVI. LXXI. LXXIV. *pag.* 202. MARIANVS SCOTVS *ad ann.* cIↄLXXXI. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↄLXXXIX.

Digitized by Google

regia, inſtigante Papa, conſentientibus Epiſcopis & Principibus, turbatiſſimum filii Henrici Quarti fuit imperium. Per hos motus Papa ſe exſoluerat clientela, & non parum decretam dominationem ſtabilierat. Et principes Germaniæ maximam in territoriis poteſtatem acquiſiuerant, cum iura regia minuerent. Reliquum erat, vt Henrici Nepotis imperium Epiſcoporum expleret vota, & inſigne ius ſacrorum Pontifici Maximo tribueret.

*Henrici ingenium.* II. Quintus hic HENRICVS fortis, gloriæ cupidiſſimus, princeps, vt pater, fuit. Hoc vero ſeuerior, conſtantior, callidior, & auarior, nec parum crudelis, vt fere auus, exſtitit. (*x*) Reſtituiſſet, credo, ſaltem ſeruaſſet, priſca regum iura, niſi omnium ad res nouas concordi conſpiratione, quaſi rapidiſſimo flumine, abreptus foret.

III.

(x) OTTO FRIS. *lib.* I. *de Geſtis Frid.* I. *cap.* X. SVGERIVS *in Vita Ludouici Groſſi pag.* 288. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad ann.* cIↃCVI.

III. Quam impie miſero patri inſultauerit, modo acceptum. Poſt eius fata *Henricum*, Lotharingiæ ducem, quod fauiſſet patri, continuo oppreſſit, & dignitate ſpoliauit. Inde motus Flandricos, quos *Robertus* excitauerat, ſedauit: (*y*) Bohœmumque exulem ducem in prouinciam per *Wicbertum* Comitem reduci iusſit. (*z*) Moguntiæ & Goslariæ eodem anno comitia habita ſunt. In poſteriori vero loco Cæſar in principum conſeſſu fulgure tactus, & nefandi criminis nuper admiſſi diuinitus eſſe admonitus viſus eſt. (*a*)

*Priora acta.*

An. cIɔCVII.

IV.

(y) SIGEBERTVS GEMBL. *ad ann.* cIɔCVI. VII. VIII. *Annales* HILDESHEIMENSES *ad ann.* VI. ALBERICVS *ad ann.* VI. VII. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* VIII. DODECHINVS, CONRADVS VRSPERGENSIS, *&* ALBERTVS STADENSIS, *ad ann.* VII.

(z) *Annales* HILDESHEIMENSES *ad ann.* cIɔCVII.

(a) DODECHINVS, *Annales* HILDESHEIMENSES, *ad ann.* cIɔCVII. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* VIII.

Digitized by Google

*Lites cum Papa.* IV. Nunc Papæ in Germaniam aduentus, vt iura, de quibus cum Henrico nuper, cum exauctorato patre capeſſeret regnum, conuenerat, ſolenni pactione firmarentur, nunciatus. Contra Henricus, mutata ſententia, obuiam miſit Papæ, qui defenderent iura imperii, & Papæ poſtulationem refutarent. Præter ſpem hæc accidiſſe videns Papa, in Galliam abiit, ibique in Trecenſi, mox in Italia in Beneuentana, Synodo, Gregorii decreta confirmauit, & grauiſſime in Cæſarem inuectus eſt: qui nihilominus conſtanter ſuo iure, vt Epi-
An. cIɔCVIII. ſcopos Abbatesque conſtitueret, vſus eſt. (*b*)

cIɔCIX. V. Francofurtanis comitiis & probata ſunt Cæſaris conſilia, & bellum decretum eſt contra Polonos, qui vſi

(b) PETRVS DIACONVS *Chron. Caſſin. lib.* IV. *cap.* XXXIII. SVGERIVS *in Vita Ludouici Groſſi pag.* 289. CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* cIɔCVII. *Annales* HILDESHEIMENSES *ad h. a.* ALBERICVS *ad ann.* VIII.

vſi ciuilibus Germaniæ bellis clientelæ veteri renunciauerant, & Regem ſuum ducem dixerant. Bellum non ſatis ex voto videtur geſtum eſſe; nec alterum quod eodem anno cum Hungaris pro *Almo* contra *Colomannum* fratrem adminiſtratum eſt. Perhibetur tamen Henricus ingenti terræ vaſtatione reduxiſſe Polonos ad tributa & obſequia. (*c*)

*Polonicum & Hungaricum bellum.*

VI. Ratisbonenſia comitia deinceps habita expeditionem Cæſaris in Italiam edixerunt. (*d*) Magna eo manus ducta. Longobardi facile in fidem accepti. Lentis gradibus Romam itum; & demum in itinere ſancitum, vt Papæ quidem In-

An. cIↃCX. *Expeditio Ital. I.*

(c) OTTO FRISING. *lib.* VII. *Chron. cap.* XIII. *Annales* HILDESHEIMENSES, CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* cIↃCVIII. IX. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* IX. X. ALBERICVS *ad ann.* IX. SIGEBERTVS *ad h. a.* DODECHINVS *&* ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* IIX.

(d) CONRADVS VRSPERGENSIS *&* ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* cIↃCX.

Inueſtitura Epiſcoporum cederetur; ſed conditione hac interpoſita, vt Germaniæ Epiſcopi cederent omnibus bonis atque iuribus, ſolisque decimis & donis contenti agerent. Tum, poſtquam Sutrienſi conuentu omnia confirmata eſſent, Roma ab Imperatore intrata. (*e*)

An. cIↃCXI.

*Euentus litium cum Papa.*

VII. Multo honore exceptus Henricus ad coronationem perducitur. Cæſar, paratus ſtare pactis, poſtulauit, vt ſuis Papa ſtaret. Quem cum Germaniæ Epiſcopi acriter obiurgarent, & prohiberent, quo minus bonorum reſtitutio decerneretur, iratus Cæſar continuo captiuum cum Cardinalibus, quos vocant, duxit; punitisque Romanis tu-

(e) OTTO FRIS. *lib.* VII. *Chron. cap.* XIV. GOTFRIDVS VITERBIENSIS *P.* XVII. *Chron. pag.* 504. 505. PETRVS DIACONVS *lib.* IV. *Chron. Caſſin. cap.* XXXV. XXXVII. HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib.* I. *cap.* XXXIX. CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* cIↃCX. XI. DODECHINVS, *Annales* HILDESHEIMENSES *ad ann.* cIↃCX. SIGEBERTVS, ALBERICVS, *ad ann.* XI.

Digitized by Google

tumultuantibus, & dirutis Romæ mœniis, in caſtra extra vrbem deduxit. (*f*)

VIII. Re multum deliberata & pertractata demum conuenit, vt prorſus Papa renunciaret poſtulatis, adeoque Cæſar inueſtituram, Epiſcopi bona, ſeruarent. Henricus inde coronatus eſt, & ſolennibus ſacramentis pacta firmata ſunt. (*g*) Tum

(f) OTTO FRISING. *lib.* VII. *Chron. cap.* XIV. GOTFRIDVS VITERB. *loc. cit.* PETRVS DIACONVS *Chron. Caſſin. lib.* IV. *cap.* XXXVIII. XXXIX. XL. DONNIZO *in Vita Mathildis lib.* II. *cap.* XIIX. SVGERIVS *in Vita Ludou. Groſſi pag.* 290. HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib. I. cap.* XXXIX. DODECHINVS, ALBERICVS, ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS, *Annales* HILDESHEIMENSES, *ad ann.* cIↃCXI. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃCXII.

(g) OTTO FRIS. *loc. cit.* PETRVS DIACONVS *lib.* IV. *cap.* XL. GOTFRIDVS VITERB. *pag.* 505. SIGEBERTVS, DODECHINVS, ALBERICVS, ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS, *ad ann.* cIↃCXI. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃCXII.

Digitized by Google

Tum redux in Germaniam Patris corpus Spiræ regio cultu tumulauit. (*h*)

*Studia Germaniæ Epiſcoporum.* An. cIↄCXII.

IX. Papa, metu extorta ſacramenta cauſatus, ſtatim ab abitu Cæſaris Synodum Romam cogit, pactis renunciat, & permittit, vt Epiſcopi aliquot excommunicarent, quod dicunt, Cæſarem. Eadem decreta Viennenſis Synodus Papæ conſiliis probauit, & ſacris Cæſari interdixit. (*i*) Viſum nunc etiam, quantum plerique Epiſcopi Germaniæ fauerent Papæ, eiusque clientelæ bene cuperent.

An. cIↄCXIII.

X. Quadam quaſi turbarum contagione Germania protinus ab Epiſcopis

(h) *Annales* HILDESHEIMENSES, CONRADVS VRSPERGENSIS, *ad ann.* cIↄCXI.

(i) OTTO FRIS. *lib.* VII. *Chron. cap.* XIV. XV. PETRVS DIACONVS *Chron. Caſſin. lib.* IV. *cap.* XLII. HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib.* I. *cap.* XL. ALBERICVS *ad ann.* cIↄCXI. ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS, *ad ann.* cIↄCXII. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↄCXIII.

Digitized by Google

ſcopis mota eſt. *ADELBERTVS*, *Motus*
Moguntinus, damnauit Cæſarem, *principum.*
& Saxones ſimul atque *SIGFRIDVM*,
Palatinum Comitem, ad ſeditionem
concitauit. Henricus ex Burgundia redux Adelbertum cuſtodiæ dedit; Saxoniam totam vaſtauit, principesque terrore ſui ad officia compulit. (*k*) Iterum rebellem Sigfridum, & aliquot Saxoniæ Comites, *Hoyerus*, Mansfeldiæ Comes, oppres- An.
ſit. Sigfridus cæſus eſt; Wicbertus cIↄCXIV.
Herbipoli capitis damnatus. (*l*)

XI. Nouo anno noua grauiorque cIↄCXV.
coorta rebellio. *LOTHARIVS*, Dux Saxoniæ, nuper Cæſari reconciliatus, cum omnibus Saxoniæ Epi-

Ee ſcopis

(k) OTTO FRIS. *lib.* VII. *Chron. cap.* XIV. *Hiſt. Frid. I. lib. I. cap.* XIII. HELMOLDVS *lib. I. cap XL.* DODECHINVS, CONRADVS VRSPERGENSIS, *Annales* HILDESHEIMENSES, *ad ann.* cIↄCXII. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* XIII.

(l) MONACHVS PEGAVIENSIS *in Vita Viperti Groicenſis.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↄCXIV. CONRADVS VRSPERG. *&* *Annales* HILDESHEIMENSES, *ad ann.* cIↄCXIII.

Digitized by Google

ſcopis & Principibus, arma ſumſere; pars cauſam Papæ, pars ſua iura, horumque oppreſſionem, cauſati. Concurritur infeſtis vtrinque armis & animis: ſed cæſo Hoyero, cui Saxoniæ Ducatus iam erat ſpes facta, Henrici copiæ maximam cladem paſſæ ſunt. (*m*)

*Ingentes turbæ.* An. cIɔCXVI.

XII. Tum, omnia Romæ in noua Synodo Papa turbante, (*n*) maiores animi ab Epiſcopis Germaniæ ſumti. Magdeburgicus *ADELGETVS*, & plures Epiſcopi, auſi Moguntini exemplo Cæſarem damnare. Adſtrepebant iſtis alacres principes, & iam Coloniæ, *Theodorico*, Papæ Nuncio, præſente, de exauctorando Henrico, nouoque eligendo Cæſare, agi cœptum; dum interim ſententiæ

(m) OTTO FRISING. *lib.* VIII. *Chron. cap.* XV. HELMOLDVS *lib.* I. *cap.* XL. *Monachus* PEGAVIENSIS, DODECHINVS, ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS, *Annales* HILDESHEIMENSES, *ad ann.* cIɔCXV. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIɔCXVI.

(n) CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* cIɔCXVI.

tentiæ dubius atque anceps Henricus Spiræ hæret, fruſtraque violenta principum conſilia deprecatur. (*o*)

XIII. Commode vero accidit, vt *Mathildis* nunc exſtingueretur, & daretur Henrico occaſio, placandi principes, & obtentu vindicandi iura Germaniæ in Italiam ducendi: dum interim *CONRADVS* & *FRIDERICVS*, Duces, Sororii Henrici, ſaluti & ſecuritati Germaniæ proſpicerent. (*p*) *Expeditio Ital. II.* An. cIↄCXVII

XIV. In Italia Longobardi perdomiti, ceteræque regiones pacatæ. Papa Roma ad Normannos aufugerat. Cum tamen legatos ad eum Cæſar mitteret, datis induciis ad An. cIↄCXVIII.

Ee 2 com-

(o) ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* cIↄCXV. XVI.

(p) OTTO FRISING. *lib.* VII. *Chron.* *cap.* XV. PETRVS DIACONVS *lib.* IV. *cap.* LX. DONNIZO *Vita Mathildis lib.* II. *cap.* XXI. ALBERICVS, CONRADVS VRSPERGENSIS, *ad ann.* cIↄCXV. DODECHINVS, CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* XVI.

Digitized by Google

communia ſacra ab eo receptus eſt. *Paſchali* deinde fatis functo, *Gelaſius*, inconſulto Cæſare, electus eſt. (*q*) Huic, cum extremis Paſchalis pactionibus ſtare nollet, Cæſar *Burdinum*, dato *Gregorii* nomine, oppoſuit, & Gelaſium in Gallias fugauit; ipſe denuo a Gregorio Romæ Cæſar coronatus eſt. (*r*)

*Continuati motus in Germania.*

XV. Reuerſus in Germaniam protinus in Lotharingiam contendit, partimque vi, partim benignitate, omnes ibi principes ad pacem per-

(q) PETRVS DIACONVS *lib. IV. cap.* LXI. HELMOLDVS *lib.* I. *cap.* XL. ALBERICVS, ALBERTVS STADENSIS, *ad ann.* cIↃCXVII. ROBERTVS DE MONTE *Contin. Sigeb. Gembl. ad ann.* cIↃCXIIX.

(r) OTTO FRISING. *lib.* VII. *Chron. cap.* XV. PETRVS DIACONVS *lib.* IV. *cap.* LXIV. HELMOLDVS *lib.* I. *cap.* XL. ALBERICVS *ad ann.* cIↃCXVII. *Annales* HILDESHEIMENSES, ROBERTVS DE MONTE, CONRADVS VRSPERGENSIS, ALBERTVS STADENSIS, *ad ann.* cIↃCXIIX. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* XIX.

Digitized by Google

perduxit. (*s*) Interim, per Gelaſium Papam continuatis litibus, Moguntiæ & Fridislariæ iterum Cæſarem a ſacris amouerunt Epiſcopi. (*t*) Mortuo quidem Gelaſio *Calixtus II.* apud Gallos Papa conſtitutus eſt. Sed, cum idem in Rhemenſi Concilio Gregorii decreta vrgeret, (*v*) tandem Cæſarem principesque turbarum tædere cœpit, & quæri, qua ratione poſſent componi lites.

An. cIɔCXIX.

*Crebri Conuentus de ſtatuenda pace.*

XVI. Moguntiæ, deinde Fuldæ, & Quedlinburgi, fruſtra pacis tentata conſilia: & diſſidentibus principibus, & Epiſcopis non niſi omnia ſacrorum iura reſignaturo Cæſari ac-



(s) ALBERICVS *ad ann.* cIɔCXVII. DODECHINVS, ROBERTVS DE MONTE, *ad ann.* cIɔCXIIX.

(t) CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* cIɔCXIX.

(v) OTTO FRIS. *lib.* VII. *Chron. cap.* XV. PETRVS DIACONVS *lib.* IV. *cap.* LXIV. ALBERICVS *ad ann.* cIɔCXVII. XIIX. ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* XIIX. CONRADVS VRSPERGENSIS, & CHRONOGRAPHVS SAXO, *ad ann.* XIX.

Digitized by Google

acquieturis. (*x*) Goslariæ comitia celebrata *Lotharium* Saxonem, *Friderikum*, Palatinum Comitem, & alios, Cæſari reconciliatos dedere. (*y*) Inde conuentum Herbipolim, & magis ſeriæ deliberationes habitæ ſunt. Ab iis miſſi Romam, qui
An. cIↃCXXI. acta Papæ renunciarent, & de eius voluntate inquirerent. Miſſi a Papa legati iterum Herbipoli rem tractant, ſed in caſſum; neutra parte iuribus valde ceſſura. (*z*)

*Wormatienſis conuentus.* An. cIↃCXXII XVII. Extremum Wormatiæ de rerum ſumma inter Papam, atque Cæſarem plane conuenit. Papæ ceſſit Cæſar omni Inueſtitura, quam nuncupant, per annulum & baculum

(x) OTTO FRISING. *loc. cit.* ALBERICVS *ad ann.* cIↃCXVIII. XX. *Continuator* LAMBERTI SCHAFFN. *ad ann.* XX. DODECHINVS *&* *Annales* HILDESHEIMENSES *ad ann.* XIX.

(y) *Annales* HILDESHEIMENSES *ad ann.* cIↃCXX.

(z) ALBERICVS *ad ann.* cIↃCXXI. XXII. CONRADVS VRSPERGENSIS *ad h. a.* *Annales* HILDESHEIMENSES *ad ann.* XXI. ROBERTVS DE MONTE *ad ann.* XXIII.

Digitized by Google

lum fieri ſolita. Cæſari pauca ex egregio ſacrorum iure relicta ſunt; quæ reliqua etiam commode norat Paparum nequitia ſenſim pedetentimque bonis Imperatoribus rapere. Nunc, poſtquam votorum Epiſcopi damnati, & de Cæſaris poteſtate exemti eſſent, his omnium turbarum incenſoribus placatis, paululum etiam quieſcere cœpit Germania. (*a*) *Dimiſſum ius ſacrorum.*

XVIII. Extremam expeditionem Henricus in Virdunenſi cauſa contra *Rainaldum* Comitem ſuſcepit. (*b*) Inde continuo arma contra *Ludouicum* *Extremæ expeditiones.* An. cIↃC-XXIIII.



(a) OTTO FRISING *lib.* VII. *Chron. cap.* XVI. *lib.* II. *Hiſt. Frid.* I. *cap.* VI. GOTFRIDVS VITERB. *Chron. P.* XVII. *pag.* 506. 507. DODECHINVS, ALBERICVS, CONRADVS, VRSPERGENSIS, CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERTVS STADENSIS, *Annales* HILDESHEIMENSES, *ad ann.* cIↃCXXII. ROBERTVS DE MONTE *ad ann.* XXIII.

(b) Bis pugnatum cum Rainaldo Barri Comite. OTTO FRISING. *lib.* VII. *Chron. cap.* XV, *Hiſt. Frid.* I. *lib.* I. *cap.* XI. ALBERICVS *ad ann.* cIↃCXIII. XXIII.

cIↃC-XXIV. *cum VI.* Galliarum regem, qui Papæ nimium fauerat, vertit. (*c*) Sed ab hoc bello Wormatienſium rebellione, quam acerrime caſtigauit, abſtractus eſt. (*d*) Tum in Batauiam duxit, & motam ſeditionem proſpere compreſſit. (*e*)

An. cIↃCXXV *Deſtinati auſus.* XIX. Fertur adhuc conſilio ſoceri, Angliæ Regis, nouum tentaſſe Germaniæ ſtatum. Sed, dum peruulgantur decreta, & Germaniæ principes, pro ſuis ſinguli iuribus propugnaturi, ad communem conſpirant cauſam; (*f*) nouas turbas non

(c) SVGERIVS *in Vita Ludouici Groſſi pag.* 312. OTTO FRIS. *lib. VII. Chron. cap XVI.* ROBERTVS DE MONTE, ALBERICVS, CONRADVS VRSPERGENSIS, *ad ann.* cIↃCXXIV.

(d) OTTO FRIS. *Chron. lib.* VII. *Cap.* XVI. ALBERICVS, CONRADVS VRSPERG. *ad ann.* cIↃCXXIV.

(e) CONRADVS VRSPERG. *ad ann.* cIↃCXXIV. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* XXIII. WILHELMVS HEDA. *Hiſtor. Traiect. pag.* 148.

(f) OTTO FRISING. *lib.* VII. *Chron. cap.* XVI. ALBERICVS *&* CONRA-

Digitized by Google

non ingrato principibus obitu Henricus Traiecti ad Rhenum anteuertit. Corpus Spiram delatum, & iuxta Patrem, Auum, & Proauum, in Monumento conditum. (*g*) Illuſtriſſimæ gentis poſtremus fuit: quippe qui nullos liberos ex *MATHILDE*, Anglicana principe, ſuſtulit. (*h*)



DVS VRSPERGENSIS *ad ann.* cIↃCXXV.

(g) OTTO FRIS. *lib.* VII. *Chron. cap.* XVI. *Hiſt. Frid.* I. *lib.* I. *cap.* XV. GOTFRIDVS VITERB. *P. XVII. pag.* 509. HELMOLDVS *lib.* I. *Chron. Sclau. cap.* XLI. ALBERICVS, *Contin.* LAMBERTI, DODECHINVS, CHRONOGRAPHVS SAXO, *Annales* HILDESHEIMENSES, ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS, *ad ann.* cIↃCXXV. ROBERTVS DE MONTE *ad ann.* cIↃCXXVI.

(h) OTTO FRISING. *lib.* VII. *cap.* XV. *Chronicon Vetus* BRVNSVICENSE *apud Ill. Leibnitium. Tom. II. pag.* 15. Bertam filiam nuptui Ptolemæo Romano datam memorat PETRVS DIACONVS *Caſſin. Chron. lib.* IV. *cap. LXI.*

## CAPVT VI.

# RES LOTHARII SAXONIS IMPERATORIS.

I.

*Electio Lotharii.*

MOguntiæ poſt Henrici obitum continuo conuentum, & de noui regis electione conſultatum. *LOTHARIVS*, Saxo, *FRIDERICVS*, Francus, *CAROLVS*, Flander, & *LEOPOLDVS*, Auſtrius, nominati, vt ex iis Imperator ſumeretur. (*i*) Primum, Moguntino & Papæ Legato commendante, maior pars elegit; acceptisque ab Imperatrice imperii inſignibus, Aquasgrani ductum Colonienſis inaugurauit. (*k*) Con-

(i) OTTO FRIS. *Chron. lib. VII. cap. XVII.* GOTFRIDVS VITERB. *P. XVII. pag.* 509. ALBERICVS *ad ann.* cIↃCXXV.

(k) OTTO FRISING. *lib.* VII. *Chron. cap.* XVII. *lib.* I. *de Geſtis Frid.* I. *cap.* XV. XVI. PETRVS DIACONVS *lib.* IV. *cap.* LXXXVII. GOTFRIDVS VITERB. *P.* XVII. *pag.* 509. *Contin.* LAMBERTI, DODECHINVS, ALBERICVS, CHRONOGRAPHVS SAXO, *Annales* HILDESHEIMENSES *ad ann.*

Contra ab altera principum parte *CONRADVS*; Sueuus, deſignatus imperator, in Italiam duxit; & a Mediolanenſi Præſule Modœtiæ Italiæ rex coronatus eſt. (*l*)

II. Qui cedente demum altero locum tenuit *LOTHARIVS*; *Gebhardi* comitis filius, *Henrici Pinguis*, Saxoniæ ducis, gener fuit; (*m*) Saxoniæque Ducatum Billingianum, fatis functo *Magno*, Duce vltimo, ab Henrico imperatore acceperat. (*n*) Quod pro Papæ partibus contra Henricum propugnauerat, Clero ma-

*Natales eius & ingenium.*

cIↃCXXV. ROBERTVS DE MONTE, ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS, *ad ann.* cIↃCXXVI.

(l) OTTO FRIS. *lib. VII. Chron. cap.* XVII. HELMOLDVS *lib.* I. *cap.* XLI. GOLSCHERVS *Geſtis Treuerorum cap.* LXXVI. ALBERICVS *ad ann.* cIↃCXXVII. XXVIII. CONRADVS VRSPERGENSIS *ad an.* XXVI.

(m) CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃIX. *Chronicon* BRVNSVICENSE *apud Maderum pag.* 12. 13.

(n) HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib.* I. *cap.* XXXV. *Annales* HILDESHEIMENSES *ad ann.* cIↃCVI. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃCVII.

Digitized by Google

maxime gratus exſtitit, eoque nomine imperatoriam meruit dignitatem. (*o*) Fuit cupidus gloriæ, fortis, prudens, iuſtus, &, quod præſtitit, felix princeps. Subdolum fuiſſe & auarum, alii teſtantur. (*p*)

*Comitia Ratisbon. iuri regio infeſta.*

III. Prima Ratisbonæ Comitia habuit, in quibus noua ordinum iura admodum videntur firmata eſſe. Placuit præſertim, vt proſcriptorum bona præcipuæ regni ditioni cederent, non Regis, quod huc vsque ſeruatum erat, poteſtati. (*q*) Inde in Magdeburgico conuentu Ducatus Saxoniæ *HENRICO SVPERBO* datus; & ſtatim ductum contra *Vlricum*, Bohœmum, a quo mala fide ſe expulſum ex prouincia *Otto* querebatur. (*r*)

An. cIɔC-XXVI. *Bohœmicum bellum.*

IV.

(o) ALBERICVS *Monachus Trium Fontium ad ann.* cIɔCXXV.

(p) HVGO *in Vita S. Dortberti cap. L. apud Surium VI. Iunii.* HELMOLDVS *Chron. Sclau. cap. XLI.* ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* cIɔCXXXIII. CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 212.

(q) DODECHINVS *ad ann.* cIɔCXXV.

(r) DODECHINVS *ad ann.* cIɔCXXVI.

Digitized by Google

IV. Bohœmicum bellum parum proſperum fuit. Otto cæſus eſt; ipſe Lotharius in anguſtias ab Vlrico redactus. Vicit autem fortuna Lotharii, & mouit Vlricum, vt ſupplex eum veneraretur, & ſe eius fidei redderet. (*ſ*)

V. Interea Conradus cum Friderico fratre magnam Germaniæ partem tenuit infeſtam Lothario. Parum contra eos ſiue Papa potuit, ſiue Imperator. A decretis itaque nullam vim habituris ad arma ventum. Obſeſſum Noricum caſtrum; obſeſſa bis Spira, & vix demum capta. Ipſe Lotharius, & deinde eius gener Henricus, a Friderico fugati ſunt. Conradus, quaſi parum Ger-

*Bellum cum Conrado & Friderico.* An. cIↃC-XXVII. An. cIↃC-XXVIII. IX. cIↃC-XXX.

(ſ) OTTO FRISING. *lib.* I. *de Geſtis Frid. I. cap.* XX. XXI. DODECHINVS, *Annales* HILDESHEIMENSES, ALBERTVS STADENSIS, *Continuator* LAMBERTI, CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃCXXVI. ALBERICVS *ad ann* XXVI. XXVII. ROBERTVS DE MONTE *ad ann.* XXVII.

Digitized by Google

Germanicum curaret bellum, in Italia ſuas res ſtrenue peregit. (*t*)

*Conuentus crebri.* VI. In Quedlinburgenſibus comitiis *Hermannus de Winziburg*, Comes, fractæ pacis arguitur, & iudicio principum damnatur; dignitate *Ludouico* tradita. (*v*) Herbipoli, duobus Papis de Pontificatu litigantibus, alter probatus, alter reiectus eſt. (*x*) Deinde Leodium Lotharius

(t) OTTO FRISING *de Geſtis Frid. I. lib. I. cap. XVII. XIIX. XIX.* GOTFRIDVS VITERB. *P. XVII. pag.* 509. GOLSCHERVS *in Geſtis Treuerorum cap.* LXXVI. DODECHINVS, CHRONOGRAPHVS SAXO, *Annales* HILDESHEIMENSES, *ad ann.* cIↄCXXVII. XXVIII. XXIX. XXX. ALBERICVS *ad ann.* XXVII. XXVIII. XXX. *Contin.* LAMBERTI SCHAFFN. *ad ann.* XXVI. XXVIII. CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 211.

(v) DODECHINVS, CHRONOGRAPHVS SAXO, *ad ann.* cIↄCXXX. *Annales* HILDESHEIMENSES *ad ann.* cIↄCXXX. XXXI.

(x) OTTO FRISING. *lib.* VII. *Chron. cap.* XIIX. PETRVS DIACONVS *lib.* IV. *cap.* XCVII. DODECHINVS, ROBERTVS DE MONTE, CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS, *ad ann.* cIↄCXXX.

rius cum principibus ad *Innocentium*, adprobatum Papam, contendit: cui auxilia contra *Anacletum*, qui male dicebatur in Pontificatum inuaſiſſe, pollicitus eſt. Quam ſero autem intelligeret, quale Germania damnum, nuper tradita Papæ Inueſtitura Epiſcoporum, paſſa eſſet: tam nunc fortiter Pontificem vrſit, vt malis artibus parto iure rurſus cederet. Sed feciſſe fertur *Bernhardi*, Abbatis, facundia, vt demum poſtulatione Cæſar abſiſteret. (*y*) An. cIↄC-XXXI.

VII. Poſtquam ex Italia Conradus in Germaniam rediit; exuſta eſt Auguſta Vindelicorum, quæ ciuitas Conrado fauentior ſtruxerat inſidias recepto intra muros Lothario; (*z*) & ductum inde ab hoc in An. cIↄC-XXXII. *Expeditio Ital. I.*

(y) BERNHARDVS BONÆVALLENSIS *in Vita S. Bernhardi lib. II cap I.* PETRVS DIACONVS, OTTO FRISING. *loc. cit* DODECHINVS, CHRONOGRAPHVS SAXO. ALBERICVS, ALBERTVS STADENSIS, *ad ann.* cIↄCXXXI. CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 212.

(z) *Contin.* LAMBERTI, ALBERTVS

in Italiam. Hæc Italica expeditio, quod paucioribus copiis ſuſcepta eſſet, parum decoris, ſiue Germaniæ, ſiue Imperatori, attulit. Nec reliqua Italia, nec Roma, Lotharii curauit maieſtatem. Ipſe Papa auſus coronationem Lotharii imperatoriam, probroſa effigie repræſentatam, publico ludibrio exponere. (*a*)

An. cIↃC-XXXIII.

cIↃC-XXXIV. *Conradus & Fried. reconciliantur.*

VIII. Redux Lotharius in Germaniam fortuna vti cœpit fauentiore. Bellum cum Conrado & Friderico adminiſtratum, exitum eum habuit, vt interuentu Bernhardi Abbatis, vterque fratrum, alter Bam-

STADENSIS, *Annales* HILDESHEIMENSES, *ad ann.* cIↃCXXXII.

(a) OTTO FRISING. *lib. VII. Chron. cap. XIIX.* PETRVS DIACONVS *lib. IV. cap. XCVII.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *P. XVII. pag.* 509. DODECHINVS, CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS, *Annales* HILDESHEIMENSES, *ad ann.* cIↃCXXXII. XXXIII. ROBERTVS DE MONTE, ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* cIↃCXXXIII. RADEVICVS *Hiſt. lib. I. cap. X.* HELMOLDVS *lib. I. cap. XLI.*

Digitized by Google

Bambergæ, alter Mulhuſæ, reconciliarentur regi,&in præcipuam amicitiam ſuſciperentur. (*b*) Martisburgi in comitiis, Poloni, Dani, Vngari, Cæſarem venerati ſunt. *Boleslaus*, Poloniæ dux, XII. annorum tributa ſoluit. (*c*) *Magnus*, Daniæ rex, in fidem acceptus; & adeo bellum, quod ob cæſum *Canutum*, Abotritorum Regem a Cæſare conſtitutum contra Danos decretum erat, pactione perpetuæ fidei compoſitum eſt. (*d*) *Maieſtatis Germaniæ.*



(b) OTTO FRISING. *lib. VII. cap. XIX.* GOTFRIDVS VITERB. *Chron. P. XVII. pag.* 510. *Monachus* WEINGARTENSIS *Hiſt. de Guelfis cap. XII. pag.* 788. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann. cIↃCXXXIV. XXXV.* ALBERICVS *&* *Annales* HILDESHEIMENSES, *ad ann. XXXV.* ALBERTVS STADENSIS *ad ann. XXXIII.* CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 211. HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib. I. cap. XLI.*

(c) OTTO FRIS. *lib.* VII. *cap.* XIX. CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS, *Chronicon* MONTIS SERENI, *&* *Chron.* BIGAVGIENSE, *ad ann.* cIↃCXXXV.

(d) OTTO FRIS. *loc. cit.* HELMOLDVS *lib.* I. *cap.* L. ALBERTVS STA-

*Expeditio Ital. II.*

An. cIↃC-XXXV.

An. cIↃC-XXXVI.

IX. Ita rebus Germaniæ pacatioribus iterum in Italiam Lotharius mouit; quo iam auctior viribus, & inſigni Germaniæ principum, imprimis Conradi, comitatu, eo felicior & venerabilior. Vrbes pleræque ſtatim perdomitæ. (*e*) Itum Romam, indeque ductum contra *Rogerium*, qui Apuliam, regio ſumto nomine, a Germaniæ clientela abſtraxerat. Eo proſcripto, & in Siciliam fugato, *Reginaldus* Comes loco eius Dux Apuliæ & Calabriæ conſtitutus eſt. Orta lite de

DENSIS, *Annales* HILDESHEIMENSES, *ad ann.* cIↃCXXXIII. XXXIV. CHRONOGRAPHVS SAXO, *Chronicon* MONTIS SERENI, *ad ann.* cIↃCXXXIV. ALBERICVS *ad ann.* XXXV.

(e) OTTO FRISING. *Chron. cap.* XIX. PETRVS DIACONVS *lib. IV. Chron. Caſſin. cap. XCVII.* CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 212. DODECHINVS, CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS, *Annales* HILDESHEIMENSES *ad an.* cIↃCXXXVI. ROBERTVS DE MONTE, *Chronicon* MONTIS SERENI, *ad ann.* XXXVII. *Monachus* WEINGARTENSIS *de Guelfis cap. XII. pag.* 788.

Digitized by Google

de Ducis ſolenni inauguratione, Cæſar ſimul & Papa vexillis traditis admouerunt manus. (*f*)

X. Poſt glorioſa hæc acta in Germaniam Lotharius redire parauit; ſed, prope Tridentum morbo oppreſſus, in caſtro quodam Boioariæ Bretina in vili tugurio, victor felixque Cæſar, memorabili humanæ conditionis exemplo, mortalibus eſt exemtus. Funus ab Henrico genero honorifice in Saxoniam ductum, & in Monaſterio Luterenſi conditum eſt. (*g*) Ex *RICHENSA* con-

An. cIɔC-XXXVII.

Ff 2

(f) OTTO FRISING. *lib. VII. cap. XX.* PETRVS DIACONVS *lib. IV. cap. CV.* GOTFRIDVS VITERB. *P. XVII. pag.* 509. FVLCO *apud Baronium ad ann.* cIɔCXXXVII. CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 212. CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS, ALBERTVS STADENSIS, *Annales* HILDESHEIMENSES; *ad ann.* cIɔCXXXVII. HELMOLDVS *lib. I. cap. LIV.*

(g) OTTO FRIS. *lib. VII. Chron. Cap. XXXXII.* PETRVS DIACONVS *Chron. Caſſin. lib.* IV. *cap.* CXXXI. *Monachus* WEINGARTENSIS *Hiſt. de Guelfis cap. XIII. pag.* 789. VITVS

*Familia Lotharii.* coniuge binas filias ſuſcepit. GERTRVDIS *Henrico*, Boioariæ duci, HEDWIGIS *Ludouico*, primo Thuringiæ Landgrafio a Lothario conſtituto, nupſit. (*h*)

## *CAPVT VII.*

# IVRIVM PVBLICORVM ET CIVILIS STATVS CONSIDERATIO.

### I.

*Mutatio Germaniæ* Quod poſſunt ingentes turbæ, vt plurima mutentur, conuellantur,

ARENBECK *de Guelfis pag.* 663. DODECHINVS, ROBERTVS DE MONTE. *Continuator* LAMBERTI, CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERIGVS, *Chronicon* MONTIS SERENI, *Annales* HILDESHEIMENSES, ALBERTVS STADENSIS, *ad ann.* cIↃCXXXVII. CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* XXXVIII. *pag.* 212. 213. HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib. I. cap. LIV.*

(h) *Chronicon* BRVNSVICENSE *pag.* 12. *Vita S. Autoris apud Leibnitium pag.* 701. CHRONOGRAPHVS SAXO, DODECHINVS, *ad ann.* cIↃCXXVII. *Appendix ad* MARTINVM POLONVM *ad ann.* cIↃCXXX. *Hiſtoria Landgr. Thur. cap. XIIX.*

Digitized by Google

tur, nouusque ſubinde rerum ſtatus reddatur; Germaniæ nunc faciem, ſi principum ſpectaueris ſtatum, admodum cernimus variatam, & diuerſam ab ea, quam ſuperiore loco vidimus. Nec minus vero res per tumultus conſtitutæ firmantur, probanturque, dum aut curſu ætatis placuerint, aut conſenſu communi fuerint deinceps roboratæ. Sane, quæ iura pactione & concordi conſenſione animorum ſtabiliri potuerunt; eadem quoquo modo interveniente poſſe recte tolli, nouaque ſtatui, dubium erit, cenſeo, nemini.

*quorundam iurium;*

II. In Germania ex Francicis iuribus diu omnia adminiſtrata erant. (*i*) Iam fecere magni motus, ut partim ab iis deflecteretur. Rex unus alterque nimiam adfectarat poteſtatem. Contra niti & pro ſuis iuribus propugnare ordines cœperunt. Bella hinc maximæque calamitates



(i) Conf. ſuperior demonſtratio; *lib.* III. *cap.* VII. *lib.* IV. *cap.* IIX.

Digitized by Google

Germaniæ. Vicit, improbis Papæ artibus commodo ſuo nouas res iuuantibus, cauſa ordinum. Hi ita per tumultus maioris poteſtatis ceperunt initia: ex quibus inde ad ſummam potentiam ventum eſt. Non metuendum huic cauſæ, aut, vt iuſtior videatur, ad aduerſa hiſtoriæ principia recurrendum. Iam ſatis eam probant, iuſtamque reddunt, tempus, & conſtans, ſæpeque repetitus, omnium conſenſus.

*male impugnatur aut taxatur.*

*Italia & Roma Germaniæ Imperio contenta.*

III. ROMANI IMPERII dignitatem, & *Italiæ regnum*, conſtanter ſeruauit Germania; iisque adhuc perpetuo iuribus vſa eſt, quæ cum illa poſſeſſione coniuncta erant. Libere a regibus noſtris latæ Romanis Italisque leges, & ſancitæ pœnæ. (*k*) Dum tamen ſummus Pontifex dolis fraudibusque ſe ex regia poteſtate eximit, nouumque condit in Italia imperium: quo hoc magis firmatur & inualeſcit, eo magis decreſcit

(k) Rem præclare ex *CONRADI SALICI* ore docet WIPPO *in Vita Conr. Sal. pag.* 430. Conf. *Idem* WIPPO *pag.* 441.

creſcit regia in Italia auctoritas; principibus vrbibusque Italiæ ſe paſſim fauore Papæ contra regia iura munientibus. (*l*)

IV. SVMMA PVBLICORVM in *Germania* IVRIVM porro penes prouincias fuit: vt vero Duces Comitesque potentiores iam inciperent prouinciarum res libere adminiſtrare. (*m*) Vt *Italia*, ſic *Burgundia*, ſingularia habuit iura, & ſeparatim regnata eſt. Sed Burgundiæ ordines fere primi ad res ſummas adſpirarunt, &, dum turbatur Germania, peruenerunt. (*n*) Ex *Sclauis* Bohœmorum Dux cœptus ad multorum iurium, præſertim ad electionis

*Territorium imperii proprium.*



nis

(l) LAMBERTVS SCHAFFNAB. *ad ann.* cIↄLXXVII. *pag.* 251. OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib.* VII. *cap.* XIIX.

(m) BERTOLDVS CONST. *ad ann.* cIↄXCIV. *pag.* 370. CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* cIↄCXIX. *pag.* 200.

(n) Eximia Burgundiæ principum iura. DITMARVS MERSEBVRGENSIS, *lib.* VII. *pag.* 407. OTTO FRISING. *Hiſt. Frid.* I. *lib.* II. *cap.* XXIX. RADEVICVS *lib.* I. *cap.* XI.

Digitized by Google

nis regiæ, conſortionem admitti. (*o*) Poloni, ceterique Sclaui, tributis & ſola clientela contenti populi fuerunt. (*p*)

*Iura regia diminuta.* V. REGIA POTESTAS, cum migratura videretur Franciæ iura, bene ad ea redacta eſt. *Datum*, vt olim, vt Vicarios rex conſtitueret, cum forte abiret in Italiam; (*q*) vt comitia cogeret; vt bella decreta gereret; vt largiretur dignitates. (*r*) *Negatum*, vt occuparet bona proſcriptorum, ceſſura inpoſterum regni ditioni: (*s*) negatum, vt damnaret principes, niſi pars plurima con-

(o) LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIↄLXXVI. 233. WIPPO *in Vita Conr. Sal. pag.* 424.

(p) OTTO FRISING. *lib.* VII. *Chron. cap.* XIX. Ægerrime lata Ducis Poloniæ affectatio regiæ dignitatis. LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIↄLXXVII. *pag.* 246.

(q) OTTO FRIS. *lib.* VII. *Chron. cap.* XV.

(r) CONRADVS VRSPERG. *ad ann.* cIↄCXV. VII. IX. *pag.* 193. 197. *Hiſtoria Landgr. Thuringiæ cap.* XIIX.

(s) DODECHINVS *ad ann.* cIↄCXXV.

Digitized by Google

conſenſiſſet: (*t*) negatum, vt ex arbitrio in vna alteraque prouincia ageret; & poſtulatum, vt, aut priſco more vagam haberet aulam, aut in ſua moraretur prouincia: (*v*) negatum maxime, vt imperaret prouinciis pecunias, aut publicas tentaret exactiones; (*x*) vtue auderet præſidia in prouinciis ponere aut munire. (*y*)

VI. ELECTIO REGVM omnium regni ordinum adhuc communis fuit. Conuocauit ex iure antiquo, quod nunc legitur, Moguntinus Pontifex. Conſultarunt Duces & præcipui Epiſcopi de electione: ſed vt ei omnium adprobatio & conſenſus interueniret. Locus electioni *Electio regis.*



(t) **LAMBERTVS SCHAFFN.** *ad ann.* **cIↄLXXV.** *pag.* **214. 224.** *ad ann.* **cIↄLXXIII.** *pag.* **193.**

(v) **LAMBERTVS SCHAFFN.** *ad ann.* **cIↄLXXIII.** *pag.* **193.** *ad an.* **cIↄLXXIV.** *pag.* **203.**

(x) **OTTO FRISING.** *lib.* **VII.** *Chron.* *cap.* **XVI.**

(y) **LAMBERTVS SCHAFFN.** *ad ann.* **cIↄLXXIII.** *pag.* **193.** *ad ann.* **cIↄLXXIV.** *pag.* **203.**

non certus ſtatutus erat. (*z*) Cum Rudolpho & Lothario electis multa ſibi iura ordines pacti eſſe videntur: vnde recens acquiſitorum iurium iuſtitia recte petitur. (*a*) Henricus Pater cum filio cognomine, electo rege, quædam legitur pactus eſſe; quæ hodieque Imperatores Romani, dum *Rex Romanorum*, quem vocant, eligitur, ſibi poſtulant. (*b*)

*Coronatio.* VII. *CORONATIO* Aquisgrani fieri ſolita: vt ſæpe tamen loci diuerſi placuerint. (*c*) De inauguratione Moguntino & Colonienſi crebra lis fuit; vt ille Eccleſiæ Primatum, hic Diœceſin, & iura Diœceſeos,

(z) Egregie omnia docet WIPPO *in Vita Conradi Sal. pag.* 423. 424. 425. 426. OTTO FRISING. *Hiſt. Frid.* I. *lib.* I. *cap.* XVI.

(a) BRVNO *Hiſt. Belli Saxon. ad ann.* cIↃLXXVII. ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* cIↃCXXVI.

(b) AVCTOR *Vitæ Henrici* IV. *pag.* 189. AVENTINVS *Ann. Boi. lib. V, cap. XVII. num. IX. X.*

(c) WIPPO *Vita Conradi Sal. pag.* 427. SIGEBERTVS GEMBL. *ad ann.* cIↃLIV. cIↃLXXVII.

Digitized by Google

ceſeos, defenderit. (*d*) Res nunquam plene deciſa, ſed fauore regum modo vni datum, modo alteri, vt regem coronaret. *Archicancellariatus* Moguntini munia ſatis frequentia hæc ætas monſtrat. Pro Colonienſi in Italia Magdeburgicum illo officio eſſe functum, alicubi legimus. (*e*) *Archicancellariatus.*

VIII. COMITIORVM frequentia ordinum poteſtatem iuriumque regiorum circumſcriptionem indicat. Prouocatum ad ea crebro ab ordinibus; & ab ipſo omnino rege. (*f*) Comitiales cauſæ, quæ olim, *Comitia.*

(d) WITTICHINDVS *lib. II. Annal. pag.* 642. LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIↄLIV.

(e) WIPPO *Vita Conr. Sal. pag.* 476. LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIↄLII. *pag.* 162. Archicancellariatus Moguntini argumenta Diplomata huius temporis Imperatorum pene omnia tradunt. De Colonienſi, & eius vices gerente Magdeburgico, vid. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↄCXXXII.

(f) LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIↄLXXIV. *pag.* 205. *ad ann.* LXXV. *pag.* 224. CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* cIↄCXIX. *pag.* 200.

Digitized by Google

olim, nunc etiam fuere: præter quod in eas quædam referri cœperunt, quæ antea ſoli regum arbitrio permiſſæ fuerant. *Leges* latæ in comitiis, & ſacræ, & profanæ. (*g*) Paucarum vero ſuperant genuinæ exſcriptæ formulæ. Quales fuerint *Palatinæ leges*, ad quas Saxones provocarunt; (*h*) non ſatis conſtat. Quas *Feudales leges* tulerunt Conradus & Lotharius, imperatores, Italis non Germanis eſſe datas, conſtat. (*i*)

*Leges.*

*Ordines regni.*

IX. ORDINES REGNI, qui olim, *Epiſcopi*, *Abbates*, *Duces*, *Comitesque*, fuerunt. (*k*) Qui abſtracti

(g) DODECHINVS *ad ann.* *cIↃCXXV.* CONRADVS VRSPERGENSIS *ad an.* *cIↃCXXI. pag.* 202.

(h) LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* *cIↃLXXV. pag.* 217.

(i) MARTINVS POLONVS *pag.* 369. GERVASIVS TILBERIENSIS *Ot. Imper. pag.* 942. Vid. *I. Feud. I. II. Feud. XXXIV. LII. V. Feud. III. IV. V.*

(k) WIPPO *Vita Conr. Sal. pag.* 424. DODECHINVS *ad ann.* *cIↃCXXXI.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* *cIↃCLXXVI.*

Digitized by Google

ſtracti fuerint ſacerdotes ab imperatoris cura; dicetur poſtea. Vrbium quarundam ius tunc fuiſſe, vt mitterent ad comitia; parum reperio. Non tamen improbabile, *Regiarum*, quæ quondam dictæ ſunt, *ciuitatum* miſſos ſemper admiſſos eſſe ad conſultationes publicas: vnde origines iuraque Ciuitatum Imperii, quales hodie adpellantur, petenda. (*l*)

X. *DVCES* præfecti fuere prouinciis: vt tamen conuulſis aliquot prouinciis multiplicatas videris dignitates. In Ducum dignatione etiam habiti *Comes Palatinus ad Rhenum; Landgrafius Thuringiæ;* mox & *Marggrafius Brandenburgicus*, exemtus modo ex Saxoniæ ducatus complexione. (*m*) Ducum nondum pror- *Ducum iura aucta.*

(l) REGNI tam primores quam inferiores. HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* cIↃLIII. Cuncti totius Germaniæ optimates & præſules, omniſque clerus ſimul & populus. CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* cIↃCVI. *pag.* 189.

(m) OTTO FRISING. *Hiſt. Frid. I. lib. II. cap. XXVIII. Hiſtoria Landgr. Thur. cap. XIIX.*

Digitized by Google

prorſus deſiit eſſe officium. Nec excidere prorſus prouinciarum ordines iure legendi duces. (*n*) Quod vero ante vſu recipi cœperat, vt officium fere ſemper hæreditarium eſſet; id iam firmatum, & quaſi pro optimo iure ſæpe propugnatum. (*o*) Imo inter maximas turbas iam id accipi cœptum, vt prouinciæ multæ partes ſoli quodammodo ducum poteſtati cederent. (*p*) Hæc fuere initia *SVPERIORITATIS*, ſic loqui amant, *TERRITORIALIS*; temporis inde curſu, crebrisque pactionibus, & publicis omnino ſanctionibus, optime conſtitutæ, firmatæ, & ſtabilitæ.

XI.

(n) BERTOLDVS CONSTANTIENSIS *ad ann. cIↃLXX. cIↃXCII.* LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann cIↃLXXI. pag.* 181. OTTO FRISING. *lib. VII. Chron. cap. XXV.*

(o) LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann. cIↃLVII. pag.* 163. *ad ann. cIↃLXXV. pag.* 225. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann. cIↃCXIII. Monachus* BRVN-WILLERIENSIS *de Comit. Palat. cap. I. pag.* 314.

(p) OTTO FRIS. *Hiſt. Frid. I. lib. I. cap. XVII. Chron. lib. VII. cap. XXV.*

Digitized by Google

XI. Quippe non maior illa ducum potentia vno hac ætate impetu omnibus iuribus donata ſtetit. *Comites* nondum plane ſuberant ſub ducibus. Ad comitia veniendi ius adhuc omnium commune erat. (*q*) Nouos Comites in prouinciis reges conſtituere, aliosque ex poteſtate ducum eximere, non raro conſueuere. Sic Conradus *Palatinos* in plerisque prouinciis creauit, qui regias curarent cauſas. (*r*) Tardius ventum eo, vt integræ prouinciæ ſola

*Nondum plena ſuperioritas ſtabilita.*

(q) WIPPO *Vita Conradi Sal. pag.* 435. DODECHINVS *ad ann, cIↃCXXXI.*

(r) CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann. cIↃCXXX.* OTTO FRIS. *de Geſtis Frid. I. lib. II. cap. XXXII.* Palatini Saxoniæ. TANGMARVS *Vita S. Bernwardi cap. I. pag.* 441. LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann. cIↃLVI. pag.* 163. Palatini Boioariæ. BERTOLDVS *ad ann. cIↃXCIX.* OTTO DE S. BLASIO *cap. XXIV.* MORENA *de Rebus Laudenſibus pag.* 827. Palatini Sueuiæ. *Monachus* WEINGARTENSIS *de Guelſis Cap. XII. XIV. pag.* 787. 791. Vid. *Speculum* SAXONICVM *lib. III. Art. XLVII. Speculum* SVEVICVM *lib. I. Art.* XIX. *Rubrica von den Vier Landen.*

ſola ducum poteſtate continerentur.

*Comitum auctiora iura.* XII. Exemplo Ducum ipſi *COMITES* non vltra clam & precario, ſed vi manifeſta, hæreditarias habuerunt dignitates. (*s*) Vt territoria, quibus præeſſent, proprio tenerent iure: quibusdam, obueniente potentiorum quorundam ducum calamitate, & hinc nata prouinciarum diſturbatione, regum obtigit beneficio; (*t*) aliis idem voluntate obuenit ducum, conſenſionem comitum, qua ad plenæ dominationis occupationem erat opus, quouis modo, ſibi conciliantium. (*t*)

XIII.

(s) CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃCVII. XV. WIPPO *Vita Conradi Sal. pag.* 430.

(t) CONRADVS VRSPERG. *ad ann.* cIↃCLXXV. *pag.* 227. *&* *in Hiſtoria Philippi Regis pag.* 237.

(t) WIPPO *Vita Conradi Sal. pag.* 435. exemplo ERNESTI Alem. ducis OTTO FRISING. *Chron. lib.* VII. *cap.* XXV. ex. Henrici Boioar. ducis HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib.* I. *cap.* XXXV. ex. Lotharii Sax. ducis.

Digitized by Google

XIII. MILITIÆ rationes eædem ſeruatæ ſunt. Præſtitere militiam principes, quoties publice decretum bellum eſſet: præſertim quoties *Romana* indiceretur *Expeditio*. (v) Habetur Imperatoria ſanctio de Romanæ expeditionis iuribus; quæ Carolo Craſſo paſſim tribuitur. Hanc alii noſtræ ætati, & Conrado Salico autori, vindicare malunt. (*x*) Vt loco militum pecunia ſolueretur, vſu nondum receptum eſt.

*Expeditionis Rom. iura.*

XIV. In IVDICIIS mutatum nihil. Ex Germanicis legibus & conſuetudinibus, præterea ex æquo & bono, omnia iudicata. Iuſtinianei iuris nullus adhuc in Germania vſus. (*y*) Errant vehementer, qui

*Iudicia.*



(v) OTTO FRIS. *Chron. lib.* VII. *cap.* XIV. *de Geſtis Frider.* I. *lib.* II. *cap.* VII. XI. XII.

(x) Vid. apud LEHMANNVM *Chron. Spir. lib.* II. *cap.* XLII. Conf. SCHILTERVS *Comment. ad Ius Feud. Alemann. cap.* VIII. *num.* II. OBRECHTVS *de Expedit. Rom. num.* XI.

(y) WIPPO *Vita Conr. Sal. pag.* 430. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↄLXXXV. *pag.* 267.

*Ius Romanum nullius in Germania vſus.*

ſanxiſſe putant Lotharium, vt Romanum in Germaniam ius reciperetur: cum, præter quod in Italia eius doctores quibusdam auxerit priuilegiis, parum illud curaſſe videatur. (z)

*CAPVT VIII.*

# GERMANIÆ PRINCIPVM NOTITIA.

I.

Præcipuorum Germaniæ Principum ſolertiorem notitiam hæc ætas, quæ ſummæ poteſtatis ipſis attulit initia, poſtulat.

*Franconia.*

II. *Orientalis Francia* Duces nullos habuit; ſed gubernatores, qui pro imperatoribus, qui ipſi Franciæ fuerunt duces, prouinciam adminiſtrarunt. Mortuo autem Henrico V. eius ex ſorore nepos CONRADVS Fran-

An. cIↃC-XXVI.

(z) CONRADVS VRSPERGENSIS *in rebus Lotharii pag.* 212. non Lotharii ſed Mathildis petitionem memorat. CARIO *in Chron. pag.* 692. Lotharii iuſſa celebrat.

Franconiam videtur Ducis nomine rexiſſe. (*a*)

III. *Sueuiæ* duces variæ illuſtres *Sueuia.* Germaniæ domus dederunt. Auſtriaci ERNESTI, Pater & Filius, Henrico & Conrado imperantibus, Duces fuerunt. Erneſto altero proſcripto, frater HERMANNVS a vitrico Conrado accepit prouinciam. (*b*) Inde duo OTTONES, alter Swinfurtenſis comes, alter incertus, Alemanniam rexerunt. (*c*) Poſtea Agnes Henrici IV. mater RVDOLPHO, Rheinfeldenſi Comiti, dedit Alemanniam: quam regnauit, donec adfectaret imperium, vitamque cum dignitate miſere perderet. (*d*) Tum FRIDERICVS, Ho-

An. cIɔXXX.

An. cIɔLVII.

An. cIɔLXXXI.



(a) CONRADVS VRSPERG. *ad ann.* cIɔCXVI. & cIɔCXXVI. *pag.* 197. 209.

(b) OTTO FRISING. *Chron. lib.* VI. *cap. XXVIII. XXIX.* WIPPO *Vita Conradi Sal. pag.* 436.

(c) HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* cIɔXLV. XLVII. XLVIII.

(d) LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIɔLVIII. *Monachus* HERVELDENSIS *ad h. a.*

Digitized by Google

Hohenſtaufenſis, a ſocero Henrico Dux dictus; filium FRIDERICVM, cIↃCV. cuius frater Conradus Franconiæ Dux fuit, ſucceſſorem habuit. (*e*)

*Palatinatus Rheni.* IV. *Comites Palatini ad Rhenum* fuerunt EZO, qui Ottonis III. & Henrici II. beneficiis inſignibus ac- An. cIↃXXXV. ceſſionibus prouinciam auxit; OTTO filius, ſimul is Sueuiæ Dux ab Henrico conſtitutus; HENRICVS, Ezonis ex fratre Henrico nepos; (*f*) SIGFRIDVS, Henrici priuignus, eiusque, quod aiunt, teſtamento ſcri-

(e) Poſt *RVDOLPHVM* eius gener *BERTOLDVS* Dux Alemanniæ. BERTOLDVS CONSTANTIENSIS *ad ann.* cIↃXC. Inde alter *BERTOLDVS* Dux. BERTOLDVS CONST. *ad ann.* cIↃXCIII. *pag.* 369. *ad ann.* cIↃXCIV. *pag.* 370. Quo expulſo *FRIDERICVS* dux fit. OTTO FRISING. *lib. I. de Geſtis Frid. I. cap. VIII. IX. XII.*

(f) *Monachus* BRVNWILLERENSIS *de Ezone C. P. R. cap. I. pag.* 314. 316. Illuſtris LEIBNITIVS *EZONI & OTTONI* interponit *LVDOLFVM* & *HENRICVM*, patrem & filium. Vid. HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* cIↃXLV. XLVII. BERTOLDVS CONST. *ad ann.* cIↃXCV. *pag.* 375.

Digitized by Google

ſcriptus hæres; WILHELMVS denique Sigfridi filius, qui Conradi III. ætatem attigit. (*g*) cIↄCXIX.

V. *Lotharingia* ab Henrico III. prorſus diuiſa eſt. In Inferiori Lotharingia GODEFRIDI Quatuor variis bellis fuere inſignes. HENRICO demum GODEFRIDVS BARBATVS, ex manibus extorſit prouinciam; eamque, permittente Henrico imperatore, Brabantinis Ducibus, ſuis poſteris, reliquit: (*h*) vt tamen reliqui Comites non vltra duci, ſed ſoli imperatori, deberent

*Lotharingia.*

An. cIↄCVI.

Gg 3 of-

(g) SIGFRIDVS *in Charta apud Tolnerum Cod. Dipl. Palat. num.* XXXVIII. *pag.* 33. 34. ſeipſum hæredem bonorum Henrici inſtitutum profitetur. CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* cIↄCXII. XIII. *pag.* 195. 196. Poſt cæſum Sigfridum pro Wilhelmo impubere GODOFREDVS C. P. R. fuit. OTTO FRIS. *lib. I. Hiſt. Frid. I. cap. XII.* WILHELMVS Palatinus. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↄCXL.

(h) Diuiſio Ducatuum. HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* cIↄXLIII. Succeſſiones Ducum Lotharingiæ. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad ann.* cIↄV. XIX. XXXIII. XLIV. LXX. LXXVI. LXXXIX. cIↄC. CI. CVI.

Digitized by Google

officia: vnde & confeſtim Lotharingiæ commune nomen in his locis periit. Superior Lotharingia, poſtquam GERHARDO, Alſatio, ab Henrico conceſſa eſt, ex poſteris eius nondum inclytos duces habere deſiit. (*i*)

*Saxonia.* VI. *Saxonia* duces principesque non paucos habuit. Fuerunt præcipui Billingiani Duces, BERNHARDVS, ORDVLPHVS filius, MAGNVS nepos; porro ad Viſurgim Duces, OTTO, & eius filius HENRICVS PINGVIS. Vtraque inſigni gente exſtincta, Lotharius vtraque prouincia auctus eſt. (*k*) Ipſe deinceps genero HENRICO SVPERBO, Boioariæ duci, ſimul omni ceſſit Saxonia. (*l*) Præterea Miſniæ Mar-

An. cIↄCVI. XIII. cIↄCXXXVI.

(i) HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* cIↄXLVII. XLVIII. SIGEBERTVS GEMBLAC. *ad ann.* cIↄXLVIII. LXX. ALBERICVS *ad h. a.*

(k) HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib. I. cap. XXXV. Annales* HILDESHEIMENSES *ad ann.* cIↄCVI. *Chronicon* BRVNSVICENSE *pag.* 12.

(l) *Monachus* WEINGARTENSIS *de Guelfis cap. XI. pag.* 786. HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib. I. cap. LIV.*

Digitized by Google

Marchiones non pauci floruerunt: ex quibus CONRADVS, pater OTTONIS DIVITIS, felix fuit conditor eius gentis, cuius hodie propria eſt principum Saxoniæ dignitas. (*m*)

VII. *Thuringia* Comites & Marchionem, non ſingularem ducem, habuit. (*n*) Lotharius vero LVDOVICVM, *Ludouici* filium, *Ludouici* nepotem, primum Landgrafium Thuringiæ creauit, principisque ipſi dignationem tribuit. (*o*) *Thuringia.* An. cIɔCXXX

VIII. *Boioaria*, vt fere Alemannia, ex variis familiis accepit duces. Conradus imperator filio HENRICO, & hic, poſtquam in locum patris ſucceſſiſſet, HENRICO, cognato, eodemque mortuo in- *Boioaria.* An. cIɔXXVI.

Gg 4 certo

(m) CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIɔCXI. cIɔCLVII.

(n) CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIɔLXI. cIɔCXXX.

(o) *Hiſtoria Landgr. Thuringiæ cap.* XIIX.

(p) *Vita Meinwerci Paderb. cap.* XCVII. *pag.* 558. HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* cIɔXLVII. XLIX. *pag.* 329. 330. Conradi genus docet non valde obſeruatus *Monachus* BRVN-

certo cuidam principi, CONRADO, prouinciam dedit. (*p*) Eo, & deinde OTTONE Saxone fato pari, exauctorato ſumſit & reſumſit HENRICVS IV. imperator, Boioariam. (*q*) Pro eo WELFVS I, deinde filius WELFVS II, & frater HENRICVS NIGER, inter varias plurimasque viciſſitudines poteſtatis, adminiſtrarunt Boioariam. (*r*) Henrici Nigri filius ille HENRICVS SVPERBVS fuit, cui Saxoniæ obuenit poſſeſſio. (*s*)

An. cIɔLXXVIII.

*Sclauorum terra.*

IX. In *Sclauorum* terris Boiohœmum inſignes aliquot duces habuit: ex quibus WRATISLAVS II. electioni Conradi, filii Henrici, imperato-

rato-

WILLERENSIS *de Ezone cap. I. pag.* 316.

(q) HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann.* cIɔLIII. *pag.* 334. 335. LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIɔLXI. *&* LXX. *pag.* 166. 179.

(r) LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIɔLXXI. *pag.* 181. BERTOLDVS CONST. *ad ann.* cIɔLXXI. *&* XCI. *pag.* 365. *Monachus* WEINGARTENSIS *de Guelfis cap.* VIII. IX. X. *pag.* 784. 785.

(s) MONACHVS WEINGARTENSIS *de Guelfis. cap.* XI. *pag.* 786.

Digitized by Google

ratoris interfuit, & huius beneficio Rex ſalutatus eſt. Poſteri Ducis titulum reſumere a Germaniæ principibus iuſſi ſunt. (*t*) *Brandenburgicus* contra Venedos *Marchionatus* hac ætate prope oppreſſus & deſertus iacuit. (*v*) Mox noua vero ætate eundem non reſtitutum modo, ſed & inſigni Ducis dignitate ornatum, cernemus.

An. cIↃ-LXXXVI.

## *CAPVT IX.*

# STATVS SACRARVM RERVM.

## I.

*Impedita cura veræ religionis.*

Sclauorum multa pars in ipſa adhuc Germania chriſtiana ſacra ab-



(t) LAMBERTVS SCHAFFNAB. *ad ann.* cIↃLXXVI. *pag.* 233. COSMAS PRAGENSIS *in Chron. Bohæm. ad ann.* cIↃLXXXVI. *pag.* 13. 14. *Chronicon* BIGAVGIENSE *pag.* 243. 244. Aliud Boiohœmi Ducis priuilegium memorat CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃLXXIX.

(v) CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃLVI. XXX. cIↃCI. CHRONOGRAPHVS BRANDENBVRGENSIS *ad ann.* cIↃCLI.

abhorruit: (*x*) iiſque, & ceteris ſeptentrionalium terrarum populis, ad veriorem cultum adducendis, turbatiſſima hac ætate, nemo Germanorum valde ſtuduit. Imo putem, ideo illas gentes præcipue a veritate declinaſſe, quod metuerent crebras calamitates, quarum veras cauſas facile in Germania in Papæ & Sacerdotum ſtudiis agnoſcebant.

*Vnde Papæ & noſtrorum Epiſcoporum amica conſpiratio?*

II. Sane noſtræ pacis atque otii vnam procellam atque tempeſtatem Papam, vnosque turbines reliquos ſacerdotes, facile agnoueris. Papa ſe variis artibus ex imperatoris cura exſoluit. (*y*) Iam intererat eius, vt miſcerentur omnia: vt potiretur inter flagrantes ſeditiones deſtinatæ dominationis. Ei noſtri Epiſcopi optime cupiuerunt. (*z*) Qua

(x) CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃXXX. XXXIV. cIↃCXLVIII.

(y) Vid. ſupra *lib.* V. *cap.* III. *num.* IX. *cap.* IV. *num.* V. VI. XIV. XV. Conf. OTTO FRISING. *lib.* VI. *Chron. cap.* XXXII. *fin.* XXXIV. *lib.* VII. *cap.* XVI.

(z) Exemplo eſſe poteſt OTTO FRISING. *modo cit. locis*, *&* *cap.* XXXVI.

Qua autem alia ex cauſa? quam quod exhauſtis imperii bonis nouæ acceſſiones opum minime ſperarentur: quod magis metueretur, ne, quæ acceperant, aufferrentur: quod denique Papæ facilius, quam Imperatoris, voluntati fideretur.

III. Papa cum Epiſcopis conſpirante, natum funeſtum illud *INTER REGNVM ET SACERDOTIVM SCHISMA.* (*a*) Extorta Regibus ex manu cura ſacrorum, præcipua ſanċteque olim cuſtodita, nec pa- *Schiſma inter regnum & Sacerdotium.*

*ſin.* BERTOLDVS CONSTANT. & CONRADVS VRSPERGENSIS multis in locis. In regum pertinacia omnium turbarum cauſam non pauci ſcriptores perperam quæſiuere. Abunde prorſus CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* cIↄCVII. *pag.* 193. pro Papa facit. *Dominus Papa rurſum necdum humilitatem, quam quæſiuit Germanicis in cordibus, inuenire ſe ſatis conqueſtus.* Nempe impium viſum, non humiliter & demiſſe cleri mandata omnia venerari.

(a) Sic adpellant OTTO FRISING. *lib.* VI. *Chron. cap.* XXXIV. SIGEBERTVS GEMBLAC. *ad ann.* cIↄCXI. CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* cIↄXCIX. *pag.* 177.

parum nunc defenſa, pars regiæ maieſtatis. Relicta Papæ omnis Epiſcoporum *INVESTITVRA PER ANNVLVM ET BACVLVM* fieri ſolita. Pauca ſeruata iura, (*b*) proximo tempore a Papa nouis dolis occupata. Seruatum denique nihil, niſi primarum, quas vocant, precum exigui fructus: & vt territoria ſolenni ritu ab imperatoribus Epiſcopi accepta ferrent. (*c*)

*Improbi mores Sacerdotum.* IV. Nefandæ iſti vſurpationi regiorum iurium Papæ bellam dedit ſpeciem atque occaſionem peſſima *SACERDOTVM VITA.* Intolerabilis ambitionis, luxuriæ, libidinisque effrenæ, ignorantiæ turpiſſimæ, reliquorumque perditiſſimorum Germanici Cleri morum, non ſimplicia exempla hiſtoria noſtræ ætatis ſuppeditat. Paſſim mercari ſacras dignitates,

(b) OTTO FRISING. *lib.* VII. *Chron. cap.* XVI.

(c) Vid. FRIDERICI II. *Aurea Bulla de Libertate Eccleſiaſtica Anno* cIↄCCXIII. *data, apud* GOLDASTVM *Tom. I. Conſtit. Imperial. pag.* 289.

Digitized by Google

tates, conſuetum. (*d*) Num his meliores ſummi Romæ Pontifices? minime vero; ſed nequiores: ſed nequiter atrociſſima vitia communi ſuperſtitione, & turpiſſimam ambitionem nomine ſanctitatis, prætexentes. (*e*) Ita vero aliena vitia æſtimata, vt vitioſorum arctior quædam ſocietas magis commode coiret.

V. Ceterum probatæ *SIMONIÆ*, quam vehementer exagitarunt Papæ, non ſimplices cauſæ fuerunt bonis imperatoribus. Inſignia bona, quæ quondam imperatorum fuerant propria, poſſeſſuris par videbatur eſſe, *Simoniæ politicæ in Germania rationes.*

(d) LAMBERTVS SCHAFFNAB. *ad ann.* cIↄLXXV. *pag.* 229. ALEXANDRI *Papæ Epiſtola ad Capitulum Ciſtercienſe apud Cheſnium Tom. IV. pag.* 479. Papa cauſatus crimina cleri atrocisſima imperatorum deberi culpæ. LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIↄLXXV. *pag.* 214. BERTOLDVS CONSTANT. *ad ann.* cIↄLXXVI. *pag.* 346. *Vid.* BARONIVS *Annal. Eccleſ. ad ann.* cIↄLXXV. *num.* III.

(e) LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIↄXLIV. CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* cIↄLXXVI. LXXX. *pag.* 169. 171. BENNO *in Vita Hildebrandi.*

Digitized by Google

eſſe, vt voluntatem imperatoris conciliarent dignis muneribus. Non dignitas emta, ſed bonorum lauta poſſeſſio. Imo, cum ab antiqua probitate degeneraſſent Epiſcopi, & principum faſtum voluptatesque imitarentur: non vltra ſacerdotium adiudicatum numis, ſed inſigne dominium & egregius principatus. (*f*) Num Papa gratis indulget Epiſcopis confirmationem? Numquid eſt, quod Epiſcopis parcitur; qui, cum olim munera offerrent imperatoribus, nunc ingentibus pecuniis Romanorum Pontificum auaritiam iubentur explere? (*f*)

*Concilia.* VI. CONCILIA ſacerdotum, & ab imperatoribus, & deinde ruentibus eius iuribus a Papis, conuocata, non pauca ætate hac Germania habuit. Sæpe de doctrina, ſæpe de vita ſacerdotum, emendanda actum: de

(f) BONA petebantur, non ſacerdotia. LAMBERTVS SCHAFFNAB. *ad ann.* cIↃLXXV. *pag.* 229.

(f) CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 235. in quæſtum Romanæ curiæ ſincere & fortiter invehitur.

Digitized by Google

de ipſa omnino Paparum vita non raro inquiſitum. Sed lauti fere ſemper Æthiopes. (*g*) Non fuere quidem nulli veritatis ingenui teſtes atque vindices, qui ſeuere increparunt perditos ſacerdotum mores, & miſerum rerum ſtatum conqueſti ſunt. *Bernhardus* ſatis acriter illos inclamauit, & hunc indicauit. Sed, vt hunc, quod fama ſanctitatis & facundia plurimum Papæ commodis prodeſſet, fouerent; reliquis veritatis teſtibus *hæreſeos*, quam dicunt, omnisque ignominiæ, notam inurere, ſuppliciiſque terrere animoſiores, iamdiu illud ſacerdotum ſolenne eſſe cœperat. (*h*) *Teſtes veritatis.*

VII.

(g) Synodus Wormatienſis. SIGEBERTVS GEMBLAC. *ad ann.* cIↃLXXVII. Brixienſis. CONRADVS VRSPERG. *ad ann.* cIↃLXXX. *pag.* 171. Quedlingburgenſis. BERTOLDVS CONSTANT. *ad ann.* cIↃLXXXV. *pag.* 356.

(h) Primatus Papæ in Quedlingburgenſi Synodo impugnatus. BERTOLDVS CONSTANT. *ad ann.* cIↃLXXXV. Germanicus Clerus Gregorium cælibatum mandantem prorſus deteſtatus. LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIↃLXXIV. *pag.* 212.

Digitized by Google

*Nulli noui Epiſcopatus.* VII. Nouos in Germania EPISCOPATVS, niſi quos in Sclauorum terris ab aliis conſtitutos proxima ætas firmauit, nulli imperatorum vltra volupe condere. Quid darent bona, alienæ ceſſura poteſtati? nam modo Epiſcopi abſtracti ab imperatoris cura in Papæ clientelam, maximo noſtri imperii damno, tranſierant. Verum *Monaſteria*, quæ vocantur, & *Cœnobia*, crebra adhuc nunc paſſim erecta: ſemperque reliquæ fuerunt cauſæ, quæ illa imperarent. (*i*) Litterarum STVDIA vix hac ætate uni alterique curæ. *Litterarum deſerta ſtudia.* Generatim tanta nunc vbique eorum negligentia, quanta nunquam antea. (*k*)

*LIBER*

(i) BERTOLDVS CONST. *ad ann.* cIↃLXXXVIII. XCI. XCII. *pag.* 361. 364. 367.

(k) Ignorantiæ ſeculi debentur abſonæ doctrinæ non paucæ, & infinita miracula celebrata. LAMBERTVS SCHAFFN. *ad ann.* cIↃLXXV. *pag.* 229. *ad ann.* cIↃLIV. *pag.* 161. 162. BERTOLDVS *ad ann.* cIↃXCI. *pag.* 365. 366. *ad ann.* XCIV. *pag.* 370.

Digitized by Google

# LIBER VI.

# RES GERMANIÆ SVB SVEVICIS IMPERATORIBVS ET IN INTERREGNO.

## CAPVT I.

## FINIVM ET REGIONVM CONSIDERATIO.

I.

Fines Germaniæ noſtræ, nec *ad occaſum*, nec *ad auſtrum*, debilitati ſunt: quippe cum Galliæ Reges vix vltra auderent impugnare iura noſtra; & Imperatores ſimul regerent Italiam, cui detraxere quidem, ſed non addidit quisquam, regiones. (*a*) *Finium viciſſitudines.*

II. *Verſus ortum*, LEITHAM & MARVM porro reperio Germaniam

Hh

(a) GVNTHERVS *Ligur. lib.* V. *pag.* 353. OTTO FRISING. *lib. II. de Geſtis Frider.* I. *cap.* XXVI.

Digitized by Google

niam finiiſſe. (*b*) Inde vero vix vltra ad integrum Viſtulam Germaniæ pertigit nomen, ſed, Polonia ſibi prope ſoli relinqui cœpta, VIADRVS magna ſui parte diſterminare noſtram patriam cœpit. (*c*) In inferioribus partibus vltra Viadri oſtia Germania continuo ad oſtium VISTVLÆ excurriſſe videtur: namque Pomeranos conſtat ad perpetuam noſtri imperii curam pertinuiſſe. (*d*) Qui *contra ſeptentriones* fuit terminus, idem manſit. (*e*)

*Status prouinciarum.* III. Prouincias tantum non omnes noſtra ætas, ſiue incipiens, ſiue finiens, disiecit & disrupit: vnde, quos fines generatim prouinciæ habuerant; propemodum hæ nunc

(b) OTTO FRISING. *de Geſtis Frid.* I. *lib.* I. *cap.* XXXII. XLIV.
(c) GVNTHERVS *Ligur. lib.* VI. *pag.* 363. RADEVICVS *de Geſtis Frid.* I. *lib.* I. *Cap.* I. III.
(d) ARNOLDVS LVBEC. *Contin. Helmoldi lib.* II. *cap.* XXXI. *pag.* 290. *lib.* III. *cap.* VII. *pag.* 313.
(e) HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib.* II. *cap.* XIV.

Digitized by Google

nunc perdidere, & ſaltem proximæ tradiderunt ignorationi.

IV. LOTHARINGIA iam ſuperiore tempore in duas regiones abierat. Altera Superior ſeruauit inde ad noſtram vsque ætatem Lotharingiæ nomen. Inferior illud ponere, & plurimis nominibus iam illuſtrari cœpit. *BRABANTIA, HOLLANDIA, FLANDRIA, GELDRIA*, & quæ alia, clara incipiunt eſſe inſignium ditionum vocabula. (*f*) *FRISIÆ* nomen non minus illuſtre; ſed ex maxima eius amplitudine pauciores reliquos fines modo deprehendimus. (*g*) *Lotharingiæ rationes.*

V. ALEMANNIA & FRANCONIA aliquandiu ſeruarunt priſcam integritatem. Verum, ruente Sueuica gente, quisque comitum ſuas ſibi partes ſumſit: nec tum priſca *Alemannia & Franconia ſtatus.*



(f) ALBERICVS *ad ann.* cIↄCCXIII. *pag.* 468. 469. *Chronicon Magnum* BELGICVM *ad ann.* cIↄCLVIII. *pag.* 185. 186.

(g) *Chronicon Magnum* BELGICVM *ad ann.* cIↄCXCIV. *pag.* 206. *ad ann.* cIↄ. CCLIV. LV. *pag.* 247, 248.

Digitized by Google

priſca reliqua vocabula prouincias, ſed nationes deſignarunt. (*h*) Recentiores Circulorum Germaniæ rationes videntur & Sueuiæ & Franconiæ reddidiſſe priſcam finium faciem.

*Palatinatus ad Rhenum.* VI. PALATINATVS AD RHENVM termini fere ſemper inconſtantes fuere. Ita hac ætate variis acceſſionibus effectum, vt latius in Franconiam & Lotharingiam, quam antea, excurrerit. (*i*)

*Boioaria turbata.* VII. A BOIOARIA plene auulſa eſt *AVSTRIA*, & *TIROLENSIS* regio, ad ſingularem modo euectæ principatum. *CARINTHIA* & *CARNIOLA*, ſicut olim, ſuas etiam res ſolas ſeruarunt. (*k*) Ipſum adeo

(h) ALBERTVS ARGENTIN. *Chronicon pag.* 106. GONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 237. *Fragmentum Hiſtoricum* VRSTISIANVM *pag.* 92.

(i) Ruente Sueuica Gente pleræque Palatinatus Rhenani partæ acceſſiones. AVENTINVS *Ann. Boi. lib.* VII. *cap.* VIII. TOLNERVS *in Hiſt. Palat. cap.* XIX. FREHERVS *in Orig. Palatinis.*

(k) OTTO FRISING. *Hiſt. Frid.* I. *lib.* II. *cap.* XXXII. OTTO DE S. BLA-

adeo Boioariæ nomen nunc coanguſtatum eſt, nec vltra ſtetit, niſi in territorio, quod hodie Boioariæ Duces tenent. (*l*)

VIII. THVRINGIA, cum diuiderentur reliquæ prouinciæ, ſola fere ſuis finibus aliquandiu contenta ſtetit, & ſingulari nunc principi paruit. Verum exſtincta in interregno principum familia ſeparatæ partes, *HASSIA*, nouaque *THVRINGIA*: hæc Saxoniæ principibus, illa ſingularibus Landgrafiis data. (*m*) *Thuringia reſtituta.*

IX. SAXONIÆ & nomen & fines maximas ſubiuerunt viciſſitudines. Proſcripto Henrico Leone, cuncta diuiſa atque disiecta. *WESTFALIA* maxime Epiſcoporum, & aliquot Comitum, Ducumque, ditionibus ceſſit. Hæc regio prima vi- *Saxonia conuulſa.*

Hh 3 detur

SIO *Append. ad Chronicon Ottonis Friſ. cap.* VI.

(l) *Chronicon* AVGVSTANVM *ad ann.* CIↃCLIV. ANDREAS PRESBYTER *Chron. Bauar. pag.* 27.

(m) *Hiſtoria Landgr. Thur. cap.* XXII. LIV. LVI.

Digitized by Google

detur Saxoniæ exuiſſe nomen, & ſolum alterum Weſtfaliæ ſeruasſe. (*n*) Inter Viſurgim & Albim, excitato nouo *DVCATV LVNEBVRGICO* & *BRVNSVICENSI*, ſenſim Saxoniæ vocabulum frequentari deſiit. (*o*) *HOLSATIA* ademta Saxoniæ ſingulari ditioni ceſſit. (*p*) *MISNIA*, vt antea, ſeparatim gubernata eſt. (*q*) Nouus *DVCATVS SAXONIÆ*, mox Electoratus dignitate auctior, cis & trans Albim conditus, Aſcaniæque genti commiſſus, conſtantiore Saxoniæ compellatione gauiſus eſt. (*r*)

X.

(n) GODEFRIDVS *ad ann.* cIↄCLXXX. ARNOLDVS LVBECENSIS *Chron. Sclau. lib.* II. *cap.* XXVII. *pag.* 283. *Chronicon Magnum* BELGICVM *pag.* 192. OTTO FRISING. *Hiſt. Frid.* I. *lib.* II. *cap.* IV.

(o) GODEFRIDVS COLONIENSIS *&* ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* cIↄCCXXXV.

(p) ARNOLDVS LVB. *lib.* II. *cap.* XXXVI. *pag.* 298.

(q) ARNOLDVS LVB. *lib.* VI. *Chron. Sclau. cap.* V. *lib.* VII. *cap.* XIIX.

(r) ARNOLDVS LVBEC. *lib.* III. *cap.* I. OTTO DE S. BLASIO *cap.* XXIV.

Digitized by Google

X. In SCLAVORVM TERRA, præter *BOIOHOEMVM*, cui Dux, modo frequens in Electoribus imperatorum, præerat; inſignis *BRANDENBVRGICVS MARCHIONATVS* non reſtitutus modo eſt, ſed & egregiis auctus acceſſionibus in ſingularis prouinciæ & ſummi principatus formam abiit. (*s*) Præterea *POMERANIA* nunc ad Germanicam ciuitatem adiecta: & *MEGAPOLITANORVM* Principum ditio illuſtrata. (*t*) *SILESIA* modo cum Polonia feciſſe, & ſuas res habuiſſe ſolas, legitur. (*v*) *Sclauorum terra.*

XI. BVRGVNDIA, vt Germaniæ ditiones reliquæ, in multas dilabi partes cœpit. *HELVETIA*, quo *Burgundiæ conditio.*

Hh 4 pro-

(s) HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib.* I. *cap.* LXXXVIII. *lib.* II. *cap.* IV. ARNOLDVS LVBEC. *Chron. Sclau. lib.* IV. *cap.* VII.

(t) HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib.* I. *cap.* LXXXVII. *lib.* II. *cap.* VII. XIV. *pag.* 227. 239. ARNOLDVS LVB. *lib.* II. *cap.* XXXI. *pag* 290.

(v) Certum hoc utique de Tranſuiadrina Sileſia ex RADEVICO *Hiſt. Frid.* I. *lib.* I. *cap.* I. III.

Digitized by Google

propior Germaniæ, eo magis in fœdere & clientela conſtans. *PROVINCIA*, *SABAVDIA*, *DELPHINATVS*, & *BVRGVNDIA MINOR*, regiones a Comitibus regnatæ, eo fuerunt liberiores, quo Galliæ propiores, & a cura imperatoris remotiores. (*x*)

*Nomina generalia.* XII. Regio noſtra, obliterato fere FRANCIÆ nomine, modo TEVTONICVM REGNVM, modo ab exteris ALEMANNIA, ſed vſitatius GERMANIA, adpellata eſt. (*y*) In Orientis prouinciis vſu conſtante re-

(x) RADEVICVS *de Geſtis Frid.* I. *lib.* I. *cap.* XI. ALBERTVS ARGENTINENSIS *Chron. pag.* 104.

(y) Orientale Francorum regnum. OTTO FRISING. *Hiſt. Frid.* I. *lib.* I. *cap.* XXXIX. Teutonicum regnum. Teutonica terra. HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib.* I. *cap.* LIX. DODECHINVS *ad ann.* cIↃCLVIII. Teutonia. ALBERICVS *ad ann.* cIↃCXLVII. *pag.* 315. Theutonica. OTHO MORENA *de Rebus Laudenſibus pag.* 839. Alemannia. OTTO FRISINGENSIS *Hiſt. Frid.* I. *lib.* I. *cap.* VIII. HELMOLDVS *lib.* I. *cap.* LX.

Digitized by Google

receptum erat, vt FRANCORVM vocabulo ipſi etiam Germani cenſerentur. (z)

## *CAPVT II.*

# RES CONRADI TERTII IMPERATORIS.

## I.

Functo ſuis fatis Lothario Imperatore Moguntiam conuocati, *Electio Conradi.* quibus eligendi regem ius erat. Sed An. cIↄC- permulti principes veriti, vt potentia XXXVIII. *HENRICI SVPERBI* cogeret electionem; conuenere ad Confluentium Caſtrum, & ſuadente *Theoduino*, Papæ legato, monentibus Colonienſi *Arnoldo*, & Treuirenſi *Adalberone*, *CONRADVM* regem crearunt. Qui ductus Aquasgrani, a Theoduino coronatus eſt. Namque Colonienſis, carens pallio, eli-



(z) ROBERTVS DE MONTE *ad ann.* cIↄCLVIII. ROBERTVS MONACHVS *de Bello cont. Turc. lib.* III. *pag.* 231. *FRANCI* Germani. OTTO FRISING. *lib. II. Hiſt. Frid. I. cap.* XXX.

gere, non coronare, poterat: & Moguntina prorſus vacabat ſedes. (*a*)

*Natales & ingenium.* II. Fuit CONRADVS, *FRIDERICI*, Alemanniæ ducis, & *AGNETIS*, Henrici IV. Imperatoris, filiæ, filius; princeps fortis, prudens, benignus, & regnandi artium non parum callidus: ſed & ſacerdotum dictis bene audiens: quæ res eum præcipue Papæ & Epiſcopis commendauit, potentiam Henrici Superbi multis modis valde reformidantibus. (*b*)

III.

(a) OTTO FRISING. *lib.* VII. *Chron. cap.* XXII. *lib.* I. *Hiſt. Frid.* I. *cap.* XXII. GOTFRIDVS VITERB. *P.* XVII. *Chron. pag.* 510. 511. Monachus WEINGARTENSIS *de Guelfis cap.* XIII. *pag.* 789. DODECHINVS, CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS, *Contin.* LAMBERTI, *Chronicon* MONTIS SERENI *Chron.* BIGAVGIENSE *ad ann.* cIↃCXXXVIII. ROBERTVS DE MONTE *ad ann.* XXXVII. CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* XXXIX.

(b) Natales. OTTO FRISING. *Hiſt. Frid.* I. *cap.* X. ALBERICVS *ad ann.* cIↃCXXXVIII. Ingenium. GOTFRIDVS VITERB. *Chron. P. XVII. pag.* 513.

III. Hic Henricus cum Saxonibus multa cauſatus, impugnauit protinus Conradi electionem. (*c*) Verum Conradus Moguntiam regreſſus, vbi tunc nouus Archiepiſcopus eligebatur, Bambergam comitia indixit, & facile omnes Saxones in fidem accepit. Henrico, ſoli ex principibus abſenti, Ratisbonæ dies dictus. (*d*) *Aduerſa Henrici Sup. ſtudia;*

IV. Comparuit Henricus, & inſignia imperii, quæ tenuit, ſuadentibus principibus tradidit. Quod autem aperte nouas res, poſtquam iratus ex comitiis diſceſſiſſet, moliretur, iudicio principum proximis comitiis Herbipoli proſcriptus, & Goslariæ vtroque Ducatu mulctatus eſt. Saxonia *ALBERTO VRSO*, Boioaria *LEOPOLDO* Auſtrio, adiudicata. (*e*) *& proſcriptio.* An. cIↄC-XXXIX.

V.

(c) OTTO FRISING. *Chron. lib. VII. cap. XXII.* GOTFRIDVS VITERB. *& reliqui citati autores fere omnes.*
(d) OTTO FRISING. *lib. VII. Chron. cap. XXIII.* GOTFRIDVS VITERB. *pag.* 511. ALBERICVS *ad ann.* cIↄ-CXXXVIII. *& ſic ceteri.*
(e) OTTO FRISING. *lib. VII. Chron.*

Digitized by Google

*Ciuilia bella.*

V. Contra Albertum cognatum arma ab Henrico ſumta, nec infeliciter adminiſtrata. Dum vero Boioariam ex Leopoldi manu extorquere nititur, mœrore, credo, confectus in itinere ſupremum ſuum diem obiit. (*f*)

VI. Hinc noua nata grauiſſimaque bella; pro *HENRICO*, Henrici filio, Saxonibus, & *WELFO*, patruo, Albertum & Leopoldum impugnantibus. Ille breui exutus Saxonia. Hic etiam a Welfo profligatus,

*cap. XXIII. XXIV. lib. II. Hiſt. Frid. I. cap. VII.* GOTFRIDVS VITERB. *pag.* 511. *Monachus* WEINGARTENSIS *de Guelfis cap. XIII.* ALBERICVS *ad ann.* *cIↃCXXXIIX. XXXIX.* CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann. XXXIX.*

(f) OTTO FRISING. *lib. VII. cap. XXV.* GOTFRIDVS VITERB. *Chron. P. XVII. pag.* 511. *Monachus* WEINGARTENSIS *loc. cit.* HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib. I. cap. LIV. LVI.* ALBERTVS STADENSIS *ad ann. cIↃCXXXVIII.* ALBERICVS, CHRONOGRAPHVS SAXO, CONRADVS VRSPERGENSIS, *ad ann. cIↃCXXXIX.*

ſligatus, de poſſeſſione foret deturbatus, niſi a Conrado, Rege, Welfus grauiori prælio victus eſſet. (*g*) Caſtrum Winsberg inde captum: vt fabulæ vero perſimile ſit, quod de Welfi ducis liberatione narratur. (*h*) Cœptum a Leopoldo bellum, eo extincto *HENRICVS*, frater, perſequutus ſemel adhuc iterumque cum Welfo congreſſus, vario ſemper Marte egit. (*i*)

An. cIↃCXL.

*Guelſicarum & Gibellinarum partium initia.*

VII. Interea in Boiohœmum pro Duce *Ladislao* contra *Conradum*, Mo-

(g) OTTO FRISING. *Monachus* WEINGARTENSIS, *loc. cit.* GOTFRIDVS VITERB. *pag.* 513. ALBERICVS *ad ann.* cIↃCXXXIX. *XL. XLI.* DODECHINVS *ad ann. XL.* CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 214.

(h) IOHANNES TRITHEMIVS *in Chron. Hirſaugienſi ad ann.* cIↃCXL. NAVCLERVS *Vol.* II. *Gen.* XXXVIII. *pag.* 827. Confutatur fabula ab illuſtri LEIBNITIO *in Notis ad Monachum Weingartenſem pag.* 789.

(i) OTTO FRISING. *lib. VII. Chron. cap.* XXVI. *Monachus* WEINGARTENSIS *pag.* 790. CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 214. ALBERICVS *ad ann.* cIↃCXLI. DODECHINVS *ad ann.* XLII.

Digitized by Google

Morauiæ Comitem, Conradus Imperator duxerat. (*k*) Victor reuerſus in Saxoniam, reddidit *Henrico* iuniori *Leoni* dicto, Saxoniam: eique perſuaſit, ut Boioaria cederet Henrico Auſtrio, cui mater Leonis modo nupſit. (*l*) Re Francofurti in Comitiis confirmata, bellum Saxonicum ſopitum, & vix a Welfo in Boioaria ſuſtentatum eſt. Sed ſatis etiam Welfo factum, antequam Conradus ſacram expeditionem ſuſciperet. (*m*)

*Compoſitio ciuilium turbarum.* An. cIↃCXLII.

VIII. Præter Sclauicas turbas facile compreſſas, (*n*) magni eo tempore motus erant in Italia. Paſſim vrbes ciuilibus commiſſæ armis, quaſi liberæ reſpublicæ, bella geſſere. Romani aperte Papæ auctoritatem impugnarunt, ſibique ſumentes

*Italiæ motus.* An. cIↃCXLIII. cIↃCXLIV.

(k) OTTO FRIS. *lib. VII. Chron. cap.* XXVI. ALBERICVS *ad ann.* cIↃCXLI.

(l) DODECHINVS *ad ann.* cIↃCXLII. ALBERICVS *ad ann.* XLI. *pag.* 291.

(m) *Monachus* WEINGARTENSIS *de Guelfis cap.* XIII. *pag.* 790.

(n) ALBERICVS *ad ann.* cIↃCXLIII.

mentes Patricium priſcam reipublicæ formam reſtituere auſi ſunt. (*o*) Tempus profecto admodum opportunum, vt priſca iura Conradus æquis conditionibus repetere potuiſſet.

IX. Quid hic vero? Acceptis a Papa legatis, iſti permiſit, vt Romanos ad obſequia armis compelleret. Ipſe neglectis Italiæ turbis, (*p*) perſuadente & monente *Bernbardo*, Abbate, ad arma contra Saracenos in Sancta, quam vocant, Terra, portanda animum adiecit. (*q*) Tam cal- *Papa delt.*

(o) OTTO FRISING. *lib.* VII. *Chron. cap.* XXVII. XXIX GVNTHERVS *in Ligur. lib.* III. GOTFRIDVS VITERB. *pag.* 512. ALBERICVS *ad ann.* cIↄC-XLII. *pag.* 297. 298. *ann.* XLIII. *pag.* 300. *an.* XLIV. *pag.* 302. 303.

(p) OTTO FRISING. *Hiſt. Frid. I. lib. I. cap.* XXVII. XXVIII. *lib.* VII. *Chron. cap.* XXXI. XXXIV. ALBERICVS *ad an.* cIↄCXLIV. *pag.* 303. *an.* XLV. *pag.* 305. *An.* XLVI. *pag.* 308. 309. ROBERTVS DE MONTE *ad ann.* cIↄCXLV.

(q) OTTO FRISING. *Hiſt. Frid.* I. *lib.* I. *cap.* XXXIV. XXXIX. XL. XLI. HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib.* I. *cap.* LIX. ALBERICVS *ad ann.* cIↄCXLVII.

Digitized by Google

callide norat Papa vti occaſionibus, principesque alio ablegare, dum domi firmat ſuam dominationem.

An. cIↄC-XLVI. X. Spiræ & Francofurti in Comitiis decreta illa feralis expeditio, cui miram ſpeciem ſanctitatis fraudes Papæ prætexuerant. *HENRICVS* filius regis, rex electus, Aquisgrani coronatus eſt. Cetera inde ordinata, (*r*) & pacatis Germaniæ rebus per Hungariam, in qua *Wardis* Rex graui bello perdomitus eſt, in Orientis prouincias ductum. (*s*)

*Expeditio ſacra.*

cIↄC-XLVII.

An. cIↄC-XLVIII. XI. Poſtquam ventum eſſet in Aſiam, Græca fide prope in exitium Germanicus exercitus proceſſerat. Et, dum in Syria belligeratur, natis Gallos inter & Germanos diſcordiis omnes victoriarum fructus periere.

ALBERTVS STADENSIS, CHRONOGRAPHVS SAXO, *ad h. a.* CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 214.

(r) OTTO FRISING. *lib.* I. *Hiſtor. Frid.* I. *cap.* XXXIX. XLIII. ROBERTVS DE MONTE *ad ann.* cIↄCXLVII. ALBERICVS *ad ann.* cIↄCXLIX.

(s) DODECHINVS *ad ann.* cIↄCXLVII.

Digitized by Google

re. (*t*) Reuerſus Conradus Conſtantinopolin, aliud cum *Manuele*, affine, bellum contra *Rogerium*, qui præter Apuliam & Siciliam Africam & Græciam tentabat, molitus eſt. Sed, hoc etiam bello parum proſpere geſto, nulla re valde acta, moeſtus rediit in Germaniam. (*v*) cIↄC-XLIX.

Ii XII.

(t) GVILIELMVS TYRIVS *Hiſtor. Belli Sacri lib.* XVI. *cap.* XIX. *lib.* XVII. *cap. VIII.* OTTO FRISING. *Hiſt. Frid.* I. *lib.* I. *cap.* XLIV. XLV. LVIII. GOTFRIDVS VITERBIENSIS *P.* XVII. *pag.* 513. 514. *Monachus* WEINGARTENSIS *de Guelfis cap. XIII.* HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib. I. cap. LIX. LX.* OTTO DE S. BLASIO *App. ad Ottonis Friſ. Chron. cap. II.* ROBERTVS DE MONTE *ad ann. cIↄCXLVII. XLVIII.* ALBERICVS *ad ann. cIↄCXLVII. XLIX.* CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERTVS STADENSIS, *Chronicon* MONTIS SERENI, *Contin.* LAMBERTI SCHAFFN. *ad ann.* cIↄCXLVII. CONRADVS VRSPERGENSIS *ad h. a. pag.* 214. 215.

(v) OTTO FRIS. *Hiſt. Frid. I. lib. I. cap. LIX. LXI.* ROBERTVS DE MONTE *ad ann. cIↄCXLVIII. XLIX.* DODECHINVS, ALBERTVS STADENSIS, *Chronicon* MONTIS SERENI, *Contin.* LAMBERTI SCHAFFNAB. *ad ann. cIↄCXLIX.* ALBERICVS *&* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann. cIↄCL.*

Digitized by Google

XII. Interea in Germania a Saxonibus Sclaui fere oppreſſi erant. (*x*) *Extrema negotia.* Henricus Leo, Boioariam recuperaturus, incaſſum laborauerat. (*y*) An. cIↄCL.LI. Redux Conradus res Germaniæ vbique prudenter compoſuit; & vlturus Rogerii tyrannidem nunc ſerio in Italiam cogitauit. Sed ſiue morbo, ſiue veneno, præuentus inſigne inſtitutum ſucceſſoris curæ reliquit: cIↄCLII. Ipſe Bambergæ obiit, poſtquam *FRIDERICVM*, ex fratre nepotem, iam mortuo Henrico rege, filio, principibus impenſe commendaſſet. (*z*)

XIII.

(x) HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib. I. cap. LXII. LXIII.* ALBERTVS STADENSIS *ad ann. cIↄCXLVII.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann. cIↄCXLVIII.* ALBERICVS *ad ann. cIↄCL.*

(y) HELMOLDVS *Chr. Sclau. lib. I. cap. LXXII.* ALBERTVS STADENSIS *ad ann. cIↄCLI.*

(z) OTTO FRISING. *Chron. lib. VII. cap. XXXVI. Hiſt. Frid. I. lib. I. cap. LXII. LXIII.* GOTFRIDVS VITERB. *P. XVII. pag.* 512. OTTO DE S. BLASIO *cap. IV. ad ann. cIↄCLII. Contin.* LAMBERTI, DODECHINVS, ROBERTVS DE MONTE, ALBERICVS,

XIII. Vxor ipſi fuit *GERTRVDIS*, filia *Berengarii*, Solisbacenſis principis: ex qua genuit HENRICVM, electum regem, FRIDERICVM, Ducem Franconiæ, & IVDITHAM, *Ludouico Ferreo*, Landgrafio Thuringiæ, nuptam. (*a*) *Familia.*

## CAPVT III.

# RES FRIDERICI BARBAROSSÆ IMPERATORIS.

I.

FRIDERICVM, Sueuiæ Ducem, *Friderici Coclitis* filium, *Friderici* ne- *Electio Friderici noua & eius rationes.*



ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS, *Chronicon* MONTIS SERENI, *Chronicon* BIGAVGIENSE, *ad h. a.* CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃCLIII. GVNTHERVS *Ligur. lib. I. pag.* 280. *ad ann.* cIↃCLIV. HELMOLDVS *lib. I. cap. LXXII. ad ann.* cIↃCLI.

(a) OTTO FRISING. *Chron. lib.* VII. *cap.* XXVIII. GVILIELMVS TYRIVS *Hiſt. Belli S. lib.* XVI. *cap.* XXIII. OTTO FRISING. *lib.* I. *Hiſt. Frider.* I. *cap.* LXXI. OTTO DE S. BLASIO *cap.* XX. *pag.* 206. *Hiſtoria Landgr. Thuringiæ. cap.* XIX.

Digitized by Google

nepotem, (*b*) vnanimi conſenſu Germaniæ principes Francofurti in Conradi locum ſurrogarunt, & Aquasgrani ductum ſolenni ritu imperio, miniſterium ſuum *ARNOLDO*, Colonienſi, obeunte, inaugurarunt. (*c*) Italiæ quidam Principes interfuiſſe electioni leguntur; non vero, vt ipſi eligerent, ſed vt imperii ſpe-

An. cIↃCLII.

(b) OTTO FRISING. *lib.* VII. *Chron. cap. vlt.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *P.* XVII. *pag.* 514. Mater *IVDITHA HENRICI NIGRI*, Bauariæ Ducis, filia. *Hiſtoria de Guelfis pag.* 805.

(c) OTTO FRISING. *lib.* VII. *Chron. cap.* XXXVI. OTTO DE S. BLASIO *Append. cap.* V. OTTO FRIS. *Hiſt. Frid.* I. *lib.* II. *cap.* I. III. GOTFRIDVS VITERB. *P.* XVII. *pag.* 514. GVNTHERVS *Ligur. lib.* I. *pag.* 280. 281. *ſeq.* HELMOLDVS *Chron. Scl. lib.* I. *cap.* LXXII. CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 215. ROBERTVS DE MONTE, *Contin.* LAMBERTI, DODECHINVS, ALBERICVS, ALBERTVS STADENSIS, *Chronicon* MONTIS SERENI, *Chronicon* BIGAVGIENSE, *ad ann.* cIↃCLII. CHRONOGRAPHVS SAXO, *ad ann.* cIↃCLIII. *Chronicon* AVGVSTENSE, *ad ann.* cIↃCLII.

Digitized by Google

ſpectarent ſolennia. (*d*) Eligentibus præcipue ſumma probataque Friderici virtus, nec non grauiſſimarum diſcordiarum ſperanda compoſitio, curæ cordique fuit: namque maternum Friderici genus ex *Guelfis*, paternum ex *Gibellinis*, qui vocari conſueuerant, oriundum, optimam modo pacem polliceri videbantur. (*e*)

II. Fuit Fridericus Princeps omnibus virtutibus ornatiſſimus: veræ cupidus laudis, fortis, prudens, benignus, liberalis, ſinceræ & antiquæ fidei; &, quod præſtitit, patriæ ſalutis atque maieſtatis cum amantiſſimus, tum ſtudioſiſſimus. (*f*) *Friderici ingenium.*



(d) AMANDVS *Secretarius Frider. I. de primis actis Frid. I. apud Mauritium de Orig. Electorum num.* VI. GVNTHERVS *Ligur. lib.* I. *pag.* 281.

(e) OTTO FRIS. *Hiſt. Frid. I. lib. II. cap. II.*

(f) HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib.* I. *cap.* LXXII. CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* cIↄCLII. *pag.* 215. RADEVICVS *Hiſt. Frid. I. lib. II. cap.* LXXVI. *Contin.* MORENÆ *pag.* 848.

*Prima comitia.*

III. Prima Martisburgi, & ſtatim deinde noua Ratisbonæ, celebrata comitia. In his Itali in fidem accepti. Hungarico bello ibidem propoſito, non conſenſerunt principes. (*g*) Martisburgi Danorum cauſæ diſceptatæ, & pax tentata inter *Henricum Leonem* & *Albertum Vrſum*. Citicenſis Epiſcopus, dum diſcordant electuri, regio iure Magdeburgum translatus. (*h*)

*Satisfactum Henrico Leoni.*

IV. Herbipoli in ſolenni conuentu *Henrici Leonis* & *Henrici Auſtriaci* cauſa tractata. Hic poſſedit, ille poſtulauit, Boioariam. Re nulla acta Wormatiæ, deinde Ratisbonæ, & rurſus Spiræ, eadem cauſa ventilata.

An. cIↃCLIII.

(g) OTTO FRISING. *lib.* II. *Hiſtor. cap.* VI. GVNTHERVS *Ligur. lib.* I. *pag.* 294.

(h) OTTO FRISING. *lib.* II. *Hiſt. cap.* V. VI. *Epiſtola* FRIDERICI I. *ad Ottonem Fris. pag.* 403. GVNTHERVS *Ligur. lib.* I. *pag.* 292. 293. HELMOLDVS *lib. I. Chron. Sclau. cap.* LXXIII. ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* cIↃCLII. Translationem Citicenſis Epiſcopi incuſauit Papa. OTTO FRIS. *lib.* II. *Hiſt. cap.* VIII.

tilata. Cum denique Henricus Auſtrius nullis cederet conditionibus, Goslariæ Leoni Boioaria adiudicata, & Auſtrius ad alia comitia remiſſus eſt. (*i*) cIↄCLIV.

V. Eo tempore Mediolanenſes nunciati graui iniuria regios legatos adfeciſſe. Suas itaque iniurias Fridericus vindicaturus protinus in Italiam mouit, & Longobardicas vrbes omnes præter Mediolanum perdomuit. (*k*) Romam profectus ab Hadriano coronatus eſt, *Expeditio Ital. I.*

Ii 4 &

(i) OTTO FRISING. *lib.* II. *Hiſt. Frid.* I. *cap.* VII. IX. XI. GVNTHERVS *Ligur. lib.* I. *pag.* 295. 299.

(k) FRIDERICVS *Imp. in Epiſt. ad Ottonem Friſing. pag.* 403. OTTO FRIS. *lib.* II. *Hiſt. cap.* XI. *vſque* XX. OTTO DE S. BLASIO *cap.* VII. OTHO MORENA *de Rebus Laudenſibus pag.* 809. *ſequ.* HELMOLDVS *lib.* I. *Chron. Sclau. cap.* LXXIIX. CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 217. 219. ALBERTVS STADENSIS *&* ALBERICVS *ad ann.* cIↄCLV. DODECHINVS *ad ann.* cIↄCLIV. GOTFRIDVS VITERB. *P.* XVII. *pag.* 515. 516. GVNTHERVS *Ligur. lib.* II. *& lib.* III. *vſque ad pag.* 325.

Digitized by Google

& Romanos cientes turbas egregie puniuit. (*l*)

cIↃCLV. VI. Reuerſus in Germaniam, prope Ratisbonam, & ſtatim deinde in confinio Boiohœmi, Henricum Auſtriacum placare ſtuduit. Necquicquam tentata pace, Ratisbonæ Henrico Leoni, adiudicata nuper
An. iudicio principum, Boioaria plene
cIↃCLVI. tradita eſt. (*m*) Nouis demum comitiis

(l) FRIDERICVS *in Epiſt. pag.* 404. OTTO FRIS. *lib.* II. *Hiſt. cap.* XX. XXI. XXII Vindicata Apulia. *cap.* XXIII. XXIV. Reditus in Germaniam. *cap.* XXV. OTTO DE S. BLASIO *cap.* VII. MORENA *de Rebus Laudenſibus pag.* 812. HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib.* I. *cap.* LXXIX. LXXX. *Monachus* WEINGARTENSIS *ad ann.* cIↃCLIV. CONRADVS VRSPERG. *pag.* 218. ALBERTVS STADENSIS, ALBERICVS, DODECHINVS, *Contin.* LAMBERTI, *Chronicon* MONTIS SERENI, *ad ann.* cIↃCLV. ROBERTVS DE MONTE, CHRONOGRAPHVS SAXO, *ad ann.* cIↃCLVI. GOTFRIDVS VITERB. *pag.* 517. GVNTHERVS *Ligur. lib.* III. *a pag.* 325. *lib.* IV. *&* *lib.* V. *integr.*

(m) FRIDERICVS *Epiſt. cit. pag.* 404. OTTO FRISING. *Hiſt. Frid.* I. *lib.* II. *cap.* XXVII. XXVIII. GVNTHERVS *Ligur. lib.* V. *pag.* 347. 348.

mitiis Ratisbonæ Henrico Auſtriaco ſatisfactum; Auſtria a Boioaria ſeparata, hæc reddita Leoni, illa Auſtriaco Marchioni cum Ducis inſigni dignatione relicta. (*n*) *Satisfactum Henrico Auſtriaco.* Ibidem *HERMANNVS*, Comes Palatinus ad Rhenum, & *ARNOLDVS*, Moguntinus, qui abſente Cæſare ciuile bellum excitauerant, fractæ publicæ pacis damnati, & Wormatiæ canes ſellasque, veteri Francica Sueuicaque ſiue lege, ſiue conſuetudine, portare iuſſi ſunt. *Pœna fractæ pacis.* Ignominiæ has notas tantis principibus, non, niſi conſenſione principum



(n) OTTO FRISING. *Hiſt. lib. II. cap.* XXXII. OTTO DE S. BLASIO *Append. cap.* VI. HELMOLDVS *lib.* I. *Chron. Sclau. cap.* LXXXIV. CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 216. GVNTHERVS *Ligur. lib.* V. *pag.* 360. 361. ALBERTVS STADENSIS, *Chronicon* MONTIS SERENI, & *Chron.* BIGAVGIENSE, *ad ann.* cIↄCLVI. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↄCLVII. *Diploma* FRIDERICI *habet Chronicon* AVGVSTANVM *ad ann.* cIↄCLVI. & ANDREAS PRESBYTER *in Chron. Bauar. pag.* 27. 28.

conciliata, imperator auſus foret infligere. (*o*)

*Maieſtas Germaniæ inſtaurata.* An cIↄCLVII VII. His actis Germaniam omnem Fridericus peragrauit; rapinas, latrocinia, omnemque vim, ſeuere puniuit; leges & publicas & priuatas tulit; & collapſam iuſtitiam modo inſtaurauit, modo reformauit. (*p*) Poloniam eodem curſu valida manu intrauit, & Boleslaum ſupplicem obuium habuit. (*q*) Inde Burgundiam adiit, & iſtius prouinciæ res ordinauit. In variis eo tempore actis

(o) OTTO FRISING *Hiſt. lib.* II. *cap.* XXVIII. GVNTHERVS *Ligur. lib.* V. *pag.* 351. DODECHINVS *ad ann.* cIↄCLV.

(p) OTTO FRISING. *Hiſt. lib. II. cap.* XXVIII. *fin.* GVNTHERVS *Ligur. lib.* V. *pag.* 351. 352.

(q) RADEVICVS *Hiſt. Frid. I. lib. I. cap.* I. *vſque* V. OTTO DE S. BLASIO *cap. VII. ſed male hic ad ann.* cIↄCLV. Rectius *Contin.* LAMBERTI SCHAFFNABVRGENSIS, ALBERTVS STADENSIS, *Chronicon* MONTIS SERENI *&* BIGAVGIENSE, *ad ann.* cIↄCLVII. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↄCLVIII. GVNTHERVS *Ligur. lib.* VI. *pag.* 362. *ſequ.*

Digitized by Google

actis comitiis Græcorum, Hiſpanorum, Anglorum, Danorum, Vngarorum, & Polonorum, legati Germaniæ & imperatoris maieſtatem venerati ſunt. Solus Papa auſus eam contemnere, & imperatoris, tunc Biſontii agentis, iram ſuperbis in cauſa Londinenſis epiſcopi ſcriptis litteris vehementer irritare. (*r*)

VIII. Igitur alteram expeditionem in Italiam Imperator edixit: cum, vt Papæ ſuperbiam reprimeret, tum etiam, vt caſtigaret Mediolanenſes, & Apuliam a Normannorum tyrannide liberaret. Mediolanum prima vice æquis conditionibus in fidem accipitur. Inde in Roncaliis iura imperii noſtri in omnem Italiam ſtabiliuntur & exiguntur. (*s*) Inter hæc & crebras cum

*Expeditio Italica II.* An. cIↄC-LVIII.

An. cIↄCLIX.

(r) RADEVICVS *lib.* I. *cap.* VI. *vſque* XVI. OTTO DE S. BLASIO *cap.* IIX. IX. X. GVNTHERVS *Ligur. lib.* VI. *pag.* 365. *ſequ.*

(s) RADEVICVS *lib.* I. *cap.* XVII. *uſque* XLVII. *lib.* II. *cap.* I. *vſque* X. *cap.* XV. *vſque* XLII. OTTO DE S. BLA-

cum *Hadriano* Papa, quem ſtrenue ſatis Fridericus exagitauit, lites ille moritur, & diuiſis partibus *Victor* & *Alexander* eliguntur. Cæſar Ticini Victorem confirmauit, & ex Epiſcoporum decreto Alexandrum reprobauit. (*t*) Magnæ coortæ tur-

*Schisma Papale.*

cIↃCLX.

SIO *cap.* XI. XIV. OTHO MORENA *de Rebus Laudenſibus pag.* 816. *ſequ.* CONRADVS VRSPERG. *pag.* 219. 220. ALBERICVS *ad ann.* cIↃCLVIII. *pag.* 332. ALBERTVS STADENSIS, *Chronicon* MONTIS SERENI, *Monachus* WEINGARTENSIS *ad h. a.* ROBERTVS DE MONTE, CHRONOGRAPHVS SAXO, *ad ann.* cIↃCLIX. LX. *Contin.* LAMBERTI, DODECHINVS, *ad ann.* cIↃCLVIII. LIX. GOTFRIDVS VITERB. *P.* XVII. *pag.* 518. GVNTHERVS *Ligur. libr.* VII. VIII. IX. X. *integris.*

(t) RADEVICVS *lib.* II. *cap.* XLIII. L. LI. LII. LIII. LIV. LV. LVI. LXIV. LXV. LXVI. *vſque* LXXII. OTTO DE S. BLASIO *cap. XIII.* OTHO MORENA *pag.* 826. 827. GOTFRIDVS VITERB. *P. XVII. pag.* 518. Sentiunt pro Alexandro, ALBERICVS *ad ann.* cIↃCLIX. ALBERTVS STADENSIS, GAVFREDVS, *Prior Voſienſis, in Chron. cap. LVIII. ad h. a.* HELMOLDVS *lib. I. cap.* XC. Conf. *Vita S. Eberhardi Salisburg. cap. XIII. apud Surium XXII. Iun. pag.* 290. DODECHINVS

Digitized by Google

turbæ egregie protinus profligatæ ſunt. Sed Mediolani, iterum rebellis, obſidio ad tertium annum extracta eſt. Tandem expugnata, incenſa, & vaſtata, vrbe, vbique victor imperator per Burgundiam rediit in Germaniam. (*v*)

An. cIↄCLXII *Mediolanum vaſtatur.*

IX. In ea, cum abſens eſſet Fridericus, ab *Henrico Leone* & *Alberto Vrſo*

*ad ann.* cIↄCLIX. LX. CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 221. 222.

(v) RADEVICVS *lib.* II. *cap. XLIV. uſque XLIX. LVII. vſque LXIII. Appendix ad* RADEVICVM *ad ann.* cIↄCLX. LXII. LXIII. OTTO DE S. BLASIO *cap.* XIV. XV. XVI. OTHO MORENA *pag.* 828. *ad* 839. GOTFRIDVS VITERB. *pag.* 518. CONRADVS VRSPERG. *pag.* 222. 223. HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib.* I. *cap.* XC. ALBERICVS, CHRONOGRAPHVS SAXO, *Contin.* LAMBERTI, *ad ann.* cIↄCLX. LXII. ALBERTVS STADENSIS, DODECHINVS, *ad ann.* cIↄCLXII. ROBERTVS DE MONTE *ad ann.* cIↄCLXIII. *Chronicon* MONTIS SERENI *ad ann.* cIↄCLXI. LXII. BVRCHARDVS *ad Nicolaum Abb. Sigeberg. Epiſtola de Excidio Mediolanenſi apud Freherum Tom. I.* TRISTANVS CALCHVS *Hiſt. Inſubr. lib.* X. GODEFRIDVS *Monachus Colon. ad ann.* cIↄCLXII.

Digitized by Google

*Sclaui plene perdomiti.* *Vrſo* plene Sclaui erant perdomiti, nouisque incolis multæ eorum regiones datæ. Tum, lite de Sclauicarum regionum poſſeſſione coorta, vtrique, principum iudicio, Imperator ſatisfecit. (*x*) Quas etiam turbas Alexandri fauor paſſim dederat, fortiter oppreſſit: & ſic, res Italiæ curaturus, tertium in eam, ſed ſine exercitu, profectus eſt. (*y*)

An. cIↄC-LXIII.

cIↄC-LXIV. *Iter in Italiam tertium.*

X. Alexander totam Italiam turbauerat, Cæſarique ſacris interdixerat. Hic crebris comitiis, quantum inermis poſſet, paci pubiicæ proſpexit; & in locum Victoris exſtincti *Paſchalem* ſurrogauit: recuperaturus pene totum ſacrorum ius, quod anteceſſores imperatores perdide-

(x) HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib.* I. *cap.* LXXXVII. LXXXVIII. XCI. *ad ann.* cIↄCLXII. ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* cIↄCLX. LXIII. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad h. a.*

(y) HELMOLDVS *lib. I. cap.* XC. OTTO DE S. BLASIO *cap.* XVI. CHRONOGRAPHVS SAXO, GODEFRIDVS COLON. *ad ann.* cIↄC-LXIII. DODECHINVS *ad ann.* LXIII. LXIV.

diderant, niſi fauore Papæ Epiſcopi Germaniæ optimam cauſam crebro prodidiſſent & deſeruiſſent. (*z*)

XI. In Germania Aquisgrani *CAROLVM MAGNVM* Fridericus in Sanctorum numerum comitiali decreto retulit. In Herbipolenſi conuentu iuratam fidem principes dederunt, nunquam ſe Paſchalis cauſam deſerturos. (*a*)

*Carolus Magnus Sanctus adpellatus.*

An. cIↃCLXV

XII.

(*z*) OTTO DE S. BLASIO *cap.* XVII. XVIII. ACERBVS MORENA *de Rebus Laudenſibus pag.* 840. 841. APPENDIX *ad* RADEVICVM, CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERICVS, GODEFRIDVS COLON. *Chron.* AVGVSTANVM, *ad ann.* cIↃCLXIV. DODECHINVS *ad ann.* LXV.

(*a*) ALBERTVS STADENSIS, GODEFRIDVS COLONIENSIS, *Chronicon* AVGVSTANVM *ad ann.* cIↃCLXVI. *Magnum Chronicon* BELGICVM *ad ann. pag.* 191. Herbipolenſis Curia. *Contin.* RADEVICI *ad ann.* cIↃCLXVI. GODEFRIDVS, *Chronicon* AVGVSTANVM, *ad ann.* LXV. Vlmenſis & Norimbergenſis Curia. OTTO DE S. BLASIO *cap.* XIX. *Chronicon* MONTIS SERENI *ad ann.* cIↃLXV. CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 224.

Digitized by Google

*Expeditio Ital. IV.* cIↄLXVI. XII. Quarta vice in Italiam ductis copiis, Longobardicæ ciuitates receptæ; Ancona obſeſſa & expugnata; Romani magna clade proſtrati: inde Roma intrata, & *BEATRIX* vxor Friderici ſolenni ritu a Paſchali coronata. An. cIↄC-LXVII. Sæuiente autem peſte, & coniurantibus iterum Longobardicis ciuitatibus, periere victoriarum fructus, An. cIↄC-LXVIII. & clam remeare in Germaniam Cæſar coactus eſt. (*b*)

*Odia principum in Henricum Leonem.* cIↄC-LXIX. XIII. Magnis ibi diſcordiis non pauci principes cum Henrico Leone diſſederunt. Fridericus reſtituit pacem; & impetrauit, vt *HENRICVS* filius rex eligeretur, & Aquisgrani

(b) OTTO DE S. BLASIO *cap.* XX. XXI. ACERBVS MORENA *pag.* 842. *ſeqq. Contin.* MORENÆ *pag.* 846. 847. HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib.* II. *cap.* X. GODOFRIDVS COLON. ALBERTVS STADENSIS, *ad ann.* cIↄCLXVI. LXVII. LXVIII. CHRONOGRAPHVS SAXO, *ad ann.* LXVII. LXVIII. CONRADVS VRSPERG. *ad h. a. pag.* 224. 225. *Contin.* RADEVICI *ad ann. LXVII. LXVIII. LXIX.* DODECHINVS *ad ann. LXVI. LXVII. Cont.* LAMBERTI SCHAFFN. *ad ann.* LXVII.

Digitized by Google

grani coronaretur. (*c*) Inde Paſchali mortuo nouus Papa *Calixtus* Alexandro oppoſitus eſt: &, quod maximos motus iſte excitaſſet, iterum ductum in Italiam. (*d*) An. cIↄCLXX. cIↄC LXXI. cIↄC-LXXII.

XIV. Non eadem nunc fortuna Fridericus vſus, qua antea. Rebelles ciuitates palam iuſſa eius ſpreuere; Alexandria caſtellum quoddam conditum ab Alexandro cognominatum; Mediolanenſes vrbem reſtituere conati. Præcipue calamitoſa eſſe Henrici Ducis deſertio & abitio in Germaniam, eademque cogere Im- *Expeditio Ital. V.* cIↄC-LXXIII.

Kk

(c) OTTO DE S. BLASIO *cap. XXI.* HELMOLDVS *lib. II. cap. X. XI.* GODEFRIDVS COLON. *ad ann.* cIↄCLXVIII. LXIX. ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* LXVI. LXVIII. *Chronic.* STEDERBVRGENSE *ad ann.* LXVII. CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 232. Nouæ turbæ in Saxonia. GODEFRIDVS *ad ann.* cIↄCLXXIII. ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* LXX. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* LXXI.

(d) OTTO DE S. BLASIO *cap.* XXI. XXII. ALBERICVS *ad ann.* cIↄCLXX. LXXIII. *Contin.* RADEVICI *ad ann.* LXIX. LXX. GODEFRIDVS COL. *ad ann.* LXVIII. LXXII.

Digitized by Google

Imperatorem, vt & ipſe deſertis rebus Italiæ in patriam rediret. (*e*) Non diu autem commoratus in Germania, modo indicata principibus Henrici culpa, & conſcripto validiori exercitu, in Italiam reuerſus eſt: (*f*) Sed, denuo minus proſpere rebus actis, adhæc grauiſſima clade accepta, ſerio demum poſt Calixti, quæ tunc commode obuenerat, mortem cogitauit pacem. (*g*)

An. cIɔC-LXXIV.

*Expeditio Ital. VI.* cIɔC-LXXVI.

XV.

(e) OTTO DE S. BLASIO *cap.* XXII. XXIII. GODEFRIDVS COLON. *Chronicon* AVGVSTANVM, CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIɔC-LXXIV. LXXV. ALBERICVS *ad ann.* LXXIII. Non alia Cæſaris in Italiam expeditio adeo obſcura & litigioſa. *Helmoldi Continuator* ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. II. cap. XV. XVI.* ALBERTVS STAD. *ad ann.* cIɔC-LXXVII. DODECHINVS *ad ann.* cIɔCLXXIV. LXXV.

(f) ARNOLDVS LVB. *Chron. Sclau. lib. II. cap. XVI.*

(g) OTTO DE S. BLASIO *cap.* XXIII. DODECHINVS, *Chron.* MONTIS SERENI, ROBERTVS DE MONTE, GODEFRIDVS COLON. CHRONOGRAPHVS SAXO, *Monachus* WEINGARTENSIS, *ad ann.* cIɔCLXXVI. *Chronicon* STEDERBVRGENSE, *ad ann.* LXXV.

Digitized by Google

XV. Hæc Venetiis inter Cæſarem & Papam, voluntate & conſenſu Germaniæ principum, ſancita; & Alexandro Papæ reſtitutum, quicquid nuper arma Germanica occupauerant. Normannis XV. & Longobardicis vrbibus VI. annorum induciæ datæ, vt earum cauſa poſſet interea iuſte iudicari. (*b*) Ceterum in cIↄC-LXXVII. *Schisma Papale exit, & cum Alexandro Fridericus redit in gratiam.*

Kk 2

(*b*) OTTO DE S. BLASIO *cap.* XXIII. XXIV. *Auctor Vitæ Alexandri coæuus apud* BARONIVM *ad ann.* cIↄC-LXXVII. *num.* XXVII. ALEXANDER *Papa in litteris ad Rogerium Eboracenſem, & Hugonem Dunelmenſem, Antiſtites, apud* ROGERIVM DE HOVEDEN *Ann. Angl. P. II. pag.* 569. 570. GERVASIVS TILBERIENSIS *in Otiis Imperial. cap. XIX. pag.* 942. MATHAEVS PARISIENSIS *ad ann.* cIↄCLXXVII. *Monachus* WEINGARTENSIS, ROBERTVS DE MONTE, CHRONOGRAPHVS SAXO, ALBERTVS STADENSIS, GODEFRIDVS COLONIENSIS, *Chronicon* MONTIS SERENI, *Chron.* STEDERBVRGENSE, *ad h. a.* CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* cIↄCLXXVI. *pag.* 227. ALBERICVS *ad ann.* cIↄC-LXXIX. GOTFRIDVS VITERB. *P.* XVII. *Chron. pag.* 519. ARNOLDVS LVBEC. *lib. II. Chron. Sclau. cap. XVII.*

Digitized by Google

in fabulis habenda, quæ maieſtati Cæſaris inimica acta ex Veneto conuentu paſſim narrantur: quippe cum in minutis etiam cauſis ſuæ admodum proſpexiſſe dignitati Cæſar legatur. (*i*)

*Henrici Leonis calamitates.* An. cIↃC-LXXVIII. XVI. Reduci in Germaniam *Henricus Leo* Spiram occurrit, & vim a *Philippo*, Colonienſi, illatam conqueritur. (*k*) Verum Imperator Wormatiæ vtrisque diem dixit, &

ROMVALDVS *apud Baronium num.* LXVIII.

(i) Codex MS. Venetus, ad quem BARONIVS *loc. cit.* prouocat, videtur fabulam ſuppeditaſſe, quam NAVCLERVS *Vol. II. Chronogr. Gener.* XL. *pag.* 856. ANTONIVS SABELLICVS *Rer. Venet. lib.* VII. *Dec.* I. MVTIVS *Chron. lib.* XIIX. *ad ann.* cIↃCLXXVII. *pag.* 157. 158. tradiderunt. Sufficit vero commentis confutandis vnum omnium coæuorum ſilentium, & de magnifica Imperatoris receptione non nullorum narratio. Vid. AVENTINVS *Ann. Boi. lib. VI. cap. VI. num. XIII.* & BARONIVS *ad ann.* cIↃCLXXVII. *num.* CXXIV.

(k) ARNOLDVS LVBEC. *lib.* II. *cap.* XXIV. GODEFRIDVS COLON. & *Chronicon* STEDERBVRGENSE *ad ann.* cIↃCLXXVIII.

& abſentem Henricum grauiter apud principes accuſauit. Inde Magdeburgum, rurſus Goſlariam, citatus Henricus: nec comparens Goſlariæ iudicio principum iurato proſcriptus, & omni dignitate ſpoliatus eſt. Herbipolin porro fruſtra vocatus, principum conſenſione omnibus prouinciis, quæ in imperii clientela erant, exutus, hisque aliis cedere iuſſus eſt. Saxoniæ Dux dictus *BERNHARDVS*; Alberti Vrſi filius; Boioariæ Dux *OTTO*, ex Wittelsbacenſi clara gente oriundus. (*l*)

An. cIↄC-LXXIX.

cIↄC-LXXX.

XVII. Poſtquam arma ab Imperatore & Principibus contra Henricum ſumta eſſent, hunc pœnitere per-

Kk 3

(l) OTTO DE S. BLASIO *cap.* XXIV. ARNOLDVS LVB. *lib.* II. *cap.* XXIV. CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 226. 227. GODEFRIDVS COLON. *ad ann.* cIↄCLXXIX. LXXX. *Chronicon* STEDERBVRGENSE *ad ann.* LXXIX. *Monachus* WEINGARTENSIS, ALBERTVS STADENSIS, *Chron.* AVGVSTANVM, *Chronicon* BIGAVGIENSE, *Chron.* MONTIS SERENI, *ad ann.* LXXX. ALBERICVS *ad ann.* cIↄCXCIII. *pag.* 399. 400.

Digitized by Google

peruicaciæ, qua omnium principum concitauerat odia: Fruſtra autem deprecatus ſeueram ſententiam, nil impetrauit aliud, niſi vt patrimonium Guelficum, allodiaque quæ vocant, ſua, ſeruaret, & tres annos, vbi liberet, eſſet in exilio. Et cedendum fortunæ iam Henricus vidit, & declinaturus acriores offenſiones in Angliam exulatum iuit.(*m*) Non autem habuit, quod vllo modo tyrannidem Cæſaris incuſaret; ſed vere, quicquid calamitatum ſubiret, ſuo, vt pater, ingenio, principumque aduerſis ſtudiis, acceptum retulit. (*n*)

An. cIɔC-LXXXI.

*Sibi eas debuit Henricus.*

XVIII.

(m) OTTO DE S. BLASIO *cap.* XXIV. ARNOLDVS LVB. *lib.* II. *cap.* XXV. *vſque* XXXVI. *Chronicon* STEDERBVRGENSE *ad ann.* cIɔCLXXX. LXXXII. *pag.* 860. 861. GODEFRIDVS COLON. *ad ann.* LXXXI. LXXXII. ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* LXXXI.

(n) ARNOLDVS LVBEC. *lib.* II. *cap.* XVI. *ad ann.* cIɔCLXXVI. *cap.* XXXVI. *pag.* 298. OTTO DE S. BLASIO *cap.* XXIV.

XVIII. Properantibus ad finem inducijs, plena pax Conſtantiæ data Italicis vrbibus. (*o*) *Henricus* rex contra Polonos miſſus, Erfurti lites inter Moguntinum & Landgrafium Thuringiæ compoſiturus ſubſiſtit. Poloni, de pace legatis miſſis, in gratiam ſunt recepti. *Conradi* fratris expeditio contra Gallos, quam item iuſſu patris ſuſcepit, fruſtra fuit. (*p*) An. cIↃC-LXXXIII. *Pax Italica.*

XIX. Moguntina comitia, in quibus *Henricus* & *Fridericus*, filii Imperatoris, armis donati ſunt, præcipue frequentata & magnifica fuere: multaque imperii negotia in iis pertractata. (*q*) *Moguntina Comitia.* An. cIↃC-LXXXIV



(o) OTTO DE S. BLASIO *cap. XXVII. ſed male ad ann.* cIↃCLXXXV. *cum ipſæ Tabulæ pacis apud* SIGONIVM *lib. XIV. de Regno Italiæ præferant Annum* cIↃCLXXXIII.

(p) *Contin.* LAMBERTI SCHAFFN. *ad ann.* cIↃCLXXXIV. *Chronicon* MONTIS Sereni *ad ann.* LXXXIII.

(q) OTTO DE S. BLASIO *cap. XXVI. ad ann. cIↃCLXXXIV.* DODECHINVS, *Contin.* LAMBERTI, ALBERTVS STADENSIS, *Monachus* WEINGAR-

An. cIↄC-LXXXVI. *Expeditio Ital. VII.*

XX. Vltimum in Italiam Fridericus duxit, vt Henricus filius Modoetiæ, Romæque coronaretur, & nuptias cum *CONSTANTIA*, Rogerii, Siciliæ regis, filia, celebraret. Quod maximæ autem lites cum *Lucio*, Papa, intercedere cœpiſſent, non Romæ coronatus eſt Henricus. (*r*)

An. cIↄC-LXXX-VII. *Pax publica.*

XXI. In Germania Epiſcopos cum Papa facere, & motus ciere, Fridericus factus certior, eo reduxit, & Wormatiæ in comitiis illorum cauſam iudicauit. Inde Norimbergæ publicam edixit legeque firmauit

TENSIS, GODEFRIDVS COLON. *Chronicon* AVGVSTANVM, *Chron.* MONTIS SERENI, *ad h. a.* CONRADVS VRSPERG. *ad ann.* LXXXI. *pag.* 227. ARNOLDVS LVBEC. *lib.* III. *cap.* IX.

(r) OTTO DE S. BLASIO *cap. XXVIII.* OTTO FRISING. *Chron. lib. VII. cap. vlt.* GOTFRIDVS VITERB. *P. XVII. pag.* 522. ARNOLDVS LVB. *lib. III. cap. X. XIV. XVI.* ALBERTVS STADENSIS *ad ann. cIↄCLXXXIV.* GODEFRIDVS COLON. *ad ann. LXXXVI.* ALBERICVS *ad ann. LXXXV. LXXXVII. Chronicon* AVGVSTANVM *ad ann. XCI.*

Digitized by Google

mauit pacem: (*s*) quam item in Moguntina curia noua lege ſtabiliuit. Hoc loco a callido Papa perſuaſum ei eſt, vt crucis ſuſcepto ſigno in Orientis prouincias contra Saracenos militatum iret. Et potuit temporum ſuperſtitio, vt conſentirent ferali expeditioni ceteri principes. (*t*) cIↃC-LXXX-VIII. *Expeditio ſacra.*

XXII. Ductum per Hungariam Conſtantinopolin, & in Aſiam. Primum An. cIↃC-LXXXIX.



(s) Wormatienſis Curia. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃC-LXXXVI. *Chronicon* MONTIS SERENI *ad h. a.* GODEFRIDVS MON. *ad ann.* cIↃCLXXXVII. Noribergenſis Curia. CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* cIↃCLXXXVII. *pag.* 230. Conf. ARNOLDVS LVBEC. *lib.* III. *cap.* XVII. XVIII.

(t) OTTO DE S. BLASIO *cap.* XXXI. ARNOLDVS LVBEC. *lib.* III. *cap.* XXVIII. CHRONOGRAPHVS SAXO, *Chron.* MONTIS SERENI, GODEFRIDVS MONACHVS, ALBERICVS, *ad ann.* cIↃCLXXXVIII. *Continuator* LAMBERTI *ad ann. h.* ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* cIↃCLXXXIX. *Chronicon* STEDERBVRGENSE *pag.* 861. CONRADVS VRSPERGENSIS *ad h. a. pag.* 231.

mum cum Græcis bellum, qui fide ſua Cæſari inſultauerant. Deinde
cIↃCXC. victi Saraceni, & egregia victoria accepta. Vlterius, poſtquam Iconio potitus eſſet, progreſſurus Fridericus, in amne quodam, ſiue
*Fata extrema.* Armeniæ, ſiue Ciliciæ, ſuffocatus periit. Corpus Antiochiam ductum, ibique humatum. (v) In Germania *HENRICVS*, rex, quod vicario nomine abeunte Cæſare acceperat, nunc proprio ſuſcipit imperium. (*x*)

XXIII.

(v) OTTO DE S. BLASIO *cap.* XXXII. XXXIV. XXXV. TAGENO, *Decanus Pataulenſis, in Deſcr. Expedit. Aſiaticæ, Frider. I. Imperatoris in Turcas.* ARNOLDVS LVBEC. *Chron. Sclau. lib.* III. *cap.* XXIX. *ad* XXXIV. GODEFRIDVS COLON. *ad ann.* cIↃCLXXXIX. XC. ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* LXXXIX. XCI. ALBERICVS, *Monachus* WEINGARTENSIS *pag.* 798. *Appendix ad* RADEVICVM *pag.* 560. 561. 562. *ad ann.* cIↃCXC. *Chronicon* STEDERBVRGENSE *pag.* 862. 863. CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 228. 229.

(x) OTTO DE S. BLASIO *cap.* XXXII. GODEFRIDVS COLON. *ad ann.* cIↃCLXXXIX.

XXIII. Binas coniuges Fridericus habuit. Prima *ADELHEIDIS*, *Theobaldi*, Marchionis Hochburgici, filia, quod nimia propinquitas aut adulterium, argueretur, repudiata eſt. (*y*) Ex altera coniuge *BEATRICE*, *Reinaldi* Comitis, filia, numeroſa proles ſuſcepta. HENRICVS in patris locum ſucceſſit. FRIDERICVS & CONRADVS alter poſt alterum Sueuiæ & Franconiæ duces fuerunt. OTTO Arelatenſia quædam bona habuit: & PHILIPPVS Italiæ regionibus quibusdam donatus eſt. (*z*) *Familia.*

*CAPVT*

(y) OTTO FRISING. *Hiſt. Frid. I. lib. II. cap. XI.* OTTO DE S. BLSAIO *cap.* X. CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃCLIV. *Chronicon* MONTIS SERENI *ad ann.* cIↃCLIII. CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 217.

(z) OTTO FRISING. *Hiſt. Frid.* I. *lib.* II. *cap.* XXIX. OTTO DE S. BLASIO *cap.* X. XXI. ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* cIↃCLXXXV. CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* cIↃCLXXVI. *pag.* 227.

Digitized by Google

*CAPVT IV.*

# RES HENRICI VI. IMPERATORIS.

I.

*Status Germaniæ.* Germaniæ maieſtas virtute *FRIDERICI* egregie vindicata, nec vsquam ab *HENRICO* filio deſtituta. Germaniæ principes iam ſummis iuribus donati: ſed tamen concedere viſi his imperatoribus plurimum. Præſertim, qui principes beneficio Cæſaris ex ruina Henrici Leonis ſurrexerant, admodum eum colere & venerari. Ipſe Papa non multum hoc tempore auſus: ſed modo præſtolatus nouas occaſiones breui ei oblatas.

*Henrici ingenium.* II. Fuit HENRICVS princeps gloriæ cupidiſſimus, prudens, fortis, ſed & aſper, auarus, nec parum ſuſpicioſus. (*a*) Ingenii Henrici Tertii ſimillimus, eadem fere fata, ſi præ-

(a) CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 233. GERVASIVS TILBERIENSIS, *Ot. Imper. lib. II. cap. XIX. pag.* 943. GOTFRIDVS VITERB. XVII. *pag.* 519.

Digitized by Google

præſertim filium Fridericum ſpectauerimus, habuit. Continuit Papam, continuit Principes, in officio: ſed vt, cum hi, tum ille, nimia Cæſaris auctoritate admoniti, promtiores circumſpicerent rationes, ſemel occupata iura non firmandi modo, ſed & ampliandi in poſterum & augendi.

III. Abſente Patre primum ei, cum *Henrico Leone*, prouincias ſuas armata manu recuperaturo, bellum fuit: quod noua pactione in Fuldenſibus comitiis ita terminatum eſt, vt quisque principum tute poſſideret, quæ ipſi imperator nuper adiudicaſſet. (*b*) An. cIↃC-LXXXIX. *Bellum cum Henrico L.*

IV. Prima vice intrauit in Italiam, vt mortuo *Wilhelmo*, rege, occuparet Apuliam & Siciliam. Romam diuertens a *Cæleſtino* Papa coronatus eſt. Tuſculanum caſtrum Romanis pretii ergo traditum eſſe; nemo in laudabilibus imperatoris actis cIↃCXC. *Expeditio Ital. I.* An. cIↃCXCI.

(b) ARNOLDVS LVBEC. *lib.* IV. *Chron. Sclau. cap.* I. II. III. *Chronicon* STEDERBVRGENSE *pag.* 862.

actis referret. (*c*) Quæ autem de Papæ nefariis aduerſus imperatoriam maieſtatem auſibus paſſim narrantur alia, a fabulis non valde aliena eſſe videntur. (*d*)

*Infelix bellum in Apulia.*

V. Expeditio in Apuliam parum proſpere ceſſit. Et terra marique *Tancredus*, vſurpator regni, potentior, quam cui par eſſet Henricus. Ipſa *Conſtantia* a Salernitanis Tancredo prodita, traditaque, & vix Papæ interveniente monitione Cæſari

(c) OTTO DE S. BLASIO *cap.* XXXIII. XXVII. ARNOLDVS LVBEC. *lib.* IV. *cap.* IV. V. VI. GODEFRIDVS COLON. *ad ann.* cIↃCLXXXIX. XC. XCI. *Monachus* WEINGARTENSIS *ad ann.* XCI. *pag.* 799. *Chronicon* MONTIS SERENI *ad h. a. Chronicon* STEDERBVRGENSE *pag.* 863. ALBERTVS STADENSIS, ALBERICVS, CONRADVS VRSPERG. *pag.* 232. *ad ann.* XCII.

(d) ROGERIVS HOVEDANVS *Ann. Angl. P.* II. *ad ann.* cIↃCXCI. *pag.* 689. *&* HENRICVS KNYGHTONVS *de Euent. Angl. lib. II. cap. XIII.* pedibus impoſitam Henrico coronam, eandemque pedibus a Papa deiectam, narrant: ſed ſuſpectam habeo Anglicorum Scriptorum fidem.

Digitized by Google

ſari reddita eſt. Peſtis etiam adeo attriuit exercitum, vt neceſſario in Germaniam reducendum eſſet. (*e*)

VI. In ea *Richardus*, rex Angliæ, ex Palæſtina redux, a *Leopoldo*, Auſtriæ Duce, captiuus detinebatur. Traditus imperatori, cuius in eum odii multæ erant peculiares cauſæ, tamdiu in cuſtodia ſeruatus eſt, donec magnam auri vim Cæſari & Duci exſoluiſſet. Abiturus Angliæ regnum in clientelam Germaniæ obtulit: magno id Germanicæ maieſtatis ex hac ætate documento. (*f*)

An. cIↃCXCII *Richardi captiuitas.*

VII.

(e) OTTO DE S. BLASIO *cap.* XXXVII. ARNOLDVS LVBEC. *lib.* IV. *cap.* V. VI. ALBERICVS *ad ann.* cIↃCXC. *pag.* 381. CONRADVS VRSPERG. *ad ann.* XCII. *pag.* 232.

(f) OTTO DE S. BLASIO *cap.* XXXVIII. ROGERIVS HOVEDENVS *Ann. Angl. P.* II. *in Vita Richardi R. ad ann.* cIↃCXCII. *pag.* 716. 717. GERVASIVS TILBER. *Ot. Imper. lib. II. cap. XIX. pag.* 943. ARNOLDVS LVBEC. *lib.* III. *cap.* XXXVII. MATHÆVS PARISIENSIS *Hiſt. Angl. pag.* 140. *ſequ.* GODEFRIDVS COLON. *ad ann.* cIↃCXCIII. XCIV. ROBERTVS DE MONTE, ALBERTVS STADENSIS, *ad h. a.* CON-

*Pacata Germania.* VII. Quas turbas *Alberti*, Leodienſis Epiſcopi, cum pluribus principibus aduerſus imperatorem coniuratio dederat, in Wormatienſi curia ille commode oppreſſit. Bodenfeldi *CONRADO*, Comiti Palatino ad Rhenum, cuius filia, inuito Cæſare, *HENRICO*, Henrici Leonis filio, nupſerat, reconciliatus eſt; & cum ipſis Henricis in nouam gratiam rediit. (*g*)

An. cIↃC-XCIII. *Expeditio Ital. II.* VIII. Interea *Tancredus* obierat, & filius *Wilbelmus* porro regna vſurpabat. Suum igitur ius proſecuturus Henricus iterum in Italiam cum plurimis Germaniæ principibus duxit: & primum Apuliam & Calabriam, deinde Siciliam, felicibus armis occupauit. Tancredi vxo-

RADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* cIↃCXCIII. *pag.* 232. ALBERICVS *ad ann.* XCII. XCIII.

(g) ARNOLDVS LVBEC. *lib.* IV. *Chr. Scl. cap. XX. Chronicon* STEDERBVRGENSE *ad ann.* cIↃCXCI. *pag.* 866. GODEFRIDVS COLON. *ad ann.* XCII. *Magnum Chronicon* BELGICVM *pag.* 203.

vxorem cum Wilhelmo filio, quem cæcare iuſſit, & filiabus, in Germaniam miſit: ſimulque immenſas diuitias, optimaque Orientis prouinciarum ſpolia in Sicilia reperta, eo duci curauit. (*h*) *Felix bellum in Vtr. Sicilia.* cIↃC-XCIV.

IX. Ita victor, & Vtriusque Siciliæ dominus, in Germaniam reuerſus eſt, & bona Welfi ducis, quæ hic Henrico Leoni, proximo alioquin, ſed immodeſto & moroſiori, hæredi, ademta imperatori teſtamento tradiderat, occupauit. (*i*) An. cIↃC-XCV. *Hæreditas Welſica cedit Henrico.*

Ll Ger-

(h) OTTO DE S. BLASIO. *cap.* XXXIX. XL. XLI. *ad ann.* cIↃCXCIII. XCIV. XCV. ARNOLDVS LVBEC. *lib.* IV. *cap.* XX. CONRADVS VRSPERGENSIS *ad an.* cIↃCXCIII. XCIV. *pag.* 232. *Monachus* WEINGARTENSIS *de Guelfis ad ann.* XCII. *pag.* 799. ALBERICVS, *Chronicon* BIGAVGIENSE, *ad ann.* XCIV. GODEFRIDVS COLON. *ad ann.* XCIV. XCV. ALBERTVS STADENSIS, *Chronicon* AVGVSTANVM, *ad ann.* XCV.

(i) *Monachus* WEINGARTENSIS *Hiſt. de Guelfis ad ann.* cIↃCXCI. *pag.* 798. 799. Cauſa translatæ in Gibellinam domum hæreditatis narratur ab OTTONE DE S. BLASIO *cap.* XXI.

Germaniam reperit ſatis pacatam: & iam ipſe Henricus Leo, quod Henricus filius exſtincto ſocero Conrado Palatinatum Rheni ab imperatore acceperat, placatus obiit. (*k*) Quod vero callidus Papa, Henrici Cæſaris pertimeſcens potentiam, eam Saracenis frangendam obiecturus, nouam expeditionem in Palæſtinam imperaret: ipſe quidem Germaniæ quosdam principes monuit, vt ex temporis ſuperſtitione communibus, quæ æſtimabantur, bonis ſubuenirent, ſed odoratus Papæ dolos ſanctum opus opportune ſubterfugit. (*l*)

*Declinata ſacra expeditio.*

X.

(k) Inueſtitura Palatini. ARNOLDVS LVBEC. *lib.* IV. *Chron. Sclau. cap.* XX. GODEFRIDVS COLON. *ad ann.* cIɔCXCV. Obitus Henrici Leonis. ARNOLDVS LVB. *lib.* V. *cap.* XXIV. ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* XCV.

(l) OTTO DE S. BLASIO *cap.* XLII. CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 232. ARNOLDVS LVBEC. *lib.* V. *Chron. Sclau. cap.* I. II. GODEFRIDVS COLON. *Chronicon* AVGVSTANVM, *ad ann.* cIɔCXCV.

Digitized by Google

X. Paulo ante, quam extremum in Italiam abiret, hæreditario iure imperatoriam dignitatem ſuæ genti vindicare conatus, non paucorum principum meruit conſenſionem; quos nempe crebrarum turbarum, quas dabat ſæpe diſcors regum electio, pertædebat, & quibus placebant additæ conditiones, vt Vtraque Sicilia ſubeſſet ſub imperio, & omnes prouinciæ pleno iure a principibus poſſiderentur, atque ad ipſas fœminas transferrentur. Repugnantibus vero Saxonibus, & potentiore principum parte, quæ fortaſſis eo ex tempore electionis iura curatius definiuit, & ſtabiliuit; abſtitit imperator a rogatione, (*m*) & vt *FRIDERICVS,* filius, vix triennis, rex eligeretur, impetrauit. (*n*) *Improbi conatus Henrici Imp.*

Ll 2 XI.

(m) *Chronicon Magnum* BELGICVM *pag.* 205. *ex Iohanne, Monacho S. Vincentii, Coæuo Scriptore.* GERVASIVS TILBERIENSIS *in Otiis Imperialibus lib. II. cap. XIX. pag.* 943.

(n) Electio videtur primum coacta fuiſſe; OTTO DE S. BLASIO *cap.* XLIII. GODEFRIDVS COLON. *ad*

*Expeditio Ital. III.* An. cIↄC-XCVI. XI. Tertia vice intrata Italia imperatoriam maieſtatem multis modis egregie extulit. Sicilias ex arbitrio ordinauit, ſed crudelioribus ſuppliciis imperatis *Aſperi* & *Crudelis* nomen meruit. (*o*) *Maieſtas Germ. imperat* Græco Imperatori ex manibus ingentem auri vim extorſit; vt & puniret crebram eius perfidiam, & pretium uſurpatarum aliquot prouinciarum, quas Normannicas eſſe contendebat, acciperet. An. cIↄC-XCVII. Cypri & Armeniæ Reges ſua auctoritate conſtituit, & per Mo-

*ann.* cIↄCXCVI. *Geſta* INNOCENTII III. *num.* XIX. mox repetita vice probata & confirmata. CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 233. INNOCENTII III. *Epiſtola* XXIX. *ad Germaniæ principes.* Electionem iam mortuo Henrico factam eſſe opinatur ARNOLDVS LVBEC. *lib.* V. *cap.* III. & ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* cIↄCXCVIII.

(o) OTTO DE S. BLASIO *cap.* XLIII. ARNOLDVS LVBEC. *lib.* V. *cap.* LII. GODEFRIDVS COLON. *ad ann.* cIↄCXCVI. ROGERIVS HOVEDENVS *ad h. a. Chronicon* AVGVSTANVM *ad ann.* cIↄcXCV.

Digitized by Google

Moguntinum regiæ dignitati inaugurari curauit. (*p*)

XII. Euocauerat *PHILIPPVM* fratrem in Italiam, vt Fridericum filium Aquasgrani ad coronationem duceret. Sed, antequam is aduentaſſet, dubium an ex veneno, vtrum morbo? plurimis glorioſe actis, plurimisque deſtinatis, Meſſinæ Henricus ſubtractus eſt, debitumque maturius naturæ reddidit. (*q*) Filius FRIDERICVS, nuper rex in Germania electus, in Sicilia cum *CON-* *Fata Henrici.*

Ll 3 *STAN-*

(p) OTTO DE S. BLASIO *cap.* XLIII. NICETAS CHONIATES *Annal. lib.* I. *in Vita Alexii Angeli.* ARNOLDVS LVBEC. *lib.* V. *cap.* II. V.

(q) OTTO DE S. BLASIO *cap.* XLV. *Geſta* INNOCENTII III. *num.* XX. IOHANNES VITO DVRANVS *Chron. pag.* 5. ALBERICVS *pag.* 412. GODEFRIDVS COLON. *ad ann.* cIↃCXCVII. CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* cIↃCXCVIII. *pag.* 233. ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS MOGVNTINVS *pag.* 574. *ad h. a.* Contra fidem excommunicationem Henrici commemorat ROGERIVS HOVEDENVS *ad ann.* cIↃCXCVII. & *Chronicon* FOSSÆ NOVÆ *apud Baronium ad h. a. num.* IV.

Digitized by Google

*STANTIA* matre moratus eſt; donec a Papa & principibus Germaniæ excitatus, ſumeret imperatoris nomen, & contra Ottonem imperatorem in Germaniam moueret. (*r*)

## *CAPVT V.*

# RES PHILIPPI SVEVI, ET OTTONIS, SAXONIS, IMPERATORVM.

I.

Ab obitu Henrici nouæ continuo turbæ Germaniæ debilitarunt maieſtatem, nouamque dederunt, & Papæ in Italia, & Principibus noſtris, copiam & facultatem agendi, quicquid e re ſua videretur: Diſcordarunt inter ſe electuri principes: parte potentiore & maiore pro *FRIDERICO* infante *Philippum*, eius Patruum, defenſorem tutoremque im-

*Diſcordia electorum.*

(r) FRIDERICVS II. *in Epiſtola ad R. Ludonicum uniuerſosque regni Franciæ Barones de ann.* cIɔCCXLV. *Geſta* INNOCENTII III. *num.* XXIII.

imperii ſtatuente; parte altera, a Papa concitata, contra Fridericum & Philippum eligente *Ottonem*, Henrici Leonis filium. Ottonem Colonienſis Aquisgrani, Philippum Tarentinus Archiepiſcopus Moguntiæ, coronauit. Huic Galli Germanique plurimi; illi Papa, Angli, Itali, Saxones, & quot alii principes ſtuduerunt. (*s*) Inde ingens conflatum ciuile bellum, quod multos annos ma-

An. cIɔC-XCVII.

An. cIɔC-XCVIII.



(s) OTTO DE S. BLASIO *cap.* XLV. XLVI. ARNOLDVS LVBEC. *lib.* VI. *Chr. Sclau. cap.* I. II. *Epiſtola vtriuſque principum partis ad Innocentium Papam apud* BARONIVM *ad ann.* cIɔC-XCVIII. *num.* LVII. LX. ROGERIVS HOVEDENVS *Ann. Angl. P.* II. *in Vita Richardi* I. *ad ann.* cIɔCXCVIII. *& in Vita Iohannis Regis ad ann.* XCIX. *pag.* 775. 776. 795. CONRADVS DE FABARIA *de Caſibus S. Galli cap.* VII. CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 233. 234. *ad ann.* cIɔCXCVIII. GODEFRIDVS COLON. ROBERTVS DE MONTE, ALBERTVS STADENSIS, *Chronicon* MONTIS SERENI, *Chron.* AVGVSTANVM, *Chron.* BIGAVGIENSE, *ad h. a.* ALBERICVS *ad ann.* XCVII. XCVIII. *Chronicon magnum* BELGICVM *pag.* 207. 210. *Chronicon* HALBERSTADIENSE *pag.* 140.

Digitized by Google

maximas toti Germaniæ calamitates attulit.

*Philippi & Ottonis ingenium.* II. PHILIPPVS, potentiſſimus princeps, Franconiæ, Sueuiæ, Tuſciæ, dominus; animo fuit forti, ſagaci, iuſto, liberali, benigno, litterisque non parum eruditus. (*t*) OTTO multum fuit potentia inferior, non animo & virtutibus. Sed ſagaciora conſilia hunc ſæpe deſtituerunt, iuſtitiæ & fortitudini nimium tribuentem. (*v*) Contra Phi-

(t) OTTO DE S. BLASIO *cap.* XLIV. ARNOLDVS LVBEC. *lib.* VI. *cap.* II. *lib.* VII. *cap.* XIV. CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* cIↃCXCV. *pag.* 232. & 237. *Chronicon* AVGVSTANVM *ad ann.* cIↃCXCVII. *Chronicon Magnum* BELGICVM. *pag.* 211.

(v) OTTO DE S. BLASIO *cap.* XLVIII. ARNOLDVS LVB. *lib.* II. *Chron. cap.* II. *lib.* VI. *cap.* II. *Num.* IV. *lib.* VII. *cap.* XVII. Iniquisſime de eo iudicat CONRADVS VRSPERG. *pag.* 235. Otto Anglica pecunia contra Philippum, cui Galli fauerunt, adiutus. ARNOLDVS LVBEC. *lib.* VI. *cap.* I. *lib.* VII. *cap.* XVII. MATHÆVS PARISIENSIS *ad ann.* cIↃCCIX. *pag.* 191. ROBERTVS DE MONTE *ad ann.* cIↃCXCVIII. cIↃCCVII.

Digitized by Google

Philippum nil æque iuuit, ac egregia moderatioris animi, qua excelluit, ſagacitas. (*x*)

III. Huius iſte virtutis non ſimplicia documenta dedit. Vrbes ad Rhenum ſitas beneuolentia ſibi conciliauit. Ottonem easdem vindicaturum fortiter profligauit. *Primislaum* Bohœmiæ Ducem, Regem dixit, eiusque ſtudiis non parum adiutus eſt. Multos alios principes callide abſtraxit ab alienis partibus, ſibique adiunxit. (*y*) Inde, poſtquam fruſtra a *Conrado* Moguntino, qui ex peregrinatione redierat, pax tentata eſſet; duxit in Ottonis ditiones, easque vaſtauit, bel- *Philippi fortuna.* An. cIↄC. XCIX.

 lum

(x) CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 235. 237. OTTO DE S. BLASIO *loc. cit.*

(y) OTTO DE S. BLASIO *cap.* XLVI. CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 233. 235. ARNOLDVS LVBEC. *lib.* VI. *cap.* II. ÆNEAS SYLVIVS *Hiſt. Bob. cap.* XXVI. GODEFRIDVS COLON. *Fragmentum* VRSTISIANVM *ad ann.* cIↄCXCVIII, ALBERICVS *ad ann.* cIↄCXCVII. *Chronicon* AVGVSTENSE *ad ann.* cIↄCCV. Coronationem Bohœmi reprehendit Papa INNOCENTIVS *in Epiſtola* XLIV.

lum hoc pacto, quod ſperabat, facile confecturus. (*z*)

*Bellum varium.*

IV. Ceſſit vero improſpere, quod Primislaum, nuper regem dictum, quod improbe vxorem repudiaſſet, exauctorare conatus eſt. Hic enim Ottonis partibus acceſſit, iterumque ab eo rex creatus, plurimum vi ſua bellum ſuſtentauit. Ita male rem Philippus in Thuringia geſſit, nec vltra vna alteraque æſtate in Saxonia, quod eo transtulerat, proſequi bellum potuit. (*a*)

An. cIↃCC.

cIↃCCII. III.

V.

(z) GODEFRIDVS COLON. *ad ann.* cIↃCXCIX. OTTO *in Epiſt.* XX. *ad Innocentium.* ARNOLDVS LVB. *lib.* VI. *cap.* II. CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 235. Bellum generatim deſcribunt ROGERIVS DE HOVEDEN *Ann. Angl. P.* II. *in Vita Richardi & Iohannis Regum pag.* 790. 795. *ſequ.* ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* cIↃCXCIX. cIↃCCI. ROBERTVS DE MONTE *ad ann.* cIↃCCV. VI. *Chronicon Magnum* BELGICVM *pag.* 211.

(a) ARNOLDVS LVBEC. *lib.* VI. *cap.* V. CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 235. GODEFRIDVS COLON. *ad ann.* cIↃCCII. III. ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* cIↃCCIII.

Digitized by Google

V. Rurſus paulo deinde callida conſilia priſtinam fortunam Philippo reddiderunt. Tractus eſt in partes *HENRICVS*, Comes Palatinus ad Rhenum, Ottonis frater. *WILHELMVS*, Iuliacenſis comes, & ipſe demum *ADOLPHVS*, Colonienſis, easdem partes ſuſcipiunt. Semel & iterum fugatur Otto. *HERMANNVS*, Landgrafius Thuringiæ, vincitur & in gratiam accipitur. *PRIMISLAVS*, quod admodum Ottoni faueret per ludibrium *Ottogarus* adpellatus, expellitur ex Boiohœmo. Philippus omnino cum coniuge Aquisgrani ab Adolpho Colonienſi coronatur. (*b*)

*Philippus rerum egregie potitur.*

An. cIↃCCIV.

VI.

(b) ARNOLDVS LVBEC. *lib.* VI. *cap.* V. VI. VIII. *lib.* VII. *cap.* I. V. CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 235. 236. INNOCENTIVS *Papa Epiſt.* C. CXVI. CXVII. CXXI. *ad Adolphum Colon. & Henricum Palatinum.* GODEFRIDVS COLON *ad ann.* cIↃCCIV. *Fragmentum* VRSTISIANVM *ad ann.* cIↃCCI. ALBERTVS STADENSIS, *Contin.* LAMBERTI SCHAFFN. *ad ann.* cIↃCCIV. *Chronicon* MONTIS SERENI *ad ann.* cIↃCCV. *Chronicon* MONTIS SERENI *ad ann.*

An. cIↃCCV. VI. VI. Rem quidem Papa tulit iniquiſſime, & exauctorato Adolpho *Brunonem* Colonienſi ſedi præficit. Verum non curata Papæ voluntate, ſuas res agere ſatius Germaniæ principes duxerunt, crebrique ſe fidei Philippi dediderunt. (*c*) Quod demum ruere res Ottonis Papa cerneret, & ipſe partibus Philippi acceſſit, eumque recepit ad ſacra, quibus ei dudum interdixerat: ſua commoda, quæ ſperauit, omnibus Ottoni datis promiſſis longe nunc anteferens. (*d*)

*Papa accedit Philippo.*

VII.

cIↃCCV. *Chronicon Magnum* BELGICVM *pag.* 207. 208. Cur Primislaus Ottogarus dictus? vid. DVBRAVIVS *Hiſt. Bob. lib.* XV. *pag.* 391.

(c) ARNOLDVS LVBEC. *lib.* VII. *cap.* I. III. V. VII. GODEFRIDVS COLON. *ad ann.* cIↃCCV. VI. ALBERICVS, ALBERTVS STADENSIS, ROBERTVS DE MONTE, *ad ann.* cIↃCCVI. *Fragmentum* VRSTISIANVM *ad ann.* cIↃCCI. CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 236.

(d) OTTO DE S. BLASIO *cap.* XLVIII. ARNOLDVS LVBEC. *lib.* VII. *cap.* VI. CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 236. 237. ALBERICVS *ad ann.*

Digitized by Google

VII. Iam belli onus omne incubuit Ottoni. Perſuaſum ipſi, vt communis boni ergo cederet dignitate Philippo, eiusque obitum præſtolaretur. Coloniæ etiam ipſe Philippus optimas ei conditiones fertur obtuliſſe. Verum, nulla ſancita pace, vix breues induciæ datæ ſunt. Otto *Waldemari*, Danorum regis, auxilia impetrat, & reparatis paulo viribus, integrum bellum reſumit. (*e*) *Otto ægre bellum oſtentat.* *Induciæ.*

VIII. Bambergæ tum Philippus moratus eſt, contraxitque copias, quibus continuo poſt finitas inducias Ottonem peteret, eique admodum nuper fracto vsque in exitium inſiſteret. Hac vero vice nouas Germaniæ calamitates anteuertit cædes Philippi; quam nequiſſime commiſit *Otto*, Palatinus Wittelsbacenſis, An. cIↃCC-VIII. *Philippus cæditur.*

cIↃCCVIII. GODEFRIDVS COLON. ALBERTVS STADENSIS, *ad ann.* cIↃCCVII. *Chronicon Magnum* BELGICVM *pag.* 211.

(e) OTTO DE S. BLASIO *cap.* XLVIII. ARNOLDVS LVBEC. *lib.* VII. *cap.* XIV. CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 237.

Digitized by Google

bacenſis, vlturus hoc facinore ſuas, quas conquerebatur, priuatas iniurias. (*f*) Ita exſtincto Philippo bellum exſtinctum, & adflictæ Germaniæ gratiſſima pax, vix tamen diuturna reddita.

*Otto ab omnibus rex confirmatur*

IX. Ne nouæ turbæ naſcerentur, omnes principes in Halberſtadienſibus & Francofurtanis comitiis *OTTONEM* elegerunt regem: & publice plenam pacem, omniumque, quæ acta erant, obliuionem, edixerunt. Sancitum iterum, ne quis, niſi libere electus, conetur adfectare Ger-

(f) OTTO DE S. BLASIO *cap.* L. *Chronicon Magnum* BELGICVM *pag.* 211. CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 237. ARNOLDVS LVBEC *lib.* VII. *cap.* XIV. INNOCENTIVS *Papa Epiſt.* CLII. CLIV. CONRADVS DE FABARIA *de Caſibus Monaſterii S. Galli cap. VII. pag.* 76. GODEFRIDVS COLON. *Fragmentum* VRSTISIANVM, *Chronicon* MONTIS SERENI, *Chron.* AVSTRALE, *Chron.* ELWANGENSE, ALBERTVS STADENSIS, ALBERICVS, *ad an.* cIↄCCVIII. CONRADVS MOGVNTINVS *ad h. a. pag.* 574. *Chronicon* AVGVSTANVM *ad ann.* cIↄCCVII.

Germaniæ imperium. Accuſatus item Otto, ille Philippi parricida, à *Beatrice*, huius filia; & iudicio principum, atrox facinus exſecrantium, Bauarica lege proſcriptus, pauloque poſtea cæſus eſt. (*g*)

*Pax Germ. reſtituta.*

An. cIↄCCIX.

X. Noribergæ in comitiis iterum Otto Palatinatus damnatus, & aliquot fractæ pacis rei extremis ſuppliciis affecti. (*h*) Hagenoæ indicta in

(g) Pax Germaniæ. ARNOLDVS LVBEC *lib.* VII. *Chron. Sclau. cap.* XVII. *Fragmentum* VRSTISIANVM *ad ann.* cIↄCCXI. Halberſtadienſis & Francofurtana curia. OTTO DE S. BLASIO *cap.* L. ARNOLDVS LVBEC *lib.* VII. *cap.* XV. XVI. CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 238. IOHANNES VITO DVRANVS *Chron. pag.* 5. *Chronicon Magnum* BELGICVM *pag.* 218. CONRADVS DE FABARIA *de Caſibus S. Galli cap.* VIII. *pag.* 77. GODEFRIDVS COLONIENSIS, ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS MOGVNTINVS, *Chronicon* MONTIS SERENI, *ad ann.* cIↄCCVIII. *Chronicon* AVSTRALE, *Chron.* AVGVSTANVM, *Chron.* ELWANGENSE, *ad ann.* cIↄCCIX.

(h) OTTO DE S. BLASIO *cap.* L. ARNOLDVS LVBEC. *lib.* VII. *cap.* XVI.

Digitized by Google

in Italiam expeditio, & Herbipoli auditi Italiæ ciuitatum & principum legati: adhæc decretæ nuptiæ cum Philippi filia Beatrice, ab imperatore propediem celebrandæ. Inde Germaniæ diſpoſitis rebus ex Augustana curia protinus ductum in Italiam. (*i*)

*Expeditio Italica.*

XI. In ea a Veronenſibus, Bononienſibus, & Mediolanenſibus, honorifice exceptus, continuo imperii iura vbique vindicauit. Sed Romam profectus optima quæuis, præſertim Mathildis terras, imperator Papæ promiſiſſe fertur, & his conditionibus ab eo imperatoriæ dignitati inauguratus eſſe. (*k*) Dum au-

(i) OTTO DE S. BLASIO *cap.* LI. LII. ARNOLDVS LVBEC. *lib.* VII. *cap.* XIX. XX. GODEFRIDVS COL. *ad ann.* cIↃCCIX.

(k) OTTO DE S. BLASIO *cap.* LII. ARNOLDVS LVBEC. *lib.* VII. *cap.* XX. XXI. CONRADVS VRSPERG. *pag.* 239. GODEFRIDVS, ALBERICVS, ALBERTVS, ROBERTVS DE MONTE, *Chronicon* MONTIS SERENI, *Chron.* BIGAVGIENSE, *ad ann.* cIↃCCIX. *Fragmentum* VRSTISIA-

autem, admonitus a iureconſultis, iniquis ſtare pactis nefas iudicaret, & in Tuſciam redux de ipſius Papæ varia imperii iurium vſurpatione inquireret; vehementium offenſionum hæc facta cauſas dederunt. (*l*)

*Coronatio Rom.*

An. cIↃCCX.

*Papa inſurgit Ottoni fortiter omnia tentanti.*

XII. Periurii Papa Cæſarem inſimulare; non deſerturo imperii iura ſacris interdicere: omnes deinceps dolos modosque ſumere, vt euerteretur imperator. Contra hic au-

Mm

NVM *ad h. a. pag.* 87. 88. *Chronicon Magnum* BELGICVM *pag.* 218. *Chronicon* AVSTRALE *ad ann.* cIↃCCX. XI. *Regiſtrum* INNOCENTII III. IOHANNES VITO DVRANVS *pag.* 5. CONRADVS MOGVNTINVS *p.* 574. *Monachus* PADVANVS *Chron. lib I. ad an.* cIↃCCIX. *pag.* 582. CONRADVS DE FABARIA *de Caſibus S. Galli cap. VIII. pag.* 77.

(l) OTTO DE S. BLASIO *cap. LII.* GODEFRIDVS COLON. *ad ann.* cIↃCCIX. *X. Fragmentum* VRSTISIANVM, ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* cIↃCCX. CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 239. *Chronicon* MONTIS SERENI *ad ann.* cIↃCCXI. MATHÆVS PARISIENSIS *ad ann. X. XI.* CONRADVS DE FABARIA *cap. VIII. pag.* 77.

Digitized by Google

audentior omnes male partas prouincias armis occupauit: ius ſacrorum, quod ex manibus imperatorum diu Papæ extorſerant, reſumere, & prorſus nouum Romani Pontificatus ſtatum meditari, cœpit. Extremum etiam in Apuliam inuaſit, eam redditurus imperio, a cuius clientela male abſtractam cauſabatur. (*m*)

An. cIↃCCXI.

*Dolis Papæ Otto euerti incipit.*

XIII. Verum non malos conatus Ottonis fortuna demum & Germaniæ principum, præſertim Epiſcoporum, animus deſtituit. Excitauit

(m) MATHÆVS PARISIENSIS, *Chronicon* MONTIS SERENI, *Chron.* BIGAVGIENSE, *Chron.* AVSTRALE, *Chron.* CALMARIENSE *pag.* 5. *ad ann.* cIↃCCXI. GODEFRIDVS COLON. ALBERTVS STADENSIS, *ad ann.* cIↃCCX. XI. ALBERICVS, *Fragmentum* VRSTISIANVM. *ad ann.* cIↃCCX. CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 239. *Monachus* PADVANVS *Chron. lib. I. ad ann.* cIↃCCIX. *pag.* 582. CONRADVS MOGVNTINVS *ad h. a. pag.* 574. IOHANNES VITO DVRANVS, CONRADVS DE FABARIA, *loc. cit.* Ius ſacrorum ab Ottone repetitum teſtatur MARSILIVS FICINVS *defens. Pacis P. II. cap. XXV. pag.* 278.

Digitized by Google

tauit Papa *Philippum*, Galliæ Regem, & aliquot Germaniæ principes, in eius exitium. Moguntinus aliique Epiſcopi ſacris eum excludunt. Iidem cum Boiohœmo, Thuringo, & paucis aliis, Bambergæ, Ottone exauctorato, eligunt *FRIDERICVM*, Henrici filium, dudum deſignatum regem. Quem nunc & Galliæ rex, & cum Papa Bohœmus, euocatum ex Sicilia contra Ottonem armant, & in eius perniciem immittunt. (*n*) *Electio Friderici II.*

XIV. Nouæ rei nuncio accepto, Otto in Germaniam reuerſus, Noribergæ cogit comitia, & magno animo ſeditiones, & ſententiis, & armis, parat opprimere. Dum vero bellis petuntur infeſti principes, (*o*) ad- An. cIↃCCXII. *Comitia Norica.*

Mm 2

(n) CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* cIↃCCX. *pag* 239. *Fragmentum* VRSTISIANVM, GODEFRIDVS COLON. ALBERICVS *ad ann.* cIↃCCXI. ALBERTVS STADENSIS, *Chronicon* ELWANGENSE, *Chron.* BIGAVGIENSE, *ad ann.* cIↃCCXII. *Monachus* PADVANVS *ad ann. XI. pag.* 582. CONRADVS DE FABARIA *loc. cit.*

(o) CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* cIↃCCXII. *pag.* 243. GODEFRI-

cIↄCC-XIII. *Friderici coronatio.* aduentat Fridericus, & primum Moguntiæ, deinde etiam Aquisgrani, coronatur. Ceſſit Otto potentiæ eius, (*p*) & Germaniæ continendis rebus non vltra par alienis ſe imprudenter immiſcet.

*Ottonis infelix bellum cum Gallis.* An. cIↄCC-XIV. XV. Bellarunt tunc cum Anglis Galli. Hos magno odio Otto proſequutus, cum illis arma iungit; & grauiſſima clade apud Bouinum Pontem proſternitur. (*q*) Qua noua

DVS COLON. *Fragmentum* VRSTISIANVM, *ad h. a.*

(p) CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* cIↄCCXII. *pag.* 243. ALBERICVS *ad h. a. pag.* 465. 466. *ad ann.* cIↄCCXV. *pag.* 486. 487. FRAGMENTVM VRSTISIANVM *ad ann.* cIↄCCXII. XIII. *pag.* 89. *Annales* COLMARIENSES *ad ann.* XIV. GODEFRIDVS COLON. *ad ann.* XII. XV. *Chronicon* MONTIS SERENI *ad h. a. Chronicon* AVGVSTANVM *ad ann. XIII.*

(q) *Monachus* PADVANVS *Chron. lib. I. ad ann.* cIↄCCX. *pag.* 582. MATHÆVS PARISIENSIS, ALBERICVS, ALBERTVS STADENSIS, *Chronicon* MONTIS SERENI, CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 243. GODEFRIDVS COLON. *ad ann.* cIↄCCXIV. *Hiſtoria de Guelfis pag.* 805. Conf. ARNOLDVS LVBEC. *lib. VII. cap. XVII.*

Digitized by Google

noua fractus calamitate, cum a plurimis principibus deſereretur, deſperato prorſus imperio, conceſſit Brunſuicum, priuatamque vitam egit. Poſt quartum annum priuatus ibi obiit, & Friderico aduerſario, nunc plene functuro imperio, huius inſignia adhuc ſeruata, teſtandæ extremæ voluntatis cauſa, tradi curauit. (*r*) *Otto priuatus agit.* cIↃCCXIIX.

XVI. Otto ex *MARIA*, Brabantica, & *BEATRICE*, Sueua, nullos liberos genuit. (*s*) Philippi coniux *IRENE*, *Iſaaci Angeli*, Græci Imperatoris, filia fuit; deſponſata antea *Rogerio*, Tancredi filio: Filias habuit quatuor, quarum vnam du- *Ottonis & Philippi coniugia & liberi.*



(*r*) GODEFRIDVS COLON. ALBERICVS, ALBERTVS STADENSIS, CONRADVS VRSPERGENSIS, *pag.* 245. *Chron.* BRVNSVICENSE *ad ann.* cIↃCCXIIX. *Chronicon* AVGVSTANVM *ad ann. XIX. Chronic. Magnum* BELGICVM *pag.* 221. *Fragmentum* VRSTISIANVM, *Annales* COLMARIENSES, *ad ann. XVI.*

(*s*) CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 235. *Hiſtoria de Guelfis pag.* 805. GODEFRIDVS COLON. ALBERTVS STADENSIS, *ad ann.* cIↃCXCIX. cIↃCCXII.

duxit Rex Caſtiliæ, *Ferdinandus III*; alteram Rex Bohœmiæ, *Wenceslaus*; tertiam *Otto*, Imperator; & quartam Dux Brabantiæ. (*t*)

## *CAPVT VI.*

# RES FRIDERICI II. IMPERATORIS.

I.

*Friderici II. Ingenium.*

FRIDERICVS, Henrici VI. filius, princeps fuit *Henrici IV.* ſiue animum, ſiue fata ſpectaueris, perſimilis; cupidiſſimus gloriæ, prudens, fortis, benignus, ſed paulo nimis deditus voluptatibus, nec raro peccans inconſiderantia. (*v*) Fortuna

(t) OTTO DE S. BLASIO *cap. XLI. Fragmentum* VRSTISIANVM *ad ann.* cIↃCCVIII. CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 232. *ad ann.* cIↃCXCV. *& pag.* 236. 237. *Chronicon* AVSTRALE *ad ann.* cIↃCCXVII.

(v) Natales Friderici II. OTTO DE S. BLASIO *cap. XLV.* ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* cIↃCXCV. cIↃCCXX. Solenne puerperium memorat THOMAS FAZELLVS *Rer. Sical. Dec. Poſter lib. VIII. cap. I.* In-

tuna quidem, quam Henricus, vſus eſt magis ſecunda. Non defuerunt tamen imperante ipſo quam plurimæ turbæ, & reddentes ſummos Romæ Pontifices audentiores, & noſtros Germaniæ principes potentiores.

II. Primum electus eſt, antequam tertium in Italiam intraret pater. (*x*) Eo fatis functo cura *Innocentii* Papæ educatus ſatis præclare; ceterum in Germania iterum rex deſignatus eſt; vt vero pro eo, adhuc minore annis, patruus Philippus gubernaret imperium. (*y*) Quo cæſo quietis *Variæ eius electiones.*



genium. PETRVS DE VINEIS *lib. I. cap. XLIV. lib. III. cap. LXVII.* SIFFRIDVS PRESBYTER *Epit. lib. II. ad ann.* cIↄCCIX *pag.* 694 ÆNEAS SYLVIVS *Hiſt. Frid. III. pag.* 28.

(x) OTTO DE S. BLASIO *ad ann.* cIↄCXCV. *cap. XLIII. XLV.* GODEFRIDVS COLON. *ad ann. XCVI.* CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* XCVII. *pag.* 233.

(y) OTTO DE S. BLASIO *ad ann.* cIↄCXCVIII. *cap. XLVI.* Educatus a Papa. *Epiſtola* FRIDERICI II. *ad Principes Alemanniæ apud* CONRADVM VRSPERG. *pag.* 247.

ergo Ottoni relictum imperium: ſed mox poſtliminio reſtitutum Friderico, cui illud ex pactis dudum erat debitum. (z)

*Aurea Bulla.* An. cIↄCC-XIII. III. Eodem, quo Moguntiæ prima vice coronatus eſt, anno *Auream Bullam*, quam vocant, vt gratum animum teſtaretur, Innocentio Papæ tradidit; plurimisque acceſſionibus Paparum potentiam, quæ iam ſatis formidabilis euaſerat, inconſiderate adauxit. (a) cIↄCC-XX. In Francofurtanis comitiis non minus imprudenter *Epiſcoporum Germ. priuilegia.* Epiſcoporum Germaniæ ampliauit poteſtatem, plurimaque conceſſit eis, quibus reliqui principes

(z) CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 238. 239. Moguntiæ regno inauguratus eſt. GODEFRIDVS MON. *ad ann.* cIↄCCXII. SERRARIVS *in Mogunt. Hiſt. ex antiquo MS. ad h. a. pag.* 833.

(a) *AVREA BVLLA data Egræ An.* cIↄCCXIII. *per manus* BERTHOLDI DE NIFE, *Regalis Aulæ Protonotarii;* exhibetur a GOLDASTO *Conſtit. Imper. Tom. I. pag.* 289. Reuocata ex parte in *Apologia contra Gregorium IX. apud* GOLDASTVM *Tom. II. pag.* 79.

Digitized by Google

pes inuiderent. (*b*) Ibidem, poſtquam poſt Ottonis mortem Goslariæ imperii inſignia ab *Henrico*, Palatino Comite, accepiſſet, filium *HENRICVM* regem a principibus, quos varia beneuolentia ſibi conciliauerat, eligi curauit: indeque diſpoſitis Germaniæ rebus prima vice in Italiam duxit. (*c*) *Electio Henrici filii.*

Mm 5 IV.

(b) Poſt Aquisgranenſem coronationem Coloniæ pax publica ſancita. GODEFRIDVS COLON. *ad ann.* cIↃCCXV. Priuilegia noua. GELENIVS *in Vita Engelberti apud* SCHATENIVM *Ann. Paderborn. lib. X. pag.* 988. Liberalitas Frid. II. erga clerum. IOHANNES VITO DVRANVS *Chron. pag.* 8. LVPOLDVS DE BABENBERG *de Zelo veterum Princ. Germ. cap. II. pag.* 214. Francofurtanus Conuentus. *Chronicon Magnum* BELGICVM *pag.* 221.

(c) Proſcriptus Henricus C. P. R. NICOLAVS BVRGVNDVS *Hiſt. Ludouici Bau. lib. I. pag.* 4. reddit inſignia in Goslarienſi curia. ALBERTVS STADENSIS, *Chronicon* AVGVSTANVM, *ad ann.* cIↃCCXIX. Francofurtana Comitia & deſignatio Henrici F. GODEFRIDVS COLON. ALBERTVS STAD. LEVOLDVS DE NORTHOF, *Chron. Marcan. ad ann.* cIↃCCXX. Coronatio Henrici F. CON-

*Expeditio Ital. I.*

An. cIɔCC-XXI.

IV. Romæ ab *Honorio*, cui rurſus multa magnaque largitur, Imperatoriæ dignitati inauguratus, (*d*) exercitum in Apuliam ire iuſſit, & cum Saracenos deuicit, tum rebelles oppreſſit, & ſeuere puniuit. Ex his Epiſcopi aliquot, cum *Richardo* & *Tho-*

RADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* cIɔCCXXI. *pag.* 245. *Magnum Chronicon* BELGICVM, *pag.* 227. *ad ann.* XXII. GODEFRIDVS COLON. LEVOLDVS DE NORTHOF, *ad h. a. Fragmentum* VRSTISIANVM *pag.* 89. *ad ann. XXVII.*

(d) CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* cIɔCCXX. *pag.* 245. GODEFRIDVS COLON. ALBERICVS, ALBERTVS STADENSIS, *Chron.* AVGVSTENSE, *Chron.* MONTIS SERENI, *Chron.* AVSTRALE, *ad h. a.* LEVOLDVS DE NORTHOF, *Chron.* ELWANGENSE, *Monachus* PADVANVS *pag.* 584. *ad h. a. Fragmentum* VRSTISIANVM, *Annales* COLMARIENSES, *ad ann.* cIɔCCXIX. CÆSARIVS HEISTERBACENSIS *in Vita Engelberti Colon. cap. V.* MARTINVS POLONVS *in Vita Frid. II. pag.* 376. CONRADVS MOGVNTINVS *pag.* 574. IOHANNES VITODVRANVS *Chron. pag.* 5. *Chronic. Magnum* BELGICVM *pag.* 221. Nouum edictum de Libert. Eccles. Papæ conceſſum exhibet GOLDASTVS *Conſtit. Imper. Tom. I. pag.* 376. *Tom. II. pag.* 95.

Digitized by Google

*Thoma*, Innocentii Papæ agnatis, modo ob nouas res tentatas pulſis, Romam profugi, Papæ auxilia implorarunt. Expoſtulare hic acerbe cum Cæſare; contra hic queri fraudes & iniurias, & animoſe multa iura Papæ ceſſa repetere. Vnde prima nata Papæ in Fridericum odia. (*e*)

V. Metuens iſte Germaniæ principum animos inconſtantes, in Germaniam reuolat, & republica commode diſpoſita, Colonienſi & Bauaro vicarium imperium credit, Filioque Henrico Aquisgrani coronato, recurrit in ditiones ſuas. (*f*) An. cIↃCC. XXII.

VI. In his, nihil Papæ moratus minas, fortiter bella gerit, & iniurias *Expeditio Ital. II.*

( e ) *Monachus* PADVANVS *Chron. lib. I. ad ann.* cIↃCCXX. *pag.* 584. CONRADVS VRSPERG. *pag.* 245. COLLENVTIVS *Hiſt. Neap. lib. IV. pag.* 149.

( f ) CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* cIↃCCXXI. GODEFRIDVS, *Chron. Magnum* BELGICVM, *ad ann.* cIↃCCXXII. Prouiſor Imperii Engelbertus Colon. CÆSARIVS HEISTERBACENSIS *in eius vita cap.* V.

Digitized by Google

An. cIↄCC-XXIII. *Fridericus ab Honorio proſcribitur.* rias crebras vlciſcitur. Dum vero Nuceriam Saracenis tradit, vt eam incolerent; dumque ſacram, quam in ſe receperat, expeditionem differt; prima nunc vice ab Honorio proſcribitur. (*g*) Re parum curata, interueniente *Iohanne*, Hieroſolymarum rege, pax imperatori his conditionibus redditur; vt *IOLANTHAM*, Iohannis filiam, duceret, & protinus in Palæſtinam, ruentibus Chriſtianorum rebus opportune ſubuenturus, moueret. (*h*) An. cIↄCC-XXIV. *Pax prima.*

*Res Germaniæ ab Henrico curatæ.* VII. Inter ea in variis comitiis in Germania publicæ cauſæ, præſente Henrico rege, tractantur. *Waldemarus* Daniæ rex, nuper captus, Northuſæ, & Bardeuici pactis interpoſitis, liberatur, & in nouam clien-

(g) *Monachus* PADVANVS *ad ann.* cIↄCCXX. *pag.* 584. CONRADVS VRSPERG. *ad ann.* XXI. *pag.* 245. Excommunicationem primam teſtatur *Chron. Magnum* BELGICVM *ex Bernardo ad ann.* cIↄCCXXII. *pag.* 221.

(h) *Monachus* PADVANVS *ad ann.* cIↄCCXXIV. *pag.* 585. ALBERICVS *ad h. a.* GODEFRIDVS COLON. *ad ann.* XXIII.

Digitized by Google

clientelam accipitur. Cæſo *Engelberto*, Colonienſi, a ſolo *Ludouico*, Boioariæ Duce, in Imperatoris vicem imperii rebus proſpicitur. (*i*) Ille quidem Cremonam Germaniæ Principes ad comitia euocat: ſed hos turbatæ in Inſubria res ab aduentu prohibuerunt. (*k*) cIↃCC-XXV. cIↃCC-XXVI.

VIII. Nouus Romæ Papa *Gregorius IX.* acrius imperatorem continuo vexare cœpit. Vehementer eum **Noua lites. An. cIↃCC-XXVII.**

(i) GODEFRIDVS COLON. ALBERTVS STAD. *ad ann.* cIↃCCXXIII. XXIV. *Chronicon* MONTIS SERENI, *Chron.* SCLAVICVM LINDENBROGII, *ad ann. XXIII.* Cædes Engelberti. ALBERTVS STADENSIS, GODEFRIDVS COLON. ALBERICVS, *Chron.* AVGVSTANVM, *ad ann.* cIↃCCXXV. *Chronicon Magnum* BELGICVM *pag.* 226. Ludovicus Bau. Imperii curator. CONRADVS VRSPERG. *ad ann.* cIↃCCXXV. *pag.* 247. CONRADVS DE FABARIA *de Caſibus S. Galli cap. XII.*

(k) GODEFRIDVS COLON. CONRADVS VRSPERG. *pag.* 247. *Chronicon* AVGVSTANVM, *Chron.* AVSTRALE, *ad an.* cIↃCCXXVI. Turbata Lombardia. *Monachus* PADVANVS *ad h. a. pag.* 585.

Digitized by Google

eum vrſit, vt in Palæſtinam, quod dudum promiſerat, moueret. Nauigantem cum *Ludouico* Thuringo, ſed crebris tempeſtatibus & morbis reuerti, & Otrantum adpellere, coactum, nulla accepta excuſatione, omnibus deuouit diris. (*l*) Pace nec quicquam tentata, placaturus Papæ iram imperator nouo anno rurſus nauigauit; & proſperrime, non modo peruenit cum exercitu in Syriam, ſed & occupauit Palæſtinam & Hieroſolymas, harumque Rex ſolenni ritu coronatus eſt. (*m*) Ve-

*Frid. proſcribitur a Gregorio.*

An. cIↃCC-XXVIII.

cIↃCC-XXIX.

(l) GODEFRIDVS COL. MATHÆVS PARIS. MONACHVS PAD. *Chron.* AVGVSTENSE, *ad ann.* cIↃCCXXVII. ALBERICVS, ALBERTVS STAD. *ad ann. XXVIII. Epiſtola* FRIDERICI IMP. *ad Germanos apud* CONRADVM VRSPERG. *pag.* 247.

(m) CONRADVS VRSPERG. *pag.* 248. *ad ann.* cIↃCCXXVIII. MATHÆVS PARIS. GODEFRIDVS, *Chron.* AVGVSTANVM, *Chron.* AVSTRALE, *ad h. a.* ALBERTVS STAD. *ad h. a. & ann. XXIX.* ALBERICVS *ad ann. XXIX. Epiſtola* FRIDERICI *Imp. ad Princ. Germ. apud Ill.* LEIBNITIVM *in Mant. T. II. Cod. Diplom. iuris Gent. num. XLV. pag.* 245. 246.

Digitized by Google

Verum quid Papa? Perditiſſimus iſte hominum omnia Cæſaris acta turpiter criminatur; in Apuliam Iohannem, ſocerum imperatoris, immittit, eamque occupat; Italos concitat ad rebellionem; Germanos, miſſis qui obitum imperatoris nunciarent, ad nouam electionem præſertim & equites in Palæſtina, & ipſos demum Saracenos, contra eum armat, & in exitium eius nequiſſime impellit. (*n*) Tum improbas Papæ artes aperta vi vlturus Fridericus in Siciliam renauigauit; Apuliam recuperauit, Papæ ditiones igni ferroque vaſtauit, eoque Papam compulit, vt ipſe pacem optaret. (*o*) Hæc ſancita eſt *Leopoldi*, An. cIↃCC-XXX. *Altera pax.*

(n) *Monachus* PADVANVS *ad ann.* cIↃCCXXVII. GODEFRIDVS COL. *ad ann.* XXVIII. MATHÆVS PARIS. ALBERTVS STAD. *ad ann.* *XXIX.* FRIDERICVS *apud* PETRVM DE VINEIS *lib. I. Ep. XXI.* Deplorat Papæ tyrannidem, & *indicium* vocat, *& quoddam portentum & prodigium ruentis Eccleſiæ*, CONRADVS VRSPERGENSIS *ad ann.* *XXIIX.* *XXIX.* *pag.* 248.

(o) CONRADVS VRSPERG. *ad ann.*

*poldi*, Auſtriaci Ducis, & *Hermanni*, Teutonici Ordinis Magiſtri, ſtudio. Imperator tamen non admiſſus eſt ad ſacrorum communionem, donec maximo pretio auarum placaret ſacerdotem. (*p*)

*Breuis mora in Germ.* An. cIↃCCXXXI. *Expeditio Ital. III.* cIↃCCXXXII. III.

IX. Reuerſus in Germaniam, quod Henricus filius nouas res moliri diceretur, facile omnes motus compreſſit; & denuo in Italiam, Longobardicum Siculumque bellum, nam plures ciuitates rebellauerant, confecturus, mouit. (*q*)

X. Vtroque bello non infeliciter geſto, in Germaniam, vehementer ab

cIↃCCXXIX. GODEFRIDVS COL. *ad h. a.* MATHÆVS PARISIENSIS *ad ann. XXX.*

(p) *Paraleipomena ad* CONR. VRSPERG. *ad ann.* cIↃCCXXX. ALBERTVS STAD. ALBERICVS, GODEFRIDVS COLON. *Chron.* AVGVSTANVM, *Chron.* AVSTRALE, *ad h. a.*

(q) *Monachus* PADVANVS *ad ann.* cIↃCCXXXI. *pag.* 586. GODEFRIDVS COLON. *ad ann. XXXII. XXXIII.* ALBERICVS *ad ann. XXXIII. Paraleip. ad* CONR. VRSPERG. *pag.* 249.

Digitized by Google

ab Henrico filio turbatam, recurrit. Primum is Wormatiæ in gratiam a Patre recipitur. Mox iterum rebellis datur cuſtodiæ, & in Moguntinis comitiis regia dignitate, in qua principum conſenſu *CONRADVS*, alter Friderici filius, ſucceſſit, exutus in Apuliam deportatur. (*r*) Noua inde publicæ pacis formula, quæ prima Teutonica lingua in membranis eſt exſcripta, promulgatur. (*s*) *OTTO* Brunſuicenſis, vt varias ſo-

cIↄCCXXXIV.

*Reditus in Germ.*

cIↄCCXXXV.

*Henricus rex exauctoratus: Conradus electus.*

*Pacis publicæ formula Germanica*



(r) *Monachus* PADVANVS *Chron. lib. I. ad ann.* cIↄCCXXXII. GODEFRIDVS COLON. *ad ann.* cIↄCCXXXIV. XXXV. XXXVII. ALBERTVS STADENSIS, ALBERICVS, *Chronicon* ELWANGENSE, *ad ann.* XXXV. *Chronicon* AVSTRALE *ad ann.* XXXVI. *Fragmentum* VRSTISIANVM *ad ann.* XXXV. XXXVII. MARTINVS POLONVS *in Vita Frid. II. pag.* 376.

(s) GODEFRIDVS COLON. *ad ann.* cIↄCCXXXV. *Chronicon* ELWANGENSE, TRITHEMIVS *Chron. Hirſaugienſi*, ALBERICVS, *ad h. a.* Comitia Francofurtana, & egregiæ ibi leges latæ. ALBERICVS *ad ann.* XXXIV. *pag.* 548. *ſequ. Chronicon* ELWANGENSE *ad h. a.*

*lingua conſcripta.* piret lites, omnibus renunciat iuribus, quæ in auitas ditiones videbantur competere; &, veteri *Saxoniæ Ducis* titulo dimiſſo, oblatisque prouinciis perpetuæ clientelæ, noua *Brunſuicenſis Ducis* dignitate ornatur. (*t*)

*Expeditio Ital. IV.* An. cIↃCC-XXXVI. XI. His actis repetere Italiam, quæ iterum vehementer turbata erat, imperatori viſum. Nunquam eius arma feliciora fuerant. Plurimæ vrbes continuo in poteſtatem acceptæ. Mediolanum obſidetur; &, dum Fridericus in Germania *FRIDERICVM BELLICOSVM*, Auſtrium, reum nouarum rerum in Auguſtanis comitiis coercuit, ad extrema redigitur. cIↃCC-XXXVII. Hac toties rebelli ciuitate expugnata, & ſeueriſſime caſtigata, nulli ſeditioſorum vltra parcitum, & per omnem Italiam vi-

(t) ALBERTVS STADENSIS, GODEFRIDVS COLON. *ad ann.* cIↃCCXXXV. Litteras inueſtituræ exhibet MEIBOMIVS *Tom. III. pag.* 205. *Hiſtoria de Guelſis pag.* 805. 806.

victorioſa arma magno Papæ terrori circumlata. (v)

XII. Hic mature ratus ſubueniendum periclitanti auctoritati ſuæ, primum rixas litesque mouet; vnde ad iurgia ventum grauesque iras: minime ceſſuro ſuis iuribus imperatore, nec quicquam Papæ odia pertimeſcente. Igitur iterum ad ſua iſte redit ſolennia, & imperatori, reo, quod contendebat, crebrorum periuriorum, ſpoliatæque Eccleſiæ, & immanium opinionum fautori, omnibus ſacris inter- An. cIɔCC-XXXVIII cIɔCC-XXXIX. *Iterum Frid. proſcribitur a Gregorio.*

Nn 2 di-

(v) Cauſa Friderici Auſtriaci. MATHÆVS PARIS. *Chronicon* AVGVSTANVM, TRITHEMIVS *in Chronico Hirſaugienſi*, GODEFRIDVS COL. *ad ann.* cIɔCCXXXVI. XXXVII. *Chron.* AVSTRALE *ad ann.* XXXVII. PETRVS DE VINEIS *lib. III. cap. V.* Res Italiæ. MATHÆVS PARIS. GODEFRIDVS COLON. *ad ann.* XXXVI. XXXVII. ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* XXXVII. XXXVIII. *Chron.* AVSTRALE *ad ann.* XXXVIII. *Monachus* PADVANVS *Chron. lib. I. ad ann.* XXXVI. XXXVII. XXXVIII. *pag.* 587. 588. *Paraleipomena ad* GONRADVM VRSPERG. *ad ann.* XXXVIII. *pag.* 249.

dicit. (*x*) Contra imperator, acerbe confutatis Papæ litteris, & egregie nefaria eius tyrannide declarata, facile, vt ſpernerentur improbi conatus, impetrauit. (*y*) Sumtis etiam armis nemini pepercit, qui Papæ videretur fauere. Romani grauiſſima clade ſunt proſtrati. Sardinia per

*Apologia Frid. & fortia acta.*

An. cIↃCCXL.

(x) MATHÆVS PARIS. ALBERICVS, ALBERTVS STADENSIS, *Monachus* PADVANVS, TRITHEMIVS *in Chron. Hirſaug. ad ann.* cIↃCCXXXIX. *Paraleipomena ad* CONRADVM VRSPERG. *ad ann.* XXXIIX. *pag.* 249. Papa multis offert imperium. ALBERICVS *ad ann.* cIↃCCXLI. *pag.* 577. MATHÆVS PARIS. *ad ann.* XXXIX. *pag.* 464. Sollicitat Germaniæ principes. ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* XL.

(y) FRIDERICI *Imperat. Epiſtola ad vniuerſos Prælatos, vt compeſcant Papam, apud* PETRVM DE VINEIS *lib. I. Epiſt.* XXXI. Conf. PETRVS DE VINEIS *lib. I. cap. VI. VII. XXI.* FRIDERICI *alia Epiſtola ad Cardinales apud* ALBERTVM STAD. *ad ann.* cIↃCCXXXIX. MATHÆVS PARISIENSIS *ad h. a. Paraleipomena ad* CONRADVM VRSPERGENSEM *pag.* 250. Principum Germaniæ ſcripta pro Friderico Imp. habet GOLDASTVS *Conſtit. imper. Tom. II. pag.* 78.

per *Entium* filium occupata: & per eundem Genuenſium claſſis, quæ Epiſcopos ad Lateranenſe Concilium inuito Cæſare aduexit, prope deleta. Quibus malis, quæ adiuncta opprobria reddiderant grauiora, parum ſuperuixit Gregorius Papa. (*z*) An. cIɔCC-XLI.

XIII. Dum noui Pontificis trahitur electio, quieſcere viſus imperator, & ſecure res imperii curare. (*a*) *Res Germaniæ.* Fridericus Auſtrius Veronam ad eum venit, & in gratiam rediit; plurimisque inſuper priuilegiis auctus eſt. Reliqui in Germania principes,



(z) MATHÆVS PARIS. *ad ann.* cIɔCCXXXIX. XL. XLI. *Monachus* PADVANVS *ad h. a.* ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* XL. XLI. *Paraleipomena ad* CONRADVM VRSPERG. *pag.* 250. FRIDERICVS *Imp. in Epiſtola ad Henricum III. Angliæ Regem apud Mathæum Paris. pag.* 467. PETRVS DE VINEIS *lib. I. cap. VIII. lib. II. cap. IV.*

(a) MATHÆVS PARIS. ALBERTVS STAD. *Monachus* PADVANVS, *ad ann.* cIɔCCXLI. XLII. *Paraleipomena ad* CONRADVM VRSP. *ad ann.* XL. XLIII. *pag.* 250. 251.

Digitized by Google

cipes, imperatore abſente, ſuam quiſque potentiam, libere, nec ipſo contradicente imperatore, firmarunt & ſtabiliuerunt. Nec dubium, plurimos nunc comites ab imperii abſtractos cura modis variis ſubiectos eſſe principibus. (*b*)

An. cIↃCC-XLIII. XIV. Vix nouus Papa *Innocentius IV.* nuper amicus Friderici, creatus erat; cum ſe infenſiſſimum illi præberet hoſtem. Simulato pacis ſtudio ſpes eius alit. Sed captata occaſione, plurima criminatus, continuo fugit in Gallias, & Gregorii ſententiam denuo confirmauit. In Lugdunenſi Synodo rurſus damnare imperatorem iuſſit; cuius oratores fruſtra cauſam in conſeſſu iratorum patrum perorauerant. (*c*)

*Innocentius porro proſcribit Fridericum.* cIↃCC-XLV.

XV.

(b) Inſigne priuilegium, quo Auſtriæ regalis dignitas eſt conceſſa, habet PETRVS DE VINEIS *lib.* VI. *cap.* XXVI. *&* GOLDASTVS *Tom. I. Conſtit. Imper. pag.* 305.

(c) MATHÆVS PARIS. *ad ann.* cIↃ. CCXLIII. XLIV. XLV. ALBERTVS STAD. *Chronicon* AVGVSTANVM, *ad ann.* XLV. *Paraleipomena ad* CON-

XV. Iterum Fridericus, datis ad Germaniæ principes & ad Galliæ Regem epiſtolis, ſancita præterea lege publica, nefarios Papæ auſus damnat & exſecratur, magnumque omnium fauorem meretur. (*d*) Papa qui-

An. cIↃCC-XLVI. *Eius acta.*



RADVM VRSP. *ad h. a. pag.* 251. *Monachus* PADVANVS *Chron. lib. I. ad ann. XLIV. XLV. pag.* 590. 591. IOHANNES VITODVRANVS *Chron. pag.* 8. *Magnum Chronicon* BELGICVM *pag.* 242. *Fragmentum* VRSTISIANVM *pag.* 91. MARTINVS POLONVS *in Vita Friderici II. pag.* 376. *Monachus* HEISTERBACENSIS *in Vita S. Engelberti. cap. XIII.* Petulantisſimam damnationis formulam exhibet CHERVBINVS Tom. I. Magni Bullarii Romani *pag.* 112.

(d) *FRIDERICVS* ſibi ipſe coronam imponit. MATHÆVS PARIS. *ad ann.* cIↃCCXLV. *pag.* 595. ſe defendit in grauisſima epiſtola ad *LVDOVICVM* Gall. R. apud PETRVM DE VINEIS *lib. I. cap. III.* & in aliis epiſtolis ad Angliæ R. apud MATHÆVM PARIS. *pag.* 596. 614. Diploma Eius, de vſurpatione Papæ Rom. in iurisdictione & auctoritate ſeculari, & quod Papa nec inſtituere nec deſtituere imperatorem, reges, principesue, queat; apud GOLDASTVM *Conſtit. Imp. Tom. I. pag.* 306. Calumniam de tribus impoſtoribus iam a Gregorio oſtentatam,

Digitized by Google

quidem minis promiſſisque Archiepiſcopos, Moguntinum, & Colonienſem, & paucos alios principes, mouet, vt Herbipoli HENRICVM RASPONEM, Thuringiæ Landgrafium, regem ſalutarent. (*e*) Verum nequicquam is Francofurti reliquorum principum conſenſum au-

*Electio Henrici Rasponis.*

confutauit Imperator apud PETRVM DE VINEIS *lib. I. cap.* XXXI. Veronenſis conventus Germ. principum. *Monachus* PADVANVS *ad ann.* cIↃCCXLV. *pag.* 591.

(e) Sollicitati varii principes. ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* cIↃCCXLV. Electus demum Henricus. ALBERTVS STAD. MATHÆVS PARIS. *ad ann.* cIↃCCXLV. XLVI. *Monachus* PADVANVS *ad ann.* XLV. *pag.* 591. *Fragmentum* VRSTISIANVM *pag.* 91. 92. CONRADVS MOGVNT. *pag.* 575. IOHANNES VITODVRANVS *Chron. pag.* 8. LEVOLDVS A NORTHOF. *Chron. Marcan. ad ann. XLV. Chronicon* AVGVSTANVM, *Annales* COLMARIENSES, SIFFRIDVS PRESBYTER, *ad ann.* XLVI. *Contin.* LAMBERTI SCHAFFN. *ad ann.* XLVII. MARTINVS POLONVS *in Vita Innocentii IV. pag.* 377. *Paraleipomena ad* CONRADVM VRSPERG. *pag.* 251. *Hiſtoria Langr. Thur. cap. LII. Magnum Chron.* BELGICVM *pag.* 242.

Digitized by Google

aucupatur; &, licet omnino Conradum regem, iniurias paternas vlturum, profligaſſet, paſſim tamen exſibilatur, & *Clericorum Rex* per ludibrium nuncupatur. (*f*) Nec hic diu dignitati a Papa improbe ſumtæ ſuperfuit: ſed mox, cum Vlmam obſediſſet, ſiue ex vulnere, ſiue ex dyſenteria, nam vtrumque fertur, obiit. (*g*) An. cIↃCC-XLVII.

Nn 5 XVI.

(f) Papæ conatus pro Henrico. MATHÆVS PARIS. ALBERTVS STAD. *Paraleipom. ad* CONRADVM VRSPERG. *ad ann.* cIↃCCXLVI. Francofurtana curia, & prælium cum Conrado. ALBERTVS STAD. MATHÆVS PARIS. *Annales* COLMARIENSES, *Monachus* PADVANVS, TRITHEMIVS *in Chron. Hirſaug. ad ann.* cIↃ-CCXLVI. *Contin.* LAMBERTI SCHAFFN. SIFFRIDVS PRESB. *ad ann.* XLVII. *Fragmentum* VRSTISIANVM *pag.* 92. *Hiſtoria Landgr. Thur. cap. LII. Magnum Chron.* BELGICVM *pag.* 242.

(g) MATHÆVS PARIS. ALBERTVS STAD. MONACHVS PAD. *Contin.* LAMB. SCHAFFN. SIFFRIDVS PRESB. *Annales* COLMARIENSES, *Fragmentum* VRSTISIANVM, *ad ann.* cIↃCCXLVII. *Chron.* AVGVSTANVM *ad ann.* XLVI. *Magnum Chron.*

*Res Germaniæ per Conradum curatæ.*

XVI. Inter hæc moratur Fridericus in Italia, & per filium Germaniæ res curat. Papa non pactis, non precibus, exorari potuit, vt ſatisfactionem Cæſaris ſuſciperet. (*b*) Perſuaſit iterum Archiepiſcopis, vt Francofurti WILHELMVM, Batauum, in Henrici ſurrogarent locum. Qui Aquasgrani ductus, a Papæ legato ibi coronatus eſt: nec proſpera tamen magis, quam Henricus, contra Cæſarem fortuna vſus, perpetuo ſe in Batauia continuit. (*i*)

*Electio noua Wilhelmi Batavi.*

An. cIɔCC-XLVIII.

XVII.

BELGICVM *pag.* 242. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 252. *Hiſtoria Landgr. Thur. cap. LII.*

(h) *Monachus* PADVANVS *ad ann.* cIɔCCXLV. *pag.* 591. MATHÆVS PARIS. *ad h. a.* Optimæ pacis conditiones oblatæ a Cæſare, verum reiectæ a Papa; teſte MATHÆO PARISIENSI *ad ann.* XLVI. *pag.* 610.

(i) Varii Candidati imperii. MATHÆVS PARIS. *ad ann.* cIɔCCL. *pag.* 698. *Fragmentum* VRSTISIANVM *pag.* 92. *Magnum Chron.* BELGICVM *pag.* 243. Electio Wilhelmi. MATHÆVS PARIS. ALBERTVS STAD. *Chronicon* AVSTRALE, *ad ann.* cIɔCCXLVII. *Monachus* PADVANVS, SIFFRIDVS PRESBYTER, *ad ann.* XLVIII. *Frag-*

XVII. Extremam vim Fridericus contra ipſum Papam vertit, & in Gallias expeditionem molitur. Dum vero Parmam fruſtra obſidet; (*k*) dumque fidiſſimus conſiliarius, *Petrus de Vineis*, Papæ artibus expugnatus, venenum ei propinat: (*l*) ipſum *Friderici extremæ res geſtæ.* cIↃCC-XLIX.

*mentum* VRSTISIANVM *pag.* 92. *Magnum Chron.* BELGICVM *pag.* 243. 245. *Paraleip. ad* CONR. VRSP. *pag.* 252. CONRADVS MOGVNT. *pag.* 575. IOHANNES VITODVRANVS *pag.* 8. 10. Male & improſpere egiſſe; teſtatur MATHÆVS PAR. *ad ann.* L. *pag.* 698.

(k) MATHÆVS PARIS. *ad ann.* cIↃCCXLVII. *pag.* 640. *& ad ann.* *XLVIII.* *pag.* 651. *Monachus* PADVANVS *ad h. a. pag.* 592. FRIDERICVS *Imp. in Epiſtola ad Capitaneum regni Siciliæ & ad alios apud* PETRVM DE VINEIS *lib. II. cap. V. XLI. XLIX.* Marchiam Anconitanam occupat Cæſar. *Inuectiua epiſtola Cardinalis* REINERII *in Imperatorem apud* MATHÆVM PARIS. *ad ann.* cIↃCCXLIX. *pag.* 660.

(l) Conſpirationis prioris meminit ipſe IMPERATOR *in Epiſtola ad Henricum III. Angliæ R. apud* MATHÆVM PARIS. *pag.* 622. de Conſpiratione Petri de Vineis vid. MATHÆVS PARIS. *ad ann.* cIↃCCXLIX. *pag.* 662. PANDVLPHVS COLLENVTIVS *Hiſt. Neap. lib. IV. pag.* 178.

Digitized by Google

An. cIↃCCL. *Obitus fortiſſimi imperatoris, veri Martyris Pap. Tyrannidis.*

ipſum denique pertædet maximarum calamitatum, & retro ſe fert vir fortiſſimus in Apuliam, in qua Florentiæ, non ſine veneni ſuſpicione, infinitis perfunctus laboribus, horrendisque Papæ conſiliis exagitatus, anno acquieuit circiter ſexageſimo. (*m*)

*Coniugia & liberi.*

XVIII. Coniuges duxerat, primam *CONSTANTIAM*, *Alfonſi*, Caſtiliæ regis, filiam; alteram *IOLANTHAM*, *Iohannis*, Hieroſolymarum regis, filiam; tertiam *ISABEL-*

(m) Extrema proſpere acta. MATHÆVS PARIS. *ad ann.* cIↃCCL. Receſſus in Italiam & obitus. MATHÆVS PAR. *Mon.* PADVANVS, ALBERTVS STADENSIS, *Chron.* AVGVSTANVM, *Chron.* AVSTRALE, *Annales* COLMARIENSES, *Fragmentum* VRSTISIANVM, TRITHEMIVS *Chron. Hirſaug. ad ann.* cIↃCCL. IOHANNES VITODVRANVS, SIFFRIDVS PRESBYTER, *ad ann.* cIↃCCLII. Parricidium Manfredi narrant MARTINVS POLONVS *pag.* 377. *Paraleip. ad* CONR. VRSPERG. *pag.* 352. PAVLVS LANGIVS *Chron. Citic. ad ann.* L. contra ſentiente PAND. COLLENVTIO *Hiſt. Neap. lib. IV. pag.* 181.

*BELLAM*, *Iohannis ſine terra*, Anglorum regis, filiam. De reliquis vxoribus non ſatis conſtat. (*n*) Filii fuerunt HENRICVS ex *Conſtantia* natus. CONRADVS ex *Iolantha*, & alter HENRICVS ex *Iſabella*, ſuſcepti. ENTIVS, Sardiniæ rex creatus, MANFREDVS, Tarenti princeps, & FRIDERICVS, Antiochiæ princeps, non legitimi eius filii fuerunt. (*o*)

*CAPVT*

(n) PANDVLPHVS COLLENVTIVS *Hiſt. Neapol. lib. IV. pag.* 183. *CONSTANTIA.* ALBERICVS *ad ann.* cIↄCXLI. *pag.* 290. *ad ann.* cIↄCCXIII. *pag.* 473. *Fragmentum* VRSTISIANVM *pag.* 89. *ad ann.* cIↄCCXII. *IOLANTHA.* ALBERICVS *ad ann.* cIↄCCXXIV. *pag.* 512. *Monachus* PADVANVS *ad h. a.* ALBERTVS STAD. *ad ann. XXV. ISABELLA.* ALBERTVS STAD. *ad ann.* cIↄCCXXXV. ALBERICVS *ad h. a. pag.* 555. MATHÆVS PARISIENSIS *ad h. a. pag.* 349. *ſequ.* De aliis Friderici nuptiis deſtinatis & celebratis vid. *Idem* MATHÆVS PARIS. *ad ann.* XLV. *pag.* 595. *&* *ad ann.* XLVIII. *pag.* 649.

(o) CONRADVS VRSPERGENSIS *pag.* 245. 247. 249. *Monachus* PADVANVS *ad ann.* cIↄCCXXXII. *pag.* 586. MATHÆVS PARIS. *pag.* 663. 698. 765.

Digitized by Google

## CAPVT VII.

# RES CONRADI, ET WILHELMI, REGVM.

I.

*Conradi ingenium.* CONRADVS, *Friderici II.* filius, fortis, prudens, mitiſſimique ingenii, ſed infelix, princeps; verus Germaniæ poſt patrem exſtinctum, quippe iam diu hoc viuente electus, rex fuit. (*p*) Alter WILHELMVS, Ba-

Filii non legitimi. MON. PADVANVS *Chron. lib. I. ad ann.* cIↃCCXLIX. *pag.* 593. PANDVLPHVS COLLENVTIVS *Hiſt. Neap. lib. IV. pag.* 181.

(p) Electio & Coronatio Conradi diuerſo tempore peractæ. *Fragmentum* VRSTISIANVM *ad ann.* cIↃCCXXXVII. GODEFRIDVS COL. *ad h. a.* Acta Electionis habet Ill. LEIBNITIVS *in Prodr. Cod. Iur. Gent. Diplom. Num. XI. pag.* 9. 11. Poſt Henrici fratris obitum Conradum electum narrat *Magnum Chronicon* BELGICVM *pag.* 235. *cum Paraleipom. ad* CONR. VRSPERG. *pag.* 249. Magis errat *Hiſtoria Landgr. Thur. cap. L. pag.* 926. electionem in Annum cIↃCCXLII. referens. Laus Conradi eximia habetur apud MATHÆVM PARIS. *ad ann.* cIↃCCL. *pag.* 698. cIↃCCLII. *pag.* 725.

Digitized by Google

Batauus, *Florentii* Comitis filius, inſtigante quidem Papa contra Fridericum atque Conradum erat electus: non ante haberi tamen, ſi electionis iura reſpexeris, pro vero rege meretur: donec denuo poſt fata Conradi regia eius dignitas a maiore principum parte rata fieret. (*q*) *Wilhelmus non verus rex quam poſt Conradum.*

II. Conrado fauere ſuperioris Germaniæ plurimi principes, & ciuitates fere omnes. (*r*) Ita poſt ac-

(q) Familia Wilhelmi. *Chron. Magnum* BELGICVM *pag.* 227. Electus Anno cIↃCCXLVII. Nuſſiæ. ALBERTVS STAD. MATHÆVS PARIS. *Chron.* AVSTRALE *ad h. a. Monachus* PADVANVS *ad ann.* XLVIII. *Magnum Chronicon* BELGICVM *pag.* 243. Coronatio Aquiſgranenſis. ALBERTVS STAD. *ad ann.* cIↃCCXLIX. *Chronicon M.* BELGICVM *pag.* 245.

(r) Minor Clerus Conradi, vt patris, cauſam contra Papam defendit. ALBERTVS STAD. *ad an.* cIↃCCXLVIII. *Paraleipomena ad* CONR. VRSPERG. *pag.* 252. Fauor Germanorum erga eum. MATHÆVS PAR. *ad ann.* cIↃCCLI. *pag.* 712. LII. *pag.* 720. Aquiſgranenſes armis cogendi ad coronationem Wilhelmi permittendam. *Magnum Chronicon* BELGICVM *p.* 245. MATHÆVS

Digitized by Google

*Conradi aduerſa fortuna.* An. cIↃCCL. acceptum patriæ mortis nuncium, coactis copiis ſtatim contra Wilhelmum mouit; hunc debellaturus aduerſarium, qui modo ex Hollandia ſumturus imperium aduenerat. Verum proſperum Wilhelmo fuit prælium, quod prope Oppenhemum commiſſum eſt, & ſpes viresque Conradi non leuiter attriuit. (*s*)

*Concedit in Italiam.* cIↃCCLI. III. Ceſſit exinde Wilhelmo Conradus Germania: non quod deſperaret prorſus imperium, ſed quod primum ſubuenire ſuis in Apulia rebus conſultum duceret, aliamque præſtolaretur occaſionem ius in Germania ſuum opportunius perſequendi. (*t*) Cum in itinere Ratis-

PARIS. *ad ann.* cIↃCCXLVII. *pag.* 644. Ratisbonenſium fauor. *Paraleipom. ad* CONR. VRSP. *pag.* 252. Reliquarum vrbium fauor. *Fragmentum* VRSTISIANVM *pag.* 92.

(s) Obſcure omnia ALBERTVS STAD. *ad ann.* cIↃCCXLIX. *Paraleipom. ad* CONR. VRSP. *pag.* 253. *ad an.* cIↃCCL. Vid. BROWERVS *Ann. Treuir. lib.* XVI. *cap.* XXXV. *ad ann.* cIↃCCLI. *pag.* 145.

(t) *Monachus* PADVANVS *ad ann.* cIↃCCLI. *Fragmentum* VRSTISIA-

tisbonam diuerteret, auctoribus Epiſcopo & Abbate, fidis Papæ aſſeclis, ſicaria prope manu in cubiculo foret exſtinctus: quod horrendum facinus parum vltus, non admodum laudabile exemplum clementiæ dedit. (v) *Periculum graue ſuſtinet Ratisbonæ.*

IV. In Italia Conradus ſatis ſtrenue omnia peregit. Apulia a Papa tentari cœpta facile recuperata eſt. Quædam etiam vrbes, quæ ſe Papæ fidei dederant, ex iure meritoque ſeuere caſtigatæ. (x) Papa quidem contra Conradum, quem dudum proſcripſerat, omnia molitus; quibuslibet principibus, qui bellum *Res geſtæ in Italia.* An. cIↃCCLII. III.

Oo vel-

NVM, *ad h. a. pag.* 92. Papa inhiabat Apuliæ. MATHÆVS PARIS. *ad h. a. pag.* 707. PAND. COLLENVTIVS *Hiſt. Neap. lib. IV. pag.* 187.

(v) *Chronicon* AVGVSTENSE, TRITHEMIVS *in Chron. Hirsaug. ad ann.* cIↃCCLI.

(x) *Fragmentum* VRSTISIANVM *ad ann.* cIↃCCLI. *pag.* 92. *Monachus* PADVANVS *ad h. a. pag.* 593. MATHÆVS PARIS. & *Chronicon* AVGVSTANVM, *ad h. a.*

Digitized by Google

vellent ſumere, Apuliam obtulit. (y) Contra Conradus vim vi repellere paratus, fortiter Papæ ſpreuit minas: & haud dubie foret eluctatus, niſi propinato veneno & ipſe dolis Papæ mature periiſſet. (z)

*Obitus.* An. cIↄCC-LIV.

*Filius infelix Conradinus.*

V. Genuerat infelix noſter Conradus ex *ELISABETHA*, *Ottonis* Illuſtris, Boioariæ Ducis, filia, CONRADINVM: (*a*) quem verum Vtriusque Siciliæ hæredem, pro quo *Manfredus* tutorio nomine prouincias adminiſtrauit, non deſtitit furor Paparum perſequi, donec & vltimum

timum

(y) MATHÆVS PARISIENS. *ad ann.* cIↄCCLIV. *pag.* 767.

(z) *Monachus* PADVANVS *ad ann.* cIↄCCLIV. *Chron. lib. II. pag.* 596. *Chronicon* AVGVSTANVM, MATHÆVS PARIS. *pag.* 768. *ad h. a.* *Fragmentum* VRSTISIANVM, *Paraleip. ad* CONR. VRSP. TRITHEMIVS *in Chron. Hirſaug. Chronicon Magnum* BELGICVM *pag.* 236. *ad ann.* cIↄCCLII. *Chronicon* ELWANGENSE *ad ann. LVI.*

(a) *Chronicon* AVGVSTANVM *ad ann.* XLVI. cIↄCCLII.

Digitized by Google

timum gentis illuſtriſſimæ princi-pem dediſſet exitio. (*b*)

*Wilhelmi proſpera fortuna.*

VI. In Germania Wilhelmus poſt Oppenhemenſe prælium, & diſce-dente Conrado, plurium principum fauorem meruit; &, vt reliquos ſibi conciliaret, *ELISABETHAM*, *Ottonis* Brunſuicenſis filiam, du-xit. (*c*) Porro deinde, cum Con-radi obitus nunciatus eſſet, nemo, qui eius dignitatem impugnaret, ſu-perfuit.

An. cIↃCCLV

*Parum curata eius maieſtas.*

VII. Licet vero ſatis prudenter res imperii curare videretur, & præ-ſertim Oppenhemi conſenſu prin-cipum nouam legem de publica ſeruanda pace ſtatueret; (*d*) parum ta-



(b) Manfredus Dominus fit Apuliæ. MATHÆVS PARIS. *ad ann.* cIↃ. CCLIV. *pag.* 758. *Monachus* PADVA-NVS *Chron. lib. II. pag* 596. *ad h. a.* *Chronicon* AVGVSTANVM *ad h. a.*

(c) ALBERTVS STAD. *ad ann.* cIↃCCLI. *Magnum Chronicon* BELGICVM *pag.* 237.

(d) Francofurtana Curia. ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* cIↃCCLII. Op-penhemenſis Pacis Publicæ formula habetur apud *Clar.* DATTIVM *Vol.*

tamen vltra curata huius regis maieſtas, cui omnes ad fortiter aliquid audendum deerant vires, & cuius vere nunc precarium factum erat imperium.

*Fœdus Germaniæ ſuper. ciuitatum.*

VIII. Igitur, principibus cunctis res ſuas agentibus, & pro plena dominatione modis omnibus propugnantibus; cum communium iurium deeſſet vindex & defenſor, ſancitis fœderibus ſe tueri infirmior Germaniæ ordinum pars neceſſe habuit. Fuere liberæ imperii ciuitates, quibus imminebant propinqui principes, quæ ad ſeptuaginta numero Moguntiæ ingens ſanxerunt fœdus, & tuendæ libertatis optimos circumſpexere modos. Inuiſum primum principibus fœdus, mox pluribus adeo placuit, vt ipſi ad illud accedere haud vererentur. (*e*)

IX.

*Rer. Germ. lib. I. cap. IV. Num. XX. pag.* 22. 23. Parum curatæ regiæ maieſtatis exempla ſuppeditat ALBERTVS STAD. *ad ann.* cIↄCCLIV.

(e) *Chronicon* AVGVSTANVM *ad ann.* cIↄCCXLVII. LV. TRITHEMIVS *Chron. Hirſaug. ad ann. LIV.* ALBERTVS STADENSIS *ad ann. LV.* Con-

IX. Inter hæc, tumultuantibus Friſiis, Wilhelmo ad domeſticas curandas res animus adiiciendus erat. Prima contra Friſios expeditio ſatis fuit proſpera. Dum vero rigente hieme rurſus Friſios petiit, fracta glacie incidit in paludem, & iaculis Friſiorum confectus miſere periit. (*f*) *Bellum Friſicum.* An. cIɔCCLVI. *Cæditur Wilhelmus.*

X. Fuerat princeps fortis generoſique animi: (*g*) & quem ſola temporis iniuria videtur prohibuiſſe, quo *Eius ingenium.*



firmatum fœdus a Wilhelmo. IOHANNES A LEIDIS *Rer. Belg. lib. XXIII. cap. XVI.* Formulam fœderis exhibet *Ill.* LEIBNITIVS *Mant. T. II. Cod. Dipl. Iur. Gent. num. VIII. pag.* 93. *vſque* 98.

(f) MATHÆVS PARIS. ALBERTVS STADENSIS, *Contin.* LAMBERTI SCH. TRITHEMIVS *Chron. Hirſaug.* SIFFRIDVS PRESB. *Chronicon* AVGVSTANVM, *Annales* COLMARIENSES, *ad ann.* cIɔCCLVI. *Magnum Chronicon* BELGICVM *pag.* 247. 248. IOH. A LEIDIS *Chron. Belg. lib. XXIII. cap. XXX. Monachus* PADVANVS *Chron. lib. II. pag.* 601. *Fragmentum* VRSTISIANVM *pag.* 92.

(g) *Monachus* PADVANVS *ad ann.* cIɔCCXLVIII. *pag.* 592. *Chronicon Magnum* BELGICVM *ad an.* cIɔCCXLVII. *pag.* 244.

quo minus præclare moderaretur imperium. Filius eius *FLORENTIVS* in paternam prouinciam Comes ſucceſſit. (*h*)

## *CAPVT VIII.*

# RES GERMANIÆ IN INTERREGNO.

### I.

*Status Germaniæ.*

Per varias rationes principum noſtrorum in territoriis fere ſingulis potentia adeo firmis defixa eſſe cœperat radicibus, vt nihil ei vltra videretur metuendum. Cum ergo Imperatoria dignitas, tot hactenus exagitata dolis Papæ calamitatibus, nullius principum expeteretur deſideriis: (*i*) primum exteris viſum auguſtum nomen offerre; deinde nouus aliquandiu tentatus ſtatus, vt ſine imperatore ſuas quilibet res curaret.

II.

(h) *Chronicon Magnum* BELGICVM *pag.* 237.

(i) *Fragmentum Hiſtoricum* VRSTISIANVM *pag.* 93.

II. Electioni poſt Wilhelmum cæſum decretæ vix vnus alterque principum interfuit: reliquis lubenter poteſtati potentiorum concedentibus, aut pericula, quæ domi foriſque minabantur, ſubterfugientibus. Electione diſcordi, Moguntinus, Colonienſis, *Ludouicus*, Palatinus, & *Henricus*, Bauarus, *RICHARDVM*, Cornubiæ Comitem, Francofurti regem elegerunt. Saxo, Bohœmus, Brandenburgicus cum Treuirenſi, *ALFONSO SAPIENTI* Caſtiliæ regi detulerunt imperium. (*k*) *Electio diſcors.* An. cIↃCC-LVII.



(k) *Chron.* AVGVSTANVM, TRITHEMIVS *Chron. Hirſaug. Chronicon* SCLAVICVM, MATHÆVS PARISIENSIS, *Annales* COLMARIENSES, *Monachus* PADVANVS *Chron. lib. II. pag.* 601. *ad ann.* cIↃCCLVII. *Fragmentum* VRSTISIANVM *pag.* 92. 93. IOHANNES VITODVRANVS *Chron. pag.* 19. ALBERTVS ARGENTINENSIS *pag.* 97. *Magnum Chronicon* BELGICVM *pag.* 242. 252. *Paraleipomena ad* CONRADVM VRSPERG. *pag.* 253. LEVOLDVS A NORTHOF. *Chron. Marcan. pag.* 390. *Continuat.* LAMBERTI SCHAFFN. *ad an.* cIↃCCLVI.

*Richardi acta.*

III. RICHARDVS venit in Germaniam, immenſisque adductus opibus fauorem principum & ciuitatum mercatus eſt. Aquisgrani a Colonienſi coronatus, per aduerſum Rhenum adſcendit in Superiorem Germaniam, multisque beneficiis obuios quosuis ornauit. Cum ventum vero eſſet Baſileam, paſſim deficere principes, & imperator, cuius fere exhauſtæ erant diuitiæ, ſperni. Reuerſus proinde, cum ab omnibus deſereretur, in Angliam, exiguum ſui Germanis reliquit deſiderium. (*l*)

An. cIↃCC-LIX.

*Alfonſi acta.*

IV. ALFONSVS legatos, qui electionem nunciarunt, maximis honoribus excepit, & Imperatoris no-

(l) MATHÆVS PARIS. *ad ann.* cIↃCCLVII LVIII. TRITHEMIVS *Chron. Hirſaug. ad ann.* cIↃCCLVII. *Monachus* PADVANVS *Chron. lib. II. pag* 601. *Fragmentum* VRSTISIANVM *pag.* 93 ait; *cuius regis memoria cum ſonitu periit.* Titulus regis Romanorum ſemper a *RICHARDO* geſtus, teſte *Epiſtola eius ad Angliæ Barones de ann.* cIↃCCLXIV. *apud* MATHÆVM PARIS. *pag.* 852.

nomen ſuſcepit. Quod minime vero e re ſua eſſe, vt in Germaniam proficiſceretur, iudicaret, contentus imperatoria dignitate, eius ingens onus declinauit perpetuo. (*m*) Dum contenderent adhuc cum Alfonſo Richardus, vtrius ius foret validius, (*n*) ſibi dicendam ſententiam Papa ſumſerat. (*o*) Verum ea nec im-

*Papa auſus.*



(m) TRITHEMIVS *in Chron. Hirſaugienſi ad ann.* cIↄCCLVII. nihil curatam ab Alfonſo Imperialem Dignitatem adſeverat. Contra MATHÆVS PARIS. *ad h. a. pag.* 821. contendiſſe Alfonſum cum Richardo de imperio ſcribit. *Litteræ Inueſtituræ Friderici Lotharingiæ Ducis apud Ill.* LEIBNITIVM *Cod. Iur. Gent. Dipl. Tom. I. Num. XIII. pag.* 18. tit. Alfonſi Imperialem teſtatur.

(n) MATHÆVS PARIS. *ad ann.* cIↄCCLVII. LVIII. *pag.* 821. 822. 832. Vterque ad Romanam Curiam legatos mittit. *Monachus* PADVANVS *lib. II. Chron. pag.* 601. Alfonſus largitur quædam Papæ. *Paraleipomena ad* CONR. VRSPERG. *pag.* 253. Cur in Germaniam ALFONSVS non venerit? enarrat MARIANA *Rer. Hiſpan. lib. XIII. cap. X.*

(o) VRBANVS *IV. in Epiſtola apud* LEIBNITIVM *Prodr. Tom. I. Cod.*

imperatoribus electis placuit ſtare, nec Germaniæ principibus: quos, credo, adeo pertæduit continuarum a Papa concitatarum turbarum, vt maluerint nullum, quam tanto omnium rerum diſpendio contra furores Paparum defendendum imperatorem. (*p*)

*Interregni mala.* V. Igitur initum eſt interregnum: quod vere imputari debet a Wilhelmi morte, ex qua ſola nomina imperatorum audita ſunt. (*q*) Viſum au-

*Iur. Gent. Dipl. num. XIV. pag.* 13. Romam, vt lis ibi ſopiatur, Richardum citat.

(p) Teſte MATHÆO PARISIENSI *ad ann.* cIↃCCLIX. *pag.* 846. Papa Richardum in Germaniam denuo inuitauit. Vterque vero nomen imperatoris geſſit; neuter curavit imperium. *Paralei-pomena ad* CONR. VRSPERGENSEM *pag.* 253.

(q) Nec IOH. BAPT. EGNATIVS *Rom. Imperat. lib. III.* nec BENEVENVTVS DE RAMBALDIS *in libro Auguſtali*, *RICHARDVM* & *ALFONSVM* in numero Imperatorum ponunt. A *WILHELMI* adeo morte imputant interregnum & illi autores, & *Magnum Chronicon* BELGICVM *pag.* 242. cum MVTIO *Rer. Germ. lib. XXI.*

autem in eo, quam parum Germania, niſi capite vno contenta, ſecura & felix poſſit eſſe. Potentiores quidem principes eo æuo, quo potentior nullus hoſtis Germaniæ rebus inſidiatus eſt, fortunas ſuas non defenderunt modo, ſed & auxerunt. Paſſim vero reliqua omnia ſpectare ad exitium: vbique pax publica impune lædi & turbari: nullæ vltra leges audiri, nedum obſeruari: latrocinia, & rapinæ, in laude, omneque demum ius eſſe in viribus. (*r*)

VI. Aliquandiu egregium ciuitatum Rhenanarum fœdus, magno Superioris Germaniæ bono, firmum ſta- *Fœdera paſſim ſanciuntur & ſoluuntur.*

*pag.* 191. Fauore Papæ ab vltima *FRIDERICI* Imp. damnatione imputant interregnum PALMERIVS & EMVNDVS *in Magno Chronico Belgico pag.* 242. 252. ALBERTVS ARGENTINENSIS *pag.* 97. STERO *ad ann.* cIↄCCLXXVII.

(r) TRITHEMIVS *Chron. Hirſaug. ad ann.* cIↄCCLX. *Fragmentum* VRSTISIANVM *pag.* 93. VRBANI IV. *Epiſtola modo citata.* MVTIVS *Rer. Germ. lib. XXI. pag.* 191. 292.

ſtabileque manſit. Eiùs etiam exemplo Saxoniæ & aliæ maritimæ ciuitates in fœdus coiuere, quod ex ipſa re *Hanſeaticum* deinceps dictum eſt. Dum hoc vero egregie creſcit, illud turpiter dolis & artibus vicinorum euertitur. Inde minoribus societatibus res cœptæ agi, & crebræ violentiæ aperta vi repelli. (*s*) Epiſcopi cum vrbibus & principibus reliquis, hique cum illis, & ipſi omnino nobiles cum quibuslibet, ex ſolo arbitrio, leuia quidem ſed frequentia bella adminiſtrarunt. (*t*)

*Bella ciuilia.*

VII.

(s) Concidit Rhenanum foedus. *Chron.* AVGVSTANVM, ALBERTVS STADENSIS, *ad ann.* cIↄCCLV. Minora fœdera; MVTIVS *Rer. German. lib. XXI. pag.* 192. maxime contra pignorationes. HENR. STERO *ad ann.* cIↄCCLXXVII. Celebris Hanſæ origines. ALB. KRANTZIVS *Saxon. lib. IX. cap. XXXIX.* LAMBECIVS *Rer. Hamb. lib. II. ad ann.* cIↄCCXLI.

(t) *Paraleipomena ad* CONR. VRSPERGENSEM *pag.* 255. 256. ALBERTVS ARGENTINENSIS *Chron. pag.* 98. 99. *Annales* COLMARIENSES *P. I. ad ann.* cIↄCCLXX. LXXI. LXXII. *pag.* 9. *P. II. pag.* 37. 38. 39.

VII. Flagrabant præterea ingentes lites de prouinciis quibusdam, quas interitus illuſtrium familiarum vacuas a poſſeſſoribus reddiderat. De Thuringia diſceptabant Brabantinus *HENRICVS*, & Miſniæ Marchio, *HENRICVS ILLVSTRIS*, (*v*) Franconiæ & Sueuiæ vltimo duce *CONRADINO* exſtincto, quod poſſet quisque rapere paratus erat. (*x*) Auſtriam Friderico exemto viuis, *Ottogarus*, Boiohœmi rex, occupauit: excluſis ab hæreditate multis principibus aliis, quibus optimum ius poſſidendi erat. (*y*) Non ſimplex inde bellum natum: nemine ceſſuro iure, & hoc ipſum in armis aliis ſtatuentibus.

*Lites de ſucceſſ. illuſtribus.*

An. cIↄCC-LXIX.

VIII.

(v) *Hiſtoria Landgr. Thur. cap. LIV. LVI. vſque LXII. pag.* 927. 928. 929.

(x) Comites nunc potentes facti. *Paraleipomena ad* CONR. VRSPERG. *pag.* 259. ALBERTVS ARGENTINENSIS *pag.* 99. 106. Vid. SCHVRTZFLEISCHIVS *in Auctario Hiſt. Auguſtæ ſequioris in Vita Conradi IV.*

(y) MONACHVS PADVANVS *Chron. lib. III. pag.* 613. 623. 624. MVTIVS *Germ. Rer. lib. XXI. pag.* 192.

Digitized by Google

*Italiæ ſtatus.* VIII. In Italia, vt fere in Germania, omnia turbauit Papa. (*z*) Ciuitates principesque in Longobardicis terris, quaſi ſecuri de Germanorum dominatione, ſuas res libere agere. (*a*) Apuliam adgredi Papa, &, cum a *Manfredo* defenderetur, eam *Carolo* Andegauenſi donare, huncque Romæ coronare regem. (*b*) Victus eſt a Carolo & cæſus Manfredus; (*c*) & cum *CONRA-*

An. cIↃCC-LXV.

(z) MATHÆVS PARIS. *ad ann.* cIↃCCLIV. LV. LVI. LVIII. LIX. LX. *Monachus* PADVANVS *Chron. lib. II. pag.* 596. *lib. III. pag.* 620. *ſequ.*

(a) *Monachus* PADVANVS *Chron. lib. II. pag.* 601. 602. *ſequ. lib. III. pag.* 621. *ſequ.*

(b) MATHÆVS PARISIENSIS *ad ann.* cIↃCCLIV. *pag.* 768. *Monachus* PADVANVS *Chron. lib. II. pag.* 596. Oblata Variis Sicilia. MATH. PARISIENSIS *ad ann.* cIↃCCLIV. LV. *pag.* 767. 783. Data Carolo Sicilia, & hic coronatus. MATHÆVS PARISIENSIS *ad ann.* cIↃCCLX. LXIV. LXV. *pag.* 848. 851. 856. *Monachus* PADVANVS *Chron. lib. III. pag.* 620. 621. ALBERTVS ARGENTINENSIS *pag.* 98.

(c) MATHÆVS PARIS. *ad ann.* cIↃCCLXVII. *pag.* 859. *Monachus* PADVANVS *lib. III. pag.* 621. TRITHE-

Digitized by Google

*RADINVS*, Conradi filius, paternas ditiones recuperaturus, in Apuliam duxiſſet, item graui clade proſtratus, captusque, & iubente crudeliſſimo Papa cum *FRIDERICO* Auſtriaco miſere decollatus eſt. (*d*) Ita Sueuicam inuiſam gentem radicitus Papa deleuerat, & Italiam, vt libuit, ordinauerat. *Conradini triſte fatum.* cIↃCC. LXVIII. IX.

IX.

MIVS *Chron. Hirſaug. Chron.* AVGVSTANVM, *ad ann.* cIↃCCLXV. HENRICVS STERO *ad ann.* LXVI.

(d) *Monachus* PADVANVS *Chron. lib. III. ad ann.* cIↃCCLXVIII. *pag.* 623. 624. HENR. STERO, *Fragmentum* VRSTISIANVM *pag.* 93. *ad h. a.* SIFFRIDVS PRESBYTER, LEVOLDVS A NORTHOF *Chron. Marcano, ad h. a. Chron.* ELWANGENSE, TRITHEMIVS *Chron. Hirſaug. ad ann. LXVII. Chron.* AVSTRALE *ad ann. LXIX.* IOHANNES VITODVRANVS *Chron. pag.* 16. *vſque* 20. ALBERTVS ARGENTINENSIS *pag.* 98. PANDVLPHVS COLLENVTIVS *Hiſt. Neap. lib. IV. pag.* 215. Papæ conſilium agnoſcunt ALBERTVS ARGENTINENSIS *loc. cit. Paraleipomena ad* CONR. VRSPERG. *pag.* 254. HENR. GVNDELFINGIVS *in Append. Hiſt. Auſtr. apud Lambecium Comm. Bibl. Vindob. lib. II. cap. VI.* PANDVLPHVS COLLENVTIVS *lib. IV. pag.* 217.

Digitized by Google

*Germania fere excidit maieſtate.*

IX. Periit inter has calamitates omnis fere Germaniæ maieſtas. Dani, Poloni, Hungari, parum vltra noſtrum obſeruarunt, aut coluerunt, imperium. Ipſi Burgundiones cœperunt magnos gerere animos, & prope exuere priſcam clientelam. (*e*)

*Tædet omnes interregni, & noua Imper. electio decernitur.* An. cIↄCC-LXXII.

X. Tanta mala ſero nimis viderunt principes, quibus ſat dudum fuerat occaſionis, potentiam augendi corroborandique. (*f*) Nunc agendum etiam, ne totum imperium conuelleretur, & ad exitium plenum res ſpectaret. Cum itaque Papa, cui maxime placuerunt turbæ, ſed cui nunc Imperatore, qui arrogantiores quosdam Italos comprimeret, maleque parta confirmaret,

(e) Burgundia demum a Rudolpho paululum vindicata: reliquorum regnorum vltra nulla cura. ALBERTVS ARGENTINENSIS *pag.* 104.

(f) MVTIVS *Rer. German. lib. XXI. pag.* 192. IVLIVS PFLVG *libello de Republ. Germ. apud.* LEHMANNVM *Chron. Spir. lib.* V. *cap.* XCV.

ret, (*g*) aut defenderet, opus erat, minaretur; conſenſerunt denique Electores principes ad noui regis, turbatiſſimum ſtatum compoſituri, electionem, luctuoſique interregni terminationem. (*h*)

## CAPVT IX.

# IVRIVM PVBLICORVM RATIONES.

### I.

*Ratio ſtatus German.*

Poſtquam præualuerat ſemel ordinum potentia, non vltra licuit imperatoribus eam aperte adoriri, ſed occaſiones circumſpicere neceſſe fuit, quibus communi conſenſu nimius quorundam animus frangeretur. Rei huius callidiſſimi fuerunt, Conradus, Fridericus I. & Philippus, imperatores: quos nemo commode oppreſſorum

Pp prin-

(g) VRBANVS IV. *in Epiſtola apud Ill.* LEIBNITIVM *Cod. Diplom. Tom. I. pag.* 13.

(h) *Fragmentum* VRSTISIANVM *pag.* 93.

principum reos dixerit, licet egregie imperatoriam maieſtatem, fractis aliquot ſuperbioribus ducibus, poſtliminio reſtituerint. (*i*)

*Romanum & Italiæ imperium Germ. proprium.*

II. Fuit ceteroquin *ROMANI IMPERATORIS*, & *regis Italiæ*, dignitas nunquam non hac ætate noſtrorum regum propria. (*k*) Ambo Friderici plurimas Italis ſanxerunt leges; & ſæpe acerbiſſimas rebellionum ſumſerunt pœnas. (*l*) Quo etiam Paparum obuiam iretur tyrannidi, neue iſti conarentur turbare imperium; probabile videtur eſſe, *Imperium* adpellaſſe Fridericum I. *Sacrum*, ſeque *Semper Augustum*,

*Tituli Imperat. & imperii.*

(i) Conf. *ſupra lib. VI. cap. II. Num. IV. cap. III. num. XVI. XVII. cap. V. num. V. IV.* Vid. præſertim ARNOLDVS LVBEC. *lib. II. cap. XVI.*

(k) GVNTHERVS *Ligur. lib. I. pag.* 282. RADEVICVS *Hiſt. lib. I. cap. IX. X. XV. XVI. XXII.* FRIDERICI I. *Reſcriptum de Iure Imperatorum in vrbem Romam apud Goldaſtum Conſtit. Imper. Tom. III. pag.* 333.

(l) OTHO MORENA *de Rebus Laud. pag.* 818. 819. RADEVICVS *lib. II. cap. I. vſque VIII.*

Digitized by Google

*guſtum*, hoc eſt, nullius hominum arbitrio obnoxium, & ſemper ſanctum atque venerabilem. (*m*) Imo Conradus & Philippus non minus ſe pro Romanis geſſerunt imperatoribus; licet ipſi vix adierint Italiam. (*n*) Cum Sueuicæ gentis interitu poſitum in Italia Germaniæ debitum obſequium, & vix ab vno alteroque poſt interregnum rege leuiter vindicatum.

*Italia deſeri cœpta.*

III. *SVMMA PVBLICORVM* in Germania *IVRIVM* penes imperii fuit ordines: qui iam ſingulatim, non vniuerſim per prouincias,

***Ius regni in Germania.***



(m) Titulus *SEMPER AVGVSTI* multo antiquior Friderici I. ætate, ſed parum conſtans. Vid. *Diploma Magdeburgenſibus datum ab* OTTONE M. *apud Goldaſtum Conſt. Imp. Tom I. pag.* 215. OTTO FRISING. *Hiſt. lib. I. cap. XXIIX.* Tit. Friderici. OTTO FRIS. *lib. II. cap.* XXX. FRIDERICI I. *Epiſt. ad Ottonem Friſ. pag.* 403. ſacrum Imperium teſtati *Epiſcopi Alemanniæ in Epiſtola ad Papam apud* RADEVICVM *Hiſt. lib.* I. *cap.* XVI.

(n) OTTO FRISINGENSIS *Hiſt. Frid.* I. *lib.* I. *cap.* XXVIII. LXI.

Digitized by Google

*Sclaui ad Ciuit. Germ. partim admiſſi.*

cias, cenſeri cœperunt. Ad Germaniæ iurium conſortionem præter Bohœmum ducem, cui nunc plene regia dignitas ceſſerat, Pomeraniæ duces ſunt admiſſi. (*o*) Ceteri Sclaui ſola adhuc clientela contenti. (*p*)

*Dimiſſæ variæ clientelæ.*

Poloni, Dani, Vngari, poſt Fridericum plane dimiſſi. Et Burgundiones extremo hoc tempore fere prorſus liberi agere, & vix proximos imperatores, quam admoniti armis, ſuſpicere. (*q*)

*Iura regia.*

IV. *REGIÆ POTESTATIS* modus parum variatus. Vere maieſtas & imperium nouis pactionibus penes ordines eſſe cœperat: nomen & honor ſolum imperatorem manſerat. Sic, cum principes dudum priſca Franciæ iura migraſſent, nouusque adeo ſtatus regni eſſet inductus; regum nihilominus officium

(o) RADEVICVS *Hiſt. Frid. I. lib. I. cap.* XIII. ARNOLDVS LVB. *lib.* II. *Chron. Sclau. cap.* XXXI. *lib.* VI. *cap.* II. V. SAXO GRAMMATICVS *Hiſt. Dan. lib.* XV. *pag.* 331.

(p) RADEVICVS *lib.* I. *cap.* II. V.

(q) RADEVICVS *lib.* I. *cap.* XI.

Digitized by Google

cium priſco iure æſtimatum, imo vltra illud nouis conditionibus circumſcriptum. (*r*) Præter alia vero videtur Imperatoribus reliquum ius fuiſſe, vt nouos crearent principes, eosque admitterent ad comitia: (*s*) vt leuiores lites principum audirent, & iudicarent: (*t*) vt de principum matrimoniis ius dicerent. (*v*) ***Reſeruata imperatoris.***

V. *ELECTIO REGVM* prima ætate noſtra ordinum omnium adhuc fuerat communis. (*x*) Extremo tempore paucis obtigit ius ſtatuendi reges. Fuerunt *Archiofficiales*, quos vocant, qui ſoli deinceps a Moguntino ad eligendum re- ***Electio regis.*** ***Soli Archiofficiales eligunt.***



(r) Bello a Friderico contra Hungaros decreto non conſenſerunt principes. OTTO FRISINGENSIS *lib.* II. *cap.* VI.

(s) OTTO FRISINGENSIS *Hiſt. lib.* II. *cap.* XXXII. ALBERTVS STADENS. *ad ann.* cIↄCCXXXV.

(t) OTTO FRISING. *lib.* II. *Hiſt. Frid.* I. *cap.* XXVII. XXVIII.

(v ARNOLDVS LVBEC. *Chr. Sclau. lib.* VI. *cap.* V.

(x) OTTO FRISING. *lib.* II. *cap.* I. OTTO DE S. BLASIO *cap.* XLVI.

regem ſunt conuocati. (*y*) Quo iure excluſi ceteri principes? ignoramus. Probabile eſt, quosdam conſenſiſſe cum nouis Electoribus, vt turbæ, quas diſcordes electiones dare conſueuerant, minuerentur: reliquos, cum mutuis pactionibus firma eſſent iura conſtituta, vi prohibitos eſſe a priſci iuris repetitione. (*z*)

***Archi-Officia ſtabilia in territoriis.***

VI. *Archiofficia* certis nunc ſunt adſignata familiis aut potius prouinciis. *Archipincerna* Bohœmus eſſe

(y) Veſtigia Electoralis Collegii conſtitui cœpti. GERVASIVS TILBERIENSIS *Ot. Imper. lib.* II. *cap.* XIX. *pag.* 943. ARNOLDVS LVB. *lib.* VII. *Chron. Sclau. cap.* XV. ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* cIↃCCXL. *pag.* 312. 313. *Magnum Chronicon* BELGICVM *pag.* 245. *Acta Electionis Conradi* IV. *apud* LEIBNITIVM *Prodr. Cod. Iur. Gent. Diplom. Tom. I. num.* XI. *pag.* 9. *Epiſtola* VRBANI IV. *ad Richardum apud Eundem num.* XIV. *pag.* 12. 14.

(z) Memorabilis eſt ſolennis reliquorum principum ab electione Henrici VII. excluſionis formula apud *Ill.* LEIBNITIVM *Mantiſſa P. II. Cod. Dipl. Iur. Gent. num.* XLIX. *pag.* 252. *ſequ.*

Digitized by Google

eſſe iuſſus; *Archidapifer* Palatinus; *Archimareſchallus* Saxo; *Archicamerarius* Brandenburgicus. Conuenerat, vt, cum dudum ſupremi Cancellariatus certis Epiſcopis adſignati eſſent, & Archiofficia iuſto ordine adminiſtrarentur. (*a*) Attributorum a Sueuicis Imperatoribus archiofficiorum hoc argumentum; ex ſola Sueuia deſumtos eſſe, qui vicario illorum principum nomine adminiſtrarent officia.

VII. Vt multa cum electis imperatoribus paciſcerentur Electores, non paucæ dabantur occaſiones; nec nos fugiunt talium pactionum indicia. (*b*) Bona imperatoris propria maximam partem nimia diſſipauerat liberalitas. Reliqua paſſim perire, cum omnia in interregno rapinæ cederent; & cum Ita- *Pacta Electorum.* *Bona imperii.*

 licæ

(a) ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* cIↄCCXL. *pag.* 312. 313. MARTINVS POLONVS *in Vita Ottonis* III. *pag.* 368.

(b) *Fragmentum* VRSTISIANVM *pag.* 92. ARNOLDVS LVB., *Chr. Scl. lib.* VI. *cap.* II.

Digitized by Google

licæ clientelæ exuerent obſequia. *Dignitas Imperatoria.* Dignitatem imperatoriam Conradus, Friderici, & Henricus, tam extulerunt egregie, vt Græco Imperatori ſemper noſtris imperatoribus nunc loco cedendum fuerit. Vt alii reges noſtris anteire ſint conati; nunquam auditum. (*c*)

*Comitia.* VIII. *COMITIA* admodum frequentia habita; & prope de omnibus rebus in iis conſultatum. (*d*) *Leges.* *LEGES Francicæ*, *Carolinæ*, *Bauaricæ*, aliæ veteres, in perpetuo adhuc vſu; & crebro ad ſingulas prouocatum. (*e*) Otto Imperator *Germaniæ conſuetudines* voluit colligi & exſcribi; vt certo iure regeretur Germania. Fridericus II. *Feudalia* in-

(c) OTTO FRISINGENSIS *Hiſt. lib.* I. *cap.* XXIV. RADEVICVS *lib.* II. *Hiſt. cap.* LXXVI. ARNOLDVS LVB. *lib.* V. *Chron. Scl. cap. II. V.* NICETAS CHONIATES *Ann. lib.* I. *in Vita Alexii Angeli.*

(d) OTTO FRISING. *Hiſt. Frid.* I. *lib.* II. *cap.* V. VI. IX. XI.

(e) OTTO FRISINGENSIS *Hiſt. lib.* II. *cap.* XXVIII. *pag.* 470. OTTO DE S. BLASIO *cap.* L.

inſtituta & iura ex Italia in Germaniam intuliſſe fertur. Superarunt vero etiam ſingulares Germanorum conſuetudines, ex quibus cauſæ feudales iudicatæ ſunt. (*f*) Idem omnem *Apparentem*, quam vocarunt, *legem*, ex qua DEI iudicio, vt amarunt loqui, ſiue per ignem, aquamue, ſiue per ſingulare certamen, ſiue alio quouis modo, cauſæ in iudiciis tradi conſueuerant, prorſus damnauit & ſuſtulit. (*g*) Ab eodem fertur *Albinagii* ius, peregrinis admodum inuiſum, antiquatum eſſe. Ceterum, quod eiusdem auſpiciis Vindobonæ *Romanum ius* doceri cœpit; minime id huius iuris in Germaniæ fora receptionem probat.

IX. *ORDINES REGNI* nunc plurimi fuerunt. *Epiſcopi*, *Abbates*, *Duces*, *Principes*, *Comites*, &, credo, *Ordines regni.*

Pp 5 *ex*

(f) ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* cIↄCCVIII. OTTO DE S. BLASIO *cap.* L.

(g) FRIDERICI II. *Conſtitutio An.* cIↄCCXXI. *inter Siculas lib.* II. *Tit.* XXXI.

Digitized by Google

*ex* imperii propriis *ciuitatibus ablegati.* (*h*) Ab Henricis & Sueuicis Imperatoribus hæ ciuitates ab Epiſcoporum poteſtate magnam partem abſtractæ, & egregiis ornatæ erant priuilegiis: nec fere dubium, vt olim regiæ vrbes intereſſent comitiis, ſic eas nunc ſemper ad publicas admiſſas eſſe conſultationes. (*i*) Multis vero Imperatores propriis iuribus, quantum pertinuit ad illas ciuitates, vti conſueuerunt. Sed hæc etiam iura poſtera ætas plurimum debilitauit.

*Ciuitates imperii.*

*Duces & Principes.*

X. *DVCES, PRINCIPESQVE* varii, nuper felicia *Territorialis Superioritatis* initia ceperant. Hæc iam plerisque partibus abſoluta atque perfecta ſtetit. Reliqua eius iura plene in interregno occupata. Non itaque ſola dignitas, hæreditario poſſeſſa iure; ſed ipſa prouincia

(h) ALBERICVS *ad ann.* cIↃCCXXXIV. *pag.* 550.

(i) *Chronicon* AVGVSTANVM *ad ann.* cIↃCCLV. *Fragmentum* VRSTISIANVM *pag.* 92.

Digitized by Google

uincia quodammodo data & accepta mancipio. (*k*) Ita deſiit fere principum haberi officium, eiusque in comitiis eſſe locus. Excidere prouinciæ legendi duces principesue iure. Plurimi Comites abſtracti ab omni imperii cura, & principibus aut ſponte ſua, aut vi coacti, parere cœperunt. Et firmata hæc omnia optimo iure, quod creber conſenſus omnium dederat. (*l*)

XI. *COMITES* non minus hæreditarias & dignitates, & prouincias, paſſim habuere. Sed plerique ex imperii cura in nouam principum clientelam variis rationibus tranſiuere. His nulla Territorialis Superioritas obtigit: quæ quippe ab iis ſolis, qui vni imperio clientelam *Comites.*

(k) HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib.* I. *cap.* LXXXVII. *lib.* II. *cap.* VII. XIII. XIV. ARNOLDVS LVBEC. *lib.* II. *cap.* XIII. XXIV.

(l) OTTO FRISINGENSIS *lib.* II. *Hiſt. Cap.* XXXII. HELMOLDVS *lib.* II. *Chron. Sclau. cap.* IV. ARNOLDVS LVBEC. *lib.* II. *cap.* II. *pag.* 241. *cap.* XXVII. *lib.* III. *cap.* I.

Digitized by Google

telam debuerunt, occupari poterat. (*m*) Verum Franconia, Sueuiaque, poſt Saxoniam, diuulſis & laceratis, multi in his prouinciis Comites iisdem iuribus cœperunt vti, ac reliqui duces atque principes. *Nobiles.* Imo ipſi Nobiles in iſtis regionibus paſſim fieri liberi, & ſua bona ab imperatoribus ſolis accepta ferre; licet vix principum comitumque inſtar fuerint ad conſortionem imperii & comitia admiſſi. (*n*)

*Iudicia imp.* XII. *Principum cauſæ*, vt ſemper, in comitiis tractari ſolitæ. Ciuilibus iuribus adminiſtrandis ſupremus iudex Imperator. In eius aula, quæ adhuc vaga erat, ſupremum ius

(m) Comites quidam ſoli imperio ſubiecti. ARNOLDVS LVBEC. *lib.* II. *cap.* XXXVI *lib.* IV. *cap.* VII. Omnes ſaltem hæreditario iure prouincias poſſederunt. *Chron.* COLMARIENSE *P.* II. *pag.* 48.

(n) *Chronicon* COLMARIENSE *P.* II. *pag.* 38. 49. ALBERTVS ARGENTINENSIS *pag.* 106. Iam a Philippi æuo diſſipari cœpit Franconia & Sueuia. CONRADVS VRSPERG. *in rebus Philippi pag.* 237.

Digitized by Google

ius dictum. Conradus, præter hoc aulicum iudicium, *Rotwilenſe* nouum *iudicium* conſtituit. (*o*)

XIII. Per commercia multæ Germaniæ ciuitates non parum diuitiarum acquiſiuerunt. Eæ præſertim vrbes, quæ ex intermedia principum poteſtate exemtæ erant, egregio ſuo fœdere declararunt, quantis eſſent viribus. (*p*) Ipſis vrbibus, quæ ducum comitumque erant, ab his permiſſum videtur, vt commerciorum gratia cum aliis ciuitatibus in mutuas ſocietates coirent: quæ celeberrimæ *Hanſæ*, ſeu egregii fœderis in inferiori Germania hoc tempore nati, initia fuiſſe vi-

*Per commercia augentur ciuitatum opes.*

(o) CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃCLXXI. OTTO FRISINGENSIS *lib.* II. *Hiſt. cap.* XXVIII. XXXII. ARNOLDVS LVBEC. *lib.* II. *cap.* XVI. *pag.* 267. RADEVICVS *lib.* II. *cap.* V.

(p) ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* cIↃCCLV. Brema & Lubeca diuitiis ſuis ad libertatem adſpirarunt & peruenerunt. ADAMVS BREMENSIS *Hiſt. Eccl. lib.* II. *cap.* I. ARNOLDVS LVB. *lib.* II. *Chron. Sclau. cap.* XXXV. *Auctor Chronici* SCLAVICI *cap.* XXXVII.

videntur. In vrbes promiſcue dilapſi ſerui, quod in ciuium ordinem non reciperentur, *Phalburgerorum* tulerunt nomen. Quod infimæ ſortis ſerui *Sclaui* adpellantur, ex hac eſt ætate; quæ Sclauicæ plebi adprime calamitoſa exſtitit. (*q*)

## *CAPVT X.*

# GERMANIÆ PRINCIPVM SVCCESSIONES.

I.

Noſtra intereſt potentiorum principum, maxime ab hac ætate Electorum, hiſtoriam perſequi: qua prorſus non Germanicarum rerum notitia carere poteſt.

*Franconia & Sueuia.* II. *Sueuia* & *Franconia* imperatoriæ domus aliquandiu propriæ fuerunt prouinciæ. FRIDERICVS BARBAROSSA, & filii FRIDERICVS, CONRADVS, atque PHILIPPVS,

(q) HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib.* I. *cap.* LXXXVIII. ARNOLDVS LVBEC. *lib.* II. *cap.* I. *pag.* 240.

Digitized by Google

LIPPVS, duces fuerunt; inde FRIDERICVS II. & filius CONRADVS. CONRADINO vltimo duce decollato, diſruptæ & diſperſæ ſunt regiones: paſſim inſignibus familiis, ad nouas principales dignitates ſuccedente ætate adſpirantibus. (*r*) An. cIↄCC-LXIX.

III. In *Lotharingia* potiori GERHARDI, Alſatii, filii nepotesque regionum perpetuo ſunt potiti. (*s*) In inferioribus priſcæ Lotharingiæ partibus plures potentes comites in principum dignatione ſunt habiti. Celebres fuere, præter duces *Brabantinos*, Comites *Flandriæ*, *Batauiæ*, *Geldriæ*, *Arteſiæ*. (*t*) *Lotharingia.*

IV. *Comites Palatini* ad Rhenum, poſt WILHELMVM, Sigfridi filium, qui nulla relicta prole deceſſerat, HERMANNVS, CONRADVS, *Palatinatus Rheni.*

(r) OTTO DE S. BLASIO *cap.* XXI. XLIV. *Monachus* PADVANVS *ad ann.* cIↄCCXX. LXVIII. *pag.* 584. 623. 624.

(s) ALBERICVS *ad ann.* cIↄLXX. OTTO FRISING. *lib.* II. *Hiſt. cap.* XXIX. *lib.* I. *cap.* XIV.

(t) ALBERICVS *ad ann.* cIↄCCXIII. XXXIV.

Digitized by Google

DVS, & HENRICVS, fuerant:
ille Francus, alter Sueuus, tertius
An. Saxo. Prior ex fractæ pacis pœna
cIↄCLVI. notus nullos hæredes vidit. Alter
Friderici Barbaroſſæ frater, vnicam
cIↄC- filiam *Agnetem* nuptum dedit Hen-
XCIV. rici Leonis filio. (*v*) Cum hic a
cIↄCCXV Friderico proſcriptus eſſet, & ex
beneficio Cæſaris Palatinatus LV-
DOVICO, Boioariæ duci, ceſſiſſet;
Ludouici huius filius, OTTO IL-
An. LVSTRIS, *Agnetem*, Henrici vni-
cIↄCC- cam filiam, duxit, & bono prin-
XXV. cipum conſenſu prouinciam occu-
pauit. LVDOVICVS SEVERVS
cIↄCC- eius filius, primus Elector Palati-
LIII. nus adpellandus videtur. (x)

V.

(v) OTTO FRISINGENSIS *lib.* II. *Hiſt. cap.* XXIIX. DODECHINVS *ad ann.* cIↄCLV. LVI. ACERBVS MORENA *de Rebus Laudenſibus pag.* 848. ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* cIↄCXCIV. *Chronicon* STEDERBVRGENSE *pag.* 866. *Hiſtoria de Guelfis pag.* 805. ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* cIↄCCXXVII.

(x) *Hiſtoria de Guelfis pag.* 805. ANDREAS PRESBYTER *Chron. Bauar. pag* 30. Conf. NICOL. BVRGVNDVS *Hiſt. Bau. lib.* I. *pag.* 4. 5.

Digitized by Google

V. *Saxoniam* & *Boioariam*, imperante Conrado, HENRICVS SVPERBVS, & poſt viciſſitudines varias, imperante Friderico, HENRICVS LEO, filius, rexerunt. Quæſitum an unus dux duas prouincias moderari poſſit? idque in vtriuſque odium negatum. Proſcripto patre prima vice prouinciæ laceratæ ſunt. Mox & filio proſcripto altera vice ita disiunctæ ſunt ſingulæ regiones, vt in locum vnius potentis ducis nunc plurimi ſuccederent principes. (y)

*Saxonia & Boioaria coniuncta.*

An. cIↃC-XXXIX.

cIↃC-LXXX.

VI. Itaque in *Saxonia* præcipuus Ducatus, mox Electoratus nomine inſignis, primum ALBERTO VRSO, ab Aſcania gente clara oriundo, deinde, cum Leo proſcriberetur, BERNHARDO, Alberti filio, datus eſt. In huius locum filius ALBERTVS I. ſucceſſit: quem ALBERTVS II. filius, qui primus fere Elector fuit, excepit. (z)

*Saxonia ſeparata.*

An. cIↃCC-XII.

cIↃCCLX.

Qq VII,

(y) *Vid. ſupra lib.* VI. *cap.* II. *num.* IV. VII. *cap.* III. *num.* VI. XVI. XVII.

(z) *Vid. lib. VI. cap. II. num. IV. cap. III. num. XVI.* Conf. *Hiſtoria de Guelfis. pag.* 806.

*Holſatia.* VII. *Holſatia* ſeparata a Saxonia ADOLPHIS Comitibus plene tradita eſt. (*a*) Ditiones cis & trans Viſurgim maximam partem prædæ Epiſcoporum ceſſerunt; qui plurimum in Henrici Leonis calamitatibus lætati ſunt. (*b*) Ipſe HENRICVS LEO, poſtquam triennium An. cIↃC- LXXXVI. in exilio in Anglia peregiſſet, redux, præter Brunſuicenſes & Luneburgicas auitas ditiones nihil vaſtarum *Brunſuicenſis ditio.* terrarum, quas antea poſſederat, recepit. (*c*) Eius filii HENRICVS, An. cIↃCXCV. OTTO, & WILHELMVS, fuere: quorum natu maior Palatinus ad Rhenum, alter imperator, factus; cIↃCC- XIII. tertius in OTTONEM PVERVM, filium, Saxoniæ ducum iura transtulit. (*d*) His vero Otto plene in co-

(a) ARNOLDVS LVBEC. *lib.* II. *cap.* XXXVI. *lib.* III. *cap. I.*

(b) ARNOLDVS LVBEC. *lib* II. *Chron. Sclau. cap.* XVI. XXIV. XXXVI.

(c) ARNOLDVS LVBEC. *lib.* II. *cap.* XXXVI. *lib* III. *cap.* XXVIII.

(d) *Hiſtoria de Guelfis pag.* 805.

Digitized by Google

comitiis renunciauit, & ſuis terris contentus nouum *Ducis Brunſuicenſis* nomen ſuſcepit. Eius filii ALBERTVS & IOHANNES, ille Brunſuicenſis, hic Luneburgicæ, vetuſtiorum domuum conditores fuerunt. (*e*) cIↄCC-XXXV. cIↄCCLII.

VIII. In *Boioaria* inter Welphicæ domus calamitates primum Auſtriaci duces rerum ſunt potiti: (*f*) mox, iam ſeparatis Auſtria & Tirolenſi terra, Boioariæ reliquus Ducatus OTTONI, priſco Arnulphi & Wittelsbachiorum ſatu orto, a Friderico traditus eſt. Eius filius LVDOVICVS a Friderico II. Palatinatum acceperat: quem ſimul cum Boioaria, egregiis modo acceſſionibus aucta, filius OTTO poſſedit. (*g*) *Boioaria disiuncta.* An. cIↄC-LXXX. cIↄCCXV

Qq 2 Se-

(e) *Hiſtoria de Guelfis pag.* 805. 806. ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* cIↄCCXXXV.

(f) Vid. *ſupra. lib.* VI. *cap.* II. *num.* IV. VII. *cap.* III. *num.* VI.

(g) OTTO DE S. BLASIO *cap.* XXIV. ANDREAS PRESBYTER *Chron. Bauar. pag.* 29. 30.

Digitized by Google

Separata vero a Palatinatu Boioaria Inferior poſt patris mortem relicta cIↃCC-LIII. HENRICO, minori natu filio. Superiori Boioariæ, tunc Palatinatui additæ, poſt temporis non leue ſpatium Inferior etiam regio rurſus adiecta eſt. (*b*)

*Auſtria.* IX. *Auſtria* diu illuſtres Marchiones habuerat. Primus vero Dux, inſignibus auctus priuilegiis, HEN- An. cIↃCLVI. RICVS fuit. Cuius filius LEOPOLDVS, & nepotes, FRIDERICVS I. atque LEOPOLDVS GLORIOSVS, Auſtriacas ditiones præclare rexe- cIↃCC-XXX. runt. FRIDERICVS BELLICOSVS, Leopoldi filius, Carniolam cum Auſtria coniunxit, nouisque dignitatibus ab Imperatore Friderico ornatus eſt. (*i*) Sed eo nullis ſuſceptis An. cIↃCC-XLVI. liberis exſtincto, HERMANNVS, Badenſis, qui *Gertrudem* neptim Fri-

(h) ANDREAS PRESBYTER *Chron. Bauar. pag.* 30.

(i) OTTO FRISINGENSIS *Hiſt. Frid.* I. *lib.* II. *cap.* XXXII. PETRVS DE VINEIS *lib.* VI. *cap.* XXVI.

Friderici ex Henrico fratre duxerat, Auſtriam occupauit. Huius filius FRIDERICVS cum Conradino Sueuo in Italia captus, & Neapoli capite plexus, Auſtriam *Ottocaro* Bohœmo, qui *Margaretham* Friderici Bellicoſi ſororem coniugem habuit, prædæ reliquit. (*k*)

cIↄCC-LXIX.

*Miſniæ.*

X. *Miſniæ* Marchiones clari OTTO DIVES, & filii ALBERTVS, atque THEODORICVS, fuerunt. Prioris ætatem illuſtrarunt ingentes diuitiæ ex Miſnicis argentifodinis acceptæ. Fratribus Miſniam regentibus bello prouincia non parum eſt adflicta. (*l*) HENRICVS ILLVSTRIS, Theodorici filius, poſt *Henrici Raſponis*, Thuringiæ Landgrafii, Ludouici, primi principis, pronepotis, obitum, ob matrem *In-*

An. cIↄCC-XXII.

*Thuringia diuiſa.*

Qq 3

(k) *Monachus* PADVANVS *Chron. lib.* III. *ad ann.* cIↄCCLXVIII. *pag.* 624. Conf. GERHARDVS A ROO *lib.* I. *Ann. Auſtr. pag.* 15. 16.

(l) ARNOLDVS LVBEC. *Chron. Sclau. lib.* VI. *cap.* V.

An. cIↃCC-XLVIII. *Iuditham*, Henrici ſororem, Thuringiæ magnam partem, quæ hodieque nomen *Thuringiæ* ſeruat, poſt grauiſſimas lites obtinuit. Pars Thuringiæ occidentalis, *Haſſiæ* nomine nota, ceſſit HENRICO, Brabantino, *Sophiæ*, Henrici Rasponis ex Ludouico ſancto neptis, filio: quæ ſunt nouæ illuſtriſſimæ gentis initia. (*m*)

*Brandenburgicus Marchionatus.* XI. In priſcis *Sclauorum terris* egregius *Brandenburgicus Marchionatus* hac ætate ſtetit, & maxime vicinis opprimendis Sclauis aptus fuit. Primus Marchio principali dignitate ALBERTVS VRSVS fuit; felix ille expugnator Venedorum. Filius OTTO Brandenburgicas ditiones rexit: dum frater *Bernhardus* Saxoniæ rector & moderator conſtituitur. (*n*) OTTO II. & ALBERTVS

An. cIↃCLII. cIↃCLXX.

(m) *Hiſtoria Landgr. Thuringiæ cap.* LIII. *vſque* LXIV.

(n) HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib. I. cap* LXXXVIII. ARNOLDVS LVBEC. *lib.* II. *cap.* XXXIV.

Digitized by Google

TVS II. fratres, alter in alterius locum ſucceſſit. Simul deinde rexere Alberti filii, IOHANNES & OTTO III. ille bellis cum Pomeranis adminiſtratis, quibus Nouam & Vckeranam Marchiam occupauit, notus; alter ex aucta Marchia verſus Magdeburgicas & Halberſtadienſis terras celebris. Vterque princeps, in interregno defuncti, numeroſam prolem habuerunt. Ottonis poſteri, in ſola principum dignatione habiti, breui exſtincti ſunt. Iohannis filius IOHANNES II. primus Elector Brandenburgicus, Rudolphi Imperatoris æqualis diu exſtitit. (*o*) cIɔCC-XXI. An. cIɔCC-LXVI. VII.

XII. *Littorales Sclaui*, Conrado & Friderico imperantibus, aut armis perdomiti, aut ſponte ſua, purioribus ſacris acceſſerunt. Pomeraniæ Citerioris principes BVGISLAVS, & CASIMIRVS, fratres, beneficio Friderici in ordines noſtri imperii co- *Sclauia Littoralis.* An. cIɔC-LXXXI.



(o) ALBERTVS ARGENTINENSIS *pag.* 110.

aptati, & Germanica ciuitate donati ſunt. Obotritorum regnum ab Henrico Leone fractum corruit; & PRIBISLAVS, regio nomine poſito, Megapolitanus princeps exinde cum ſeris poſteris audiit. (*p*)

cIↃC-LXIII.

*Boiobæmum.* An. cIↃCC.

XIII. *Boiobæmum* in regni dignationem Philippi & Ottonis fauore euehitur. PREMISLAVS II, primus rex creatus, modo Philippo, modo Ottoni, fauit, & vtriusque beneficiis auctus eſt. (*q*) WENCESLAVS III, filius, ex liberalitate clarus, PREMISLAVM III. rurſus filium, vt patrem auumque *Ottocarum* dictum, paulo ante interregnum ſuceſſorem habuit. Vehementer iſte imperatoriam dignitatem adfectaſſe legitur: tantum abeſt, vt,

cIↃCC-XXX.

An. cIↃCC-LIII.

(p) SAXO GRAMMATICVS *Hiſt. Dan. lib.* XV. *pag.* 331. HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib.* I. *cap.* LXXXVII. *lib.* II *cap.* VII. ARNOLDVS LVBEC. *lib.* II. *cap.* II.

(q) ARNOLDOS LVBEC. *lib.* VI. *cap.* II. V.

vt, quod quidam cupiunt, oblatam a principibus declinauerit. Acre bellum cum eo *RVDOLPHVS* geſſit, quod male occupatam Auſtriam reddere detrectaſſet. (*r*)

## *CAPVT XI.*

# RES SACRÆ.

I.

*Sclaui in Germania reliqui Christiani fiunt.*

Reliquis nunc Sclauis Chriſto nomina dantibus, nil ſuperfuit vltra in finibus Germaniæ, quod manifeſtum falſorum numinum cultum referret. Et coercendis vero, & docendis, venedis noui aliquot, iisque omnium poſtremi, Epiſcopatus nuper conditi, nunc confirmati ſunt. *Oldenburgo* Epiſcopi ſedes LVBECAM translata Henrici Leonis auſpiciis. Iisdem RAZEBVRGENSIS Epiſcopatus ſua debet initia. Præterea conditi SVE-

*Noui Epiſcopatus.*



(r) ALBERTVS ARGENTINENSIS *pag.* 101. Conf. GERHARDVS A ROO *Hiſt. Auſtr. lib. I. pag.* 14. 24. 23.

Digitized by Google

SVERINENSIS & CAMINENSIS Epiſcopatus; ille in Megapolitana ditione, alter in Pomerania. (*s*)

*Ius ſacrorum plane Papæ ceſſum.*

II. Per turbas ſuperioris ætatis ius Sacrorum Papis ceſſum, adeoque omnes Germaniæ Epiſcopi in Romanam tracti clientelam. Egregii aliquot imperatorum, perdita iura vindicaturorum, conatus per improba Epiſcoporum ſtudia, fuerunt fruſtra. Fridericus II. imprudentiſſime paucis imperatorii iuris reliquiis ceſſit Papæ: &, vt omnino Clerum ſibi fauentem haberet, plurimis etiam Epiſcopos priuilegiis & beneficiis ornauit. (*t*) Quantum vero eundem Fridericum Papæ exagitauerint atque vexauerint; hiſtoria docuit.

III.

(s) CHRONOGRAPHVS SAXO *ad ann.* cIↃCLX. HELMOLDVS *Chron. Sclau. lib.* I. *cap.* LXXXVII. LXXXIX.

(t) *Vid. ſupra lib.* V. *cap.* V. VI. *lib.* VI. *cap.* III. V. VI. *Conf. lib.* VI. *cap.* VI. *num.* III. IV.

Digitized by Google

III. Scilicet Paparum ſtatus rationes prorſus ab honeſtæ utilitatis regulis, quas res publicæ aliæ obſeruant, tunc alienæ & diuerſæ eſſe. Aucupari quæuis munera atque beneficia; ſed protinus beneuolentiam in ius vertere. Inſurgere bene merentibus; odiſſe eorum potentiam, & ei deſtruendæ tanta ſtudere contentione, quanta tyrannidi ſuæ ſtabiliendæ. Inde & crudelitate & calliditate vti promiſcue; nihilque, quantum perhorruerint alii, ducere nefas, modo opes vireſque augeat. (v) Quam ſimul ludere veram doctrinam omnemque religionem, vt impia commoda ſectentur, Papis ſolenne fuerit; non vidit nemo. Deteſtabilis hæc philoſophia mille turbis & calamitatibus inuoluit Germaniam *Ratio ſtatus Papalis per tranſitum declarata.*

(v) Conf. *hoc libro cap.* VI. Multi Teſtes Veritatis contra Papam in ipſo clero. CONRADVS VRSPERG. *ad ann.* cIↄCCXXIIX. XXIX. *pag.* 248. ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* cIↄCCXLVIII. IOHANNES VITODVRANVS *pag.* 14. ALBERTVS ARGENTINENSIS *pag.* 156.

Digitized by Google

niam. (*x*) Eidem debentur ferales *expeditiones ſacræ* & *cruciatæ*, quas adpellarunt: quæ omnium nationum ſummo diſpendio Romani Pontificis potentiam adprime iuuerunt. (*y*) Eadem euertit miſerrime illuſtrem atque potentem Sueuicam gentem. (*z*) Cuius immitia fata mirum alios, prorſus adfectata diligentia, in iuſta habuiſſe oppreſſæ Guelficæ domus pœna.

*Iura Epiſcoporum Germ. recens acquiſita.*

IV. Germaniæ Epiſcopi & Abbates paſſim nunc *Vicedominos* repudiarunt. Ipſa *Aduocatia*, quam vocant, vt plane nihil iuris reliquum foret Laicis, redimi cœpta. Sed imminuit aliquid, & Imperatoris, & Papæ, conſenſione, de nimia

(y) *Monachus* PADVANVS *Chron. lib. I. ad ann.* cIↄCCXLV. *pag.* 591.

(y) Fruſtra prauas ſuas artes excuſat EVGENIVS *Papa in Epiſtola Conſolatoria ad Conradum Regem apud* OTTONEM FRISING. *Hiſt. Frid. I. lib. I. cap.* LXI.

(z) *Vid. ſupra lib.* VI. *cap.* IIX. *num.* IIX.

Digitized by Google

mia Epiſcoporum poteſtate & au-ctoritate; quod Abbates non pauci exemti ſunt ex illorum cura, & ſoli Papæ ſubiecti. At non minus tamen Epiſcopi, reliquorum principum exemplo, ſatis cito pleno iure poſſidere prouincias, & occupare Territorialem ſuperioritatem cœperunt. Abbates ſero magis iisdem iuribus ſunt donati. (*a*)

V. De *vita noſtri Cleri*, & de doctrina non parum inquinata, parum attinet dicere. Hanc cordatiores quilibet non raro ingenue incuſarunt. Illam, quantumuis nunquam fere magis perditam, modo viſum excuſare & tegere, cum Epiſcopi, & quidam Abbates potentes eſſent principes, &, non vltra officii modo, ſed & ditionum reſpectu, inter præcipuos patriæ patres ſederent. De vtraque tamen

*Vita Cleri & Doctrina.*

(a) ARNOLDVS LVB. *Chron. Sclau. lib.* II. *cap.* XXIV. XXV. *lib.* III. *cap.* XI. XXI.

men emendanda aliquoties actum legitur in *Synodis*: paruo autem fructu Chriſtianæ rei, aut commodo. (*b*)

*Synodi.*

*Sacræ leges.*

VI. In *legibus ſacris* habendæ variæ Conradi & ceterorum Imperatorum ſanctiones, quibus plurimum dignitati & ſecuritati ſacerdotum noſtrorum eſt proſpectum. Wilhelmus imperator Canonicorum rogatu vetuit lege, nequiſquam bona, ſi quæ Epiſcopi abalienare voluerint, acquirere audeat. Papa in interregno ſeuere in Germania edixit, ne in ditiones Epiſcoporum quiſpiam inuaderet, aut eas vexaret. (*c*) Sed cum intuta eſſent omnia,

(b) Graviter in Cleri mores hac ætate inuehitur ARNOLDVS LVBECENSIS *lib.* II. *cap.* XXIIX. *lib.* III. *cap.* IX. XXII.

(c) Vid. *Goldaſtus Conſtit. Imper. Tom. I. pag.* 289. 292. 376. *Tom. III. pag.* 95.

Digitized by Google

omnia, parum curata Papæ auctoritas. Inde, cum eſſet metus, vt omnia rapinis bona ſacra cederent, tantum vrſit Papa Cæſaris nouam electionem, quantum eam moratus erat, cum ſuas nondum res peregerat. (*d*)

VII. *Studia litterarum* paulo magis, quam ſuperiore ætate, in pretio haberi. Vindobonæ condita a Friderico II. academia. Ipſi aliquot imperatores, & non pauci principes, non fuerunt leuiter tincti bonis litteris. Inter Epiſcopos Germaniæ vt pios innocentesque viros, ſic eruditos doctoſque nonnullos hac ætate repereris. Exui tamen nondum plene inolita diu optimarum ſcientiarum negligentia atque ignorantia potuit. *Ius Canonicum*, quod nunc Paparum

*Studia litterarum.*

*Ius Canonicum in-*

HENR. STERO *ad ann.* cIɔCCLXXVII.

(d) *Fragmentum Hiſtoricum* VRSTISIANVM *pag.* 93.

Digitized by Google

*uolat in Germaniam.*

rum artibus in Germaniam inuolauit, illi temporis iniquitati ſuam maxime auctoritatem debuit. (*e*)

(e) Fridericus II. eruditus & eruditionis patronus. PETRVS DE VINEIS *lib.* I. *cap.* XLIV. *lib. III. cap.* XI. LXVII. De Iure Canonico nunc in Germaniam inuolante vid. HERM. CONRINGIVS *de Orig. Iuris Germ. cap.* XXVI.

*NOTITIA*

# NOTITIA
# AVCTORVM

In quibus ſimul laudantur eæ editiones, quarum paſſim paginæ citatæ ſunt.

Abbo *apud Cheſnium T. II.*
Adamus Bremenſis.
Adelboldus *ap. Leibnitium T. I.*
Adelmus *ap. Freberum in Fr.*
Ademarus *ap. Labbeum T. II.*
Adlzreiter (*Ioh.*)
Ægilis *ap. Surium.*
Æneas Syluius.
Agathias Scholaſticus.
Aimoinus *ap. Freberum in Fr.*
Albericus. *Edit. Leibnitii.*
Albertus Argentinenſis *ap. Vrſtiſium T. II.*
Albertus Stadenſis *ap. Bœclerum.*
Altingius (*Menſo*)
Ammianus Marcellinus. *Edit. Hadr. Valeſii.*
Andreas Abbas.
Andreas Presbyter *apud Bœclerum.*
Annales
Aſtronomi ſiue Eginhardi *apud Reuberum.*
Bertiniani *ap. Cheſnium T. III.*
Colmarienſes *ap. Vrſtiſium T. II.*
Fuldenſes *ap. Cheſnium T. II.*
Hildesheimenſes *ap. Leibnitium T. I.*
Lambeciani *ap. Lambecium lib. II.*
Loiſeliani *ap. Cheſnium T. II.*
Masciacenſes *ap. Labbeum T. II.*
Metenſes *ap Cheſnium T. III.*
Moiſſiacenſes *ap. Labbeum T. II.*
Tiliani *ap. Cheſnium T. II.*

Annius Viterbienſis.
Anſegiſus *ap. Baluzium in Capit. Fr.*
Antiquitates Fuldenſes *ap. Piſtorium T. III.*
Antoninus Imperator.
Appianus Alexandrinus.
Arenbeck *ap. Leibnitium T. I.*
Arnoldus Lubecenſis. *Edit. Molleri.*
Aſtronomus *ap. Chesnium T. II.*
Athenæus.
Adoënus *ap. Chesnium T. I.*
Auentinus (*Ioh.*)
Auguſtinus.
Auſonius.
Baluzius (*Steph.*)
Baronius (*Cæs.*)
Beda Vener.
Benno Cardinalis *ap. Goldaſtum pro Henr. IV.*
Bernhardus Bonæuallenſis.
Beroſus *ap. Annium.*
Bertoldus Conſtantienſis *ap. Vrſtiſium T. I.*
Bochartus (*Sam.*)
Bodinus (*Ioh.*)
Bœclerus (*Ioh. Henr.*)
Bonifacius Epiſcopus.
Browerus (*Chriſt.*)
Bruno *ap Freberum T. I.*
Brunnerus (*Andr.*)
Burcardus *ap. Goldaſtum in Al.*
Burckardus *ap. Freberum T. I.*
Cæſar.
Cæſarius Heiſterbacenſis *ap. Surium.*
Caniſius (*Henr.*)
Capitolinus.
Capitularia Francica. *Edit. Steph. Baluzii.*
Caſſiodorus.
Cherubinus (*Laert.*)
Chiffletius (*Ioh. Iac.*)
Chronicon Auguſtanum *apud Freberum T. I.*
Auſtrale *ap. Eundem.*
Belgicum Magnum *ap. Piſtorium T. III.*
Bigaugienſe *ap. Maderum.*
Brunſuicenſe Vetus *ap. Leibnitium T. II.*
Colmarienſe *ap. Vrſtiſium T. II.*
Elwangenſe *ap. Freberum T. I.*
Francorum Vetus *ap. Lambecium lib. II.*
S. Galli *ap. Chesnium T. III.*
Goslarienſe *ap. Leibnitium T. III.*
Hildesheimenſium Epiſcoporum *ap. Eund. T. I.*
Hirſaugienſe Trithemii.
Laurisheimenſe *ap. Freberum.*
Leodienſe *ap. Labbeum T. I.*

Magde-

Magdeburgicum *ap. Meibomium.*
Malleacenſe Maxentii *ap. Labbeum T. II.*
Marcanum Leuoldi a Northof *ap. Meibomium.*
Metenſe *ap. Labbeum T. I.*
Montis Sereni *ap. Maderum.*
Rothomagenſe *ap. Labbeum T. I.*
Sclavicum *ap. Lindenbrogium.*
Stederburgenſe *ap. Leibnitium T. I.*
Chronographus Brandenburgicus.
Chronographus Saxo *Edit. Leibnitii.*
Cicero.
Claudianus.
Cluuerius (*Phil.*)
Codex Viennenſis vetus *ap. Lambecium lib. II.*
Coccejus (*Henr.*)
Collenutius (*Pandulph.*)
Conradus de Fabaria *ap. Goldaſtum in Alem.*
Conradus Moguntinus *ap. Vrſtiſium T. I.*
Conradus Vrſpergenſis Abbas. *Edit. Argentor.* 1609.
Conringius (*Herm.*)
Conſtantinus Porphyrogennetus.
Continuator Frodoardi *ap. Pithœum.*
Hermanni Contracti *ap. Vrſtiſium T. I.*
Lamberti Schaffnaburgenſis *ap. Piſtorium T. I.*
Morenæ *ap. Leibnitium T. I.*
Radeuici *ap. Vrſtiſium T. I.*
Reginonis *ap. Piſtorium T. I.*
Cosmas Pragenſis *ap. Freberum in Boh.*

Dattius (*Ioh. Phil.*)
Dio Caſſius.
Diodorus Siculus.
Diogenes Laërtius.
Ditmarus Merſeburgenſis *ap. Leibnitium T. I.*
Dlugloſſus (*Ioh.*) alias Longinus.
Dodechinus *ap. Piſtorium T. I.*
Donnizo *ap. Leibnitium T. I.*
Dubrauius (*Ioh.*)

Eckardus *ap. Goldaſtum in Al.*
Egilwardus.
Eginhardus *ap. Reuberum.*
Engelhuſius *ap. Maderum.*
Ennodius.
Epiſtolæ Regum Francor. *ap. Freberum in Fr.*
Bonifacii & Variorum

*ap. Chesnium T. I. II. III.*
Erchanbertus *ap. Chesnium T. I.*
Ethelwerdus.
Eugippius *ap. Velſerum.*
Eumenius.
Euſebius.
Eutropius.
Fazellus (*Thom.*)
Florus.
Fragmentum Freherianum *in Fr.*
Vrſtiſianum *in T. II.*
Freherus (*Marqu.*)
Fredegarius *ap. Chesnium T. I.*
Frodoardus *ap. Pithœum.*
Frontinus.
Gaufredus Prior Voſienſis.
Gelenius.
Gerhardus a Roo. *Edit. Hallenſis.*
Geruaſius Tilberienſis *ap. Leibnitium.*
Geſta Francorum *apud Chesnium T. I.*
Dagoberti I. *ap. Eandem T. I.*
B. Kiliani.
Nortmannorum *apud Chesnium. T. II.*
Glaber Rodulphus *apud Chesnium T. IV.*
Gobelinus Perſona.
Godefridus Colonienſis Monachus *ap. Freberum T. I.*
Golſcherus. *Edit. Leibnitii.*
Gotfridus Viterbienſis *ap. Piſtorium T. II.*
Gregorius Turonenſis *ap. Chesnium T. I.*
Gretſerus (*Iac.*)
Gruterus (*Ianus*)
Guagninus (*Alex.*)
Gundelfing (*Henr.*) *ap. Lambecium.*
Guntherus *ap. Reuberum.*
Heideggerus (*Ioh. Henr.*)
Helgaldus *ap. Chesnium T. IV.*
Helmoldus. *Edit. Molleri* 1702.
Henrici IV. epiſtolæ *ap. Reuberum.*
Hepidannus *ap. Goldaſtum in Al.*
Hermannus Contractus *ap. Vrſtiſium T. I.*
Herodianus.
Hieronymus.
Hincmarus.
Hirtius.
Hiſtoria Landgrafiorum Thuringiæ *ap. Piſtorium T. I.*
Hiuchbaldus.
Hoppenrodius *ap. Meibomium T. II.*
Horatius.
Hroswitha *ap. Reuberum.*
Hugo Flauiniacenſis *ap. Labbeum T. I.*

Hugo

Hugo *ap. Surium.*
Idacius.
Innocentii III. Epiſtolæ.
Iornandes. *Edit. Lindenbrogii.*
Ioſephus.
Irenæus
Iſidorus.
Iuo Carnotenſis.
Iuſtinus.
Iuſtinus Martyr.
Iuuenalis.
Knyghtonus (*Henr.*)
Krantzius (*Alb.*)
Lambertus Schaffnaburgenſis *ap. Piſtorium T. I.*
Lampridius.
Lambecius (*Pet.*)
Langius (*Paulus.*)
Latinus Pacatus.
Lazius (*Wolffius.*)
Lehmannus (*Chriſt.*)
Leibnitius (*G. Guil.*)
a Leidis (*Ioh.*)
Leuckfeld. (*Ioh. Georg.*)
Leuoldus a Northof *ap. Meibomium. T. I.*
Lex Alemannorum.
Bojoariorum.
Gothorum.
Friſonum.
Longobardorum.
Ripuariorum.
Salica.
Saxonum.
Thuringorum.
*apud Lindenbrogium in Cod. Legum. Ant.*
Libanius Sophiſta.
Lipſius (*Iuſt.*)
Liuius.
Liuthprandus.
Lucanus.
Malmesburienſis (*Guil.*)
Mamertinus.
Manilius.
Marcianus Heracleota.
Mariana (*Ioh.*)
Marianus Scotus *ap. Piſtorium T. I.*
Marius Auenticenſis *ap. Chesnium T. I.*
Marcellinus Comes.
Marcellinus *ap. Surium.*
Martialis.
Martinus Polonus *ap. Bæclerum.*
Maternus (*Iul. Firm.*)
Meibomius (*Henr.*)
Monachus S. Burcardi *ap. Surium.*
Brunwillerenſis *ap. Leibnitium T. I.*
Egolismenſis *ap. Chesnium T. II.*
Hamerslebienſis *apud Leibnitium T. I.*
Herueldenſis *ap. Schardium T. I.*
Paduanus *ap. Vrſtiſium T. I.*
Sangallenſis *ap. Chesnium T. II.*
Weingartenſis *ap. Leibnitium T. I.*



Digitized by Google

Morena (*Otho*) *ap. Leibnitium T. I.*
Morena (*Acerbus*) *apud Eundem.*
Munatianus (*Rut. Claud.*)
Murius (*Henr.*) *ap. Piſtorium T. II.*

Nangius (*Guilb.*) *ap. Pithœum.*
Nauclerus (*Iob.*)
Nazarius.
Neugebauerus (*Sal.*)
Nicephorus.
Nicetas Choniates.
Nicolaus Arragonius.
Nicolaus Burgundus. *Edit. Helmſt. & Hall.*
Nithardus *ap. Chesnium T. II.*
Nonnoſius Presbyter.

Obrechtus (*Vlr.*)
Odilo Cluniacenſis.
Optatianus.
Oroſius.
Otbertus Leodienſis, ſiue alius Anonymus, *apud Reuberum.*
Othlonus *ap. Surium.*
Otto Friſingenſis *ap. Vrſtiſium T. I.*
Otto de S. Blaſio *ap. Eundem.*
Ouidius.

Panegyriſtæ incerti.
Panuinius (*Onufr.*)
Paraleipomena ad Conr. Vrſſperg.
Pariſienſis (*Mathæus.*)
Paulus Æmilius.
Perſius.
Petrus Diaconus.
Petrus de Vineis.
Pfeffingerus (*Iob. Frid.*)
Piſanus.
Piſtorius (*Iob.*)
Platina.
Plinius Maior.
Plinus Secundus.
Plutarchus.
Poeta Saxo *ap. Bœclerum.*
Poeta Bell. Sax. *ap. Reuberum.*
Polybius.
Pollio.
Pomponius Mela.
Procopius.
Propertius.
Proſper Aquitanicus.
Ptolemæus.

Quintilianus.

Radeuicus *ap. Vrſtiſium T. I.*
Rauennas Anonymus.
Regino Abbas Prumienſis *ap. Piſtorium T. I.*
Rembertus *ap. Surium.*
Reuberus (*Iuſtus.*)
Robertus de Monte *ap. Piſtorium T. I.*
Robertus Monachus *apud Reuberum.*

Roge-

Rogerius Houedenus.
Rolewinck Wern. *ap. Piſtorium T. II.*
Rorico *ap. Chesnium T. I.*
Romualdus *ap. Baronium.*
Rudbeck (*Olaus.*)
Ruotgerus *ap. Leibnitium T. I.*
Rupertus Tuitienſis.

Sagittarius (*Caſp.*)
Salvianus.
Saxo Grammaticus. *Edit. Francof.* 1576.
Schardius (*Sim.*)
Schatenius (*Nicol.*)
Scheringhamus (*Rob.*)
Schilterus (*Iob.*)
Seneca.
Serrarius (*Nicol.*)
Seruius.
Sextus Rufus.
Sidonius Apollinaris.
Siffridus Presbyter *ap. Piſtorium T. I.*
Sigonius (*Carol.*)
Socrates.
Sozomenus.
Spanhemius (*Ezech.*)
Spartianus.
Speculum Saxonicum.
Sueuicum.
Statius (*Papin.*)
Stero (*Henr.*) *ap. Freberum T. I.*
Strabo.
Sugerius *ap. Chesnium T. IV.*
Suetonius.
Sulpitius Seuerus.
Surius (*Laur.*)
Syneſius.

Tacitus.
Tageno *ap. Freberum T. I.*
Tangmarus *ap. Leibnitium T. I.*
Tertullianus.
Theganus *apud Chesnium T. II.*
Theodoricus Rex *ap. Caſsiodorum.*
Theodoricus de Niem.
Tollnerus (*Car. Ludou.*)
Torfæus (*Tormodus.*)
Triſtanus Calchus.
Trithemius (*Iob.*)
Turpinus *ap. Reuberum.*
Tyrius (*Guilb.*) *in Francorum Geſt.*

Valerius Maximus.
Valeſius (*Hadr.*)
Vegetius.
Velleius Paterculus.
Venantius Fortunatus.
Victor.
Virgilius.
Vita S. Adalberti *ap. Surium.*
Ælfredi R. *apud Chesnium T. II.*
Alexandri III. *ap. Baronium.*
S. Autoris *ap. Leibnitium T. I.*

 S. Bern-

Digitized by Google

S. Bernwardi *ap. Eundem.*
Brunonis Colon. *apud Eundem.*
Caroli M. *ap. Pithœum.*
S. Eberhardi *ap. Surium.*
Ezonis C. P. R. *ap. Leibnitium.*
S. Faronis *ap. Chesnium T. I.*
Godehardi Hildes. *ap. Eundem.*
Gorziæ Abbatis *ap. Labbeum T. I.*
S. Henrici R. *ap. Caniſium.*
Henrici IV. *ap. Reuberum.*
Ludouici Pii *ap. Chesnium T. II.*
Mathildis Reginæ *apud Leibnitium T. I.*
Meinwerci *ap. Eundem.*
Pipini Ducis *ap. Chesnium T. I.*
S. Remacli *ap. Eundem.*
S. Remigii *ap. Eundem.*
S. Salabergæ *ap. Eundem.*
S. Vedaſti *ap. Eundem.*
Vito Duranus. *Edit. Leibnitii.*
Vopiſcus.
Vrſtiſius (*Chriſt.*)
Walafridus Strabus *ap. Goldaſtum in Alem.*
Warnefridus (*Paulus*) Diaconus. *Edit. Lindenbrogii.*
Wibertus.
Willibaldus *ap. Surium.*
Wittichindus Corbeienſis *ap. Meibomium T. I.*
Wippo *ap. Piſtorium T. III.*
Xiphilinus.
Zoſimus.



Digitized by Google

# INDEX
# RERVM

Prior numerus librum, alter caput, tertius & ſi qui reliqui paragraphum, indicant.


*Abbates* in Senioribus Francicis. II, 6. 10. in comitiis. II, 7, 4. ordines regni. IV, 8, 10. V, 7, 9. VI, 9, 9.

*Abietes* ſacræ. I, 6, 5.

*Abotriti* Sclaui. III, 1, 11. victi a Ludouico P. & Ludouico Germ. III, 3, 4. III, 4, 4. victi ab Henrico A. IV, 3, 9. ab Ottone 3: IV, 6, 5. eorum regnum deſtructum. VI, 10, 12.

*Accipitres* in diis Germ. Vet. I, 6, 5.

*Acies* Germ. vet. I, 5, 10.

*Actionarii*. II, 6, 10.

*Adalbero* Treuirenſis Archiepiſcopus. VI, 2, 1.

*Adalbertus* rebellis in Italia. IV, 4, 16.

*Adelbero* Dux Carinthiæ. V, 2, 5.

*Adelbertus* Lotharingiæ dux. V, 3, 8.

*Adelbertus* Bremenſis Archiep. corrumpit Henricum 4: V, 4, 7. aula eiicitur. 9. reſtituitur & obit. 10.

*Adelbertus* Moguntinus Archiep. ſeditioſus. V, 5, 10.

*Adelgetus* Magdeb. Aepiſc. ſeditioſus. V, 5, 12.

*Adelheidis* vxor Ottonis M. IV, 4, 9. 19.

*Adelheidis* vxor Frid. 1: VI, 3, 23.

*Adolphus* Colon. AEp. Ottoni fauet. VI, 5, 1. ad Philippum deſciſcit. 5. a Papa exauctoratus ſe tuetur. 6.

*Adolphi* Comites Holſatiæ. VI, 10. 7.

*Aduatici*. I, 1, 13. I, 3, 5.

*Aduocatia* repudiata. VI, 11, 4.

*Aduocati* epiſcoporum & abbatum. III, 8, 6.

*Aegidius* rex Francorum. II, 3, 11. debellatur a Childerico. 12.
*Aegyptus* Germanorum patria credita. I, 2, 5.
*Aemulatio* Germaniæ principum. IV, 2, 3.
*Aer* in diis Germ. Vet. I, 6, 4.
*Aeſtii.* I, 1, 8. 12.
*Aetii* facta & fata. I, 4, 14. II, 3, 8.
*Africa* cedit Vandalis. I, 4, 14.
*Agnes* vxor Henrici 3: V, 3, 12. tutrix Henrici. 4. prudens. V, 4, 4. 5. cedit tutela. 6.
*Agricultura* Germ. Vet. I, 5, 14. curatur a Carolo M. III, 7, 9.
*Agrippa* expeditiones in Germaniam. I, 3, 9.
*Agrippinenſes* Vbii. I, 1, 13.
*Alani* vincuntur a Childerico. II, 3, 12.
*Alarici* regis expeditiones. I, 4, 13.
*Alarici* regis clades. II, 4, 4.
*Albertus* Comes decollatus. III, 6, 3.
*Albertus Vrſus* Brandenb. Marchio VI, 10, 11. fit dux Saxoniæ VI, 2, 4. VI, 10, 6. cedit Saxonia. VI, 2. 7. opprimit Sclauos. VI, 3, 9.
*Albertus* Leodienſis Ep. ſeditioſus. VI, 4, 7.
*Albertus I. & II.* Duces Saxoniæ. VI, 10, 6.
*Albertus* Brunſuic. antiqu. domus conditor. VI, 10, 7.
*Albertus* Miſniæ Marchio. VI, 10, 10.
*Albertus II.* March. Brandenb. VI, 10. 11.
*Albinagii* ius. VI, 9, 8.
*Albion* in fidem a Carolo M. acceptus. III, 2, 6. III, 7, 10.
*Alboinus* Longobard. rex. II, 4, 10.
*Alea* luſus. I, 5, 14.
*Alemannia* prima I, 1, 4. noua II, 1, 4. Sueuia promiſcue dicta. II, 1, 4. iisdem finibus diu ſtetit. III, 1, 7. IV, 1, 4. V, 1, 3. disiecta & conuulſa. VI, 1, 5. VI, 8, 7. VI, 10, 2. ſignat totam Germaniam. V, 1, 8. VI, 1, 12.
*Alemannus* rex fictus. I, 3, 1.
*Alemannicum* fœdus. I, 1, 4. I, 4, 2. II, 2, 3.
*Alemannicus* Caracalla. I, 4, 3.
*Alemannorum* formidoloſa virtus. I, 4, 3, 6, 13. clades varia I, 4, 7. 8. 9. 10. 12. expeditio in Rhætias & Gallias. I, 4, 13. II, 3, 10. oppreſſio. II, 4, 3. leges. II, 4, 7. rebellio. II, 4, 14. noua clientela. II, 5, 3. 4. 5. 6. puriora ſacra in Rhætia accepta. II, 7, 2.

Sue-

Sueuicum nomen. II, 1, 4. proprium nomen vnde? II, 2, 5. ineptæ origines. II, 2, 6.

*Alexander* emit ab Alemannis pacem. I, 4, 3.

*Alexander* Papa obtinet contra Honorium. V, 4, 5. 6. taxat Henricum 4: V, 4, 10.

*Alexander* P. reprobatur a Frid. 1. VI, 3, 8. hunc proſcribit. VI, 3, 10. in gratiam cum eo redit. 15.

*Alfonſus* rex Caſtiliæ electus imperator. VI, 8, 2. onus declinat. 4.

*Allerenſis* clades Saxonum. III, 2, 6.

*Alpes* finis Germaniæ. II, 1, 2. III, 1, 3. IV, 1, 3. V, 1, 1.

*Altſtedenſis* conuentus celebris. IV, 7, 12.

*Ambrones*. I, 3, 4.

*Amores* vagi Caroli M. III, 2, 15. Friderici 2: VI, 6, 18.

